

APOPHTHEGMATVM

OPVS CVM PRIMIS FRVGIFERVM,
vigilanter ab ipso recognitum autore, è Græco
codicē correctis aliquot locis in quibus inter-
pres Diogenis Laërtij sefellerat, locupletatum
insuper quum varijs per totum accessionibus,
tum duobus libris in fine adiectis, per DES.
ERASMV M ROTERODAMVM.



Oratorii Luythianae

PARISIIS
Apud Simonem Colinaum.

I 5 3 2



APONTAMIENTO

de los señores de la villa de Madrid
en el año de mil e quinientos e noventa e tres
por el qual se acordó que se diese licencia
a los señores de la villa de Madrid para que
pudiesen sacar e vender en la villa de Madrid
e en sus términos e en las villas de su jurisdicción
e en las ciudades de Toledo e de Segovia
e en las villas de Avila e de Salamanca
e en las ciudades de Zamora e de Valladolid
e en las villas de Burgos e de Logroño
e en las ciudades de Tudela e de Calatayud
e en las villas de Saragossa e de Teruel
e en las ciudades de Lerida e de Barcelona
e en las villas de Tortosa e de Valencia
e en las ciudades de Murcia e de Sevilla
e en las villas de Córdoba e de Jaén
e en las ciudades de Mérida e de Badajoz
e en las villas de Huelva e de Cádiz
e en las ciudades de Málaga e de Granada
e en las villas de Almería e de Ceuta
e en las ciudades de Tetuán e de Orán
e en las villas de Argel e de Trípoli
e en las ciudades de Túnez e de Fez
e en las villas de Marrakech e de Casablanca
e en las ciudades de Argel e de Trípoli
e en las villas de Argel e de Trípoli



ILLVSTRISSIMO PRINCIPI
IUNIORI GVILHELMO, DVCI CLI
uenfi, Juliacenfi, Montenfi, Comiti Marchiæ &
in Rauenspurgo, &c. DESERASMVS RO
TERODAMVS. S. D.



Voniam priores libellos
quos mei erga te animi
velut arrabonem qualē
cunq; miserā, tam comi
ter accepisti Guilhelme
Princeps iunior illustris
sime: nec tu modo, sed
& ambo clarissimi pa
rentes tui, visum est ali
quid & tua nobilitate dignius, & tuis studijs ni
fallor, vtilius adiungere. Proin ex optimis quib
usq; autoribus collegi, quæ Græci vocāt Apo
phthegmata, hoc est, egregie dicta, quod viderē
non aliud argumenti genus Principi, præsertim
iuueni, magis accōmodum. Sunt illa quidem scilicet
tu dignissima, quæ philosophi de moribus, de re
pub. administranda, deque bello gerendo literis
prodiderunt. Sed quotocunq; vel priuato tantum
est otij, vt apud Platonem Socraticarum arguta
tionum, ironiarum & Isagogarum ambages ac
labyrinthos euoluere vacet: Aristoteles autem co
piose quidē scripsit de moribus, sed philosophis
scripsisse videtur non principi. Dilucidiora sunt
quæ tradidit de re œconomica & politica, sed is
vir nusquam non requirit lectorē & attentū, &
ociosum: ad hæc, quoniam affectibus caret, non
perinde retinet animum principalibus curis in

¶ djs

tentū. Iam in philosophicis & M. Tullij de phi-
 losophia libris pleraq; sunt eius generis: vt nō ad
 modū referat principē ea scire: quod genus sunt,
 quæ disputantur ab illis de finibus bonorum ac
 malorum, maiore subtilitate quā fructu. Con-
 ueniūt hæc illorum instituto, qui de honesto per
 omnem vitam nihil aliud quā disputant. At ei
 qui ditioni nascitur, statim expedienda virtus
 est, non per otium disputanda. Relat historia, quæ
 quoniam res præclare secūse gestas velut in ta-
 bula spectandas repræsentat, nec id absq; volu-
 ptate, magnatibus viris aptior esse videtur: sed
 hic vt infinitam voluminum vim principi vacet
 euoluere, quis possit meminisse? Atqui quemad-
 modum ij qui certant in palæstra, certos quosdā
 prehendendi elabendiq; modos ad manum ha-
 bent: ita qui in pacis belliq; negotijs versantur,
 certas rationes in promptu habere cōuenit, qui-
 bus admoneātur, quid pro re nata sit factū opus,
 quid nō. Hac in parte videmus eruditissimos vi-
 ros principum curas sua diligentia subleuare co-
 natos, quorū alij scripsere sentētijs, veluti Theo-
 gnis & Isocrates, alij celebrium virorum strata
 gemata & apophthegmata, veluti Valerius Ma-
 ximus, & Sextus Iulius Frontinus, qui indicat
 idem ab alijs nonnullis factitatum. Non medio-
 cris otij res est aurum scrutari in venis, aut gem-
 mas in harenis marive quærere. Is demum occu-
 patissimo principi gratum præstat officium, qui
 aurum purum factūmq; exhibet, qui selectas ac
 repurgatas gēmas, auro inclusas, aut poculis ad-
 ditas offert. Id officium quum à multis tenta-
 tum sit, mea tamen sententiā, nemo felicius præ-

stitit quàm Plutarchus, qui post editum egregie frugiferum opus de vitis virorum illustrium, in quo permixtim facta simul ac dicta illorum referuntur. Traiano Cæsarum laudatiss. collegit insignia diuersorum apophthegmata, quòd in his velut in certissimo speculo representatur animus singulorum. Nam in factis, bonam laudis partem sibi vindicat consiliarius, dux ac miles, maximam fortuna, per quam videmus interdum optime consultata pessimum habere exitum: rursus quorundam inconsultam temeritatem felicissime cedere. Nam quemadmodum dixisse fertur Siramnes Persa, Dux ut opinor, interrogatus quare facta præclaris eius dictis non responderent: quid loquar mihi in manu est, quid eueniat in arbitrio fortunæ & regis. Nec tamen ideo sua laude frustrantur honesta consilia. Plutarchus autem non tantum in delectu cæteris præstat, verumetiam in explicando. Habent enim apophthegmata peculiarẽ quandam rationem, & indolem suam, vt breuiter, argute, false, & urbane cuiusque ingenium expriment. Siquidem vt singulis hominibus, ita singulis etiam nationibus suus quidam genius est: unde fit vt alia cõueniant Alexandro, alia Philippo aut Antigono, alia Phocioni, alia Alcibiadi rursus alia quadrẽt in Laconem, alia in Scytham aut Thracem, alia in Atheniensem, aut in Romanum. In his igitur exprimendis mihi dilutior videtur Xenophon, suffrigidus Herodotus, loquacior Diodorus & Qu. Curtius, ne pergam de cæteris dicere. Plutarchus omnes impleuit numeros. Eoque visum est hunc ex omnibus potissimum sequi. Quicquid igitur erat in huius opere quod inscripsit, de apo-

phthegmatibus, hic in solidum reperies. Compertimus hoc opus bis latine versum, primū à Frācisco Philelpho, deinde à Raphaele Regio, quem Patauij nouimus. Philelphus in nonnullis locis fuerat lapsus, quæ restituit Raphael, sed ipse rursus impingens alicubi: nimirum homines erant ambo. Sed vterq; nihil aliud esse voluit q̄ interpretēs, nos Plutarchum multis de causis sequi maluimus q̄ interpretari, explanare quā̄m vertere. Primū̄m vt dilucidior esset oratio, quippe min⁹ astricta Græcis vocibus. Non enim hæc Traiano scribuntur, viro tum vtraq; literatura, tum longo rerum vsu exercitatissimo: sed adolescenti principi, imò per te pueris & adolescentulis omnib⁹ liberalium studiorum candidatis: nec illo sæculo. quo dicta gestaque eiusmodi vulgi fabulis celebrabantur, in balneis, in conuiujs ac circulis forensibus: Dein vt mihi liceret indicare dicti argutiam, si quod occurreret obscurius, qualia nūc sunt permulta, non solum rudibus, verum etiam ultra mediocritatem eruditis. Me certe in multis torlit diuinatio, & haud scio an alicubi fefellerit etiam. Nec paucis in locis lucta fuit cum mendis codicum, in quas necessario impegerūt etiam interpretes. Vix enim credibile est quantum sibi permiserint vel librarij, vel scioli quidam in hūc autorem, cui summa debebatur religio. Nullus enim extitit inter Græcos scriptores Plutarcho, præsertim quod ad mores attinet, sanctior aut lectu dignior. Atqui hoc ipsum quod absterrere debuerat, inuitauit gloriæ quæstū̄sque sitiētes ad deprauandum, addendum, detrahendum. Etenim quo quisque scriptor est plausibilior ac celebrior,

hoc magis ad quæstum corrumpitur. Arguit hoc ipsa Græcorum codicum varietas. Nam vt alijs omiſſis, de hoc opere quod est in manibus loquar, quædam habet Phileſphus quæ Raphael non attigit, & contrâ. Deinde quum Plutarchus in præfatione, profiteatur seſe in vitis, dicta factaque virorum illustrium promiscue retulisse, sed in hoc opere compendij gratia tantum apophthegmata contexuisse, permulta tamẽ admixta videmus, quæ nihil aliud sunt quàm strata gemata. Iam eodem in opere toties eadem repetita, nonne palàm clamitant, argumentum hoc ab alio contaminatum? Vt iam ignoscamus apophthegmata referri sub eius nomine cui dictum est, non à quo dictum est, vt de Lysimacho & Philippide, maioris erat audaciæ, quòd ex vno opere fecerunt duo. Quoniam enim Plutarchus è Laconicis quæ plurima feruntur, ea duntaxat attigisset quæ videbantur occupatissimo Cæsari futura satis, ille quisquis fuit, si modo fuit vnus aliquis. Lacedæmoniorum dictis proprium volumen dedit, idque secundum ordinem literarum Græcarum, quem Raphael vertit in ordinem latinarum. At hic erat è tribus omniũ deterrimus. Nam ordinem sententiarum sequuntur Valerius & Frontinus, quæ ad religionem, pietatem in patriam, ad fidem, ad fortitudinem ac iustitiã pertinet, & item de cæteris, in suam quæq; classẽ digerentes. Eruditissimus est quem sequutus erat Plutarchus, seriem regionum ac regnorum obseruans, & in singulis ætatum ordinem, vniciq; regum suos adiungens duces & cuiq; ducẽ suos collegas. A Persis venit ad Ægyptios, ab Ægypti

ptijs ad Thraces, à Thracibus, ad Scythas, a Scythis ad Siculos, a Siculis ad Macedones, hinc ad Athenienses, ab his ad Lacedæmonios, in horū singulis, temporum non literarum ordinem sequens. à Lacedæmonijs ad Thebanos, à Thebanis ad Romanos, vt lector è paucorum dictis hystoriæ totius agnoscat seriem, quam misere confudit is qui Laconica separauit, repetens interim eadem quæ ad Traianum collegerat Plutarchus: quanquam id frequentius in altero deprehenditur opere, sed in vtroq; toties, vt ea dormitatio non cadat in Plutarchum scriptorem exactæ diligentiae. Adde quòd hæc pars nullā habet præfationem, nec illa prior ad Traianū quadrat ad vtrunq; opus. Iam quid gratiæ debeatur his, qui celebrium autorum libros ad hunc contaminant modum, in præsentia non disputo: mihi sacrilegij genus esse videtur. A me tamen, exceptis alijs quot Laconicis, quòd eadem in altero catalogo repetitur omnia, nihil eorum prætermissum est, quæ Plutarchi titulo feruntur: partim ne quid hic desideraret lector avidus magis quàm elegans, partim quod nihil illic viderem non dignū cognitu. licet non suo dictū loco. Sed totū opus quodammodo meum feci, dum & explanatius efferro quæ Græcè referuntur, interiectis interdū quæ apud alios autores addita comperissem, additis item permultis quæ in hoc opere non habebantur, vbiq; veluti scholijs indicans vel sensum vel vsum apophthegmatis, in his duntaxat quæ lucis aliquid desiderabant, sed hoc ipsum breuiter, ne ab apophthegmatum natura degenerarem. Ordo vero nobis etiam confusior est q̄

illic inueni, quòd quum initio statuiffemus pau-
 cos duntaxat eximios recensere, calor operis in-
 citauit, vt mutata sententia longius prouhere-
 mur: nec erat futurus finis, nisi rerum sese offerē-
 tium velut immensum pelagus, receptui canere
 compulisset. Nam vt Quintilianus inter gram-
 matici virtutes collocat, quaedā nescire, ita in hoc
 argumenti genere, diligentiae pars esse videtur,
 quaedam praeterire. Itaque lautus conuiuator esse
 malui, quā molestus, praesertim quòd si quid in hac
 coena praetermissum est, poterit in alia proponi,
 posteaquam haec erunt concocta. Porro ordinis
 neglecti incommodum indice pensauimus. De ti-
 tulo nihil refert anxium esse, quū in his quae col-
 legit Plutarchus sub apophthegmatum nomine,
 multa sint, quae alius mallet *σκώμματα, λοιδο-
 ρια, ἀσεία, εὐπράπιλα*, siue *γλοῖα* dicere. Cae-
 terum posteaquam in his distinguēdis frustra si-
 dauit M. Tullius, nec Quintiliano satisfecit Mar-
 sus homo doctissimus, atque adeo nec ipse Quin-
 tilianus Marso doctior sibi, non arbitratus sum
 operæpretium in hoc anxiam operam sumere,
 sat habens alicubi dicti iocive speciem obiter in-
 dicasse. In his certe quae nos adiecimus, sedulo ca-
 uimus, ne stratagemata cū apophthegmatis con-
 funderemus, tum ne quid omnino poneremus,
 nisi ex probatissimis vtriusque linguae scriptoribus
 iisque vetustis decerptum: non quòd nesciam à re-
 centioribus multa referri false, lepidèque dicta, sed
 plus habent authoritatis quae consecrauit anti-
 quitas, & adhibendus erat operi modus. Ne illud
 quidem quenquam mouere debet, quòd idem dictū
 ab hoc ascribitur huic, & ab illo tribuitur alteri.

Nec enim tā refert à quo quid dictum sit, quàm quid dicatur, etiam si celebris & gratiosus author, non nihil ponderis & gratiæ dictis adiungit. Fit hoc interdum humanæ memoriæ lapsu, quanquā nihil vetat eandem sententiam à diuersis authoribus proficisci, siue id faciat imitatio, siue casus: quem admodum hunc senarium, σοφοὶ τυράννοι τῶν σοφῶν συνείη. constat esse Sophoclis, & tamen citatur à Platone ex Euripide. Rursus hic versus, γέρον γέροντα παιδαγωγίῳ σ' ἰγῶ, quum sit in Philoctete Sophoclis, tamen idē reperitur in Bacchis Euripidis. Similiter hic versus, σιγῶν θ' ὅπως δὲ καὶ λέγων τὰ κείρια, quum sit in Æschyli Promethæo, deprehenditur apud Euripidē, duabus literulis immutatis σιγῶν λέγων. Illa frigidissima sunt, quæ personis fabulosis affinguntur, quod genus sunt Philostrati sophistæ, quum Palamedis Vlyssi, ac similibus affingit quodlibet: eaque fiunt bis frigida tractando, quorū omnino nihil attigimus. Proxima sunt quorū varijs personis attribuuntur in dsalogis, nō ad veri fidem, sed ad delectandum confictis. Minus illa frigent quæ dicuntur in comœdijs aut tragœdijs, habentque magnam gratiam in loco adhibita, tametsi sub apophthegmatis appellationem non cadunt, nisi quum ab authore nobili, ad rem præsentem accommodantur, gratiora si non nihil etiam ad alienum sensum detorqueantur. Veluti quum Aristoteles Calisthenem liberius cum Alexandro quæ expediret agentem, Homericum versus admonuit, ἀκύμορος δὲ μοι τέκος ἴσται οἱ ἀγορεύας. Nec ex Herodoto libuit multa colligere, quæ pleraque videantur à scriptoris ingenio re-

perta. Eiusdem farinae sunt, quae incidunt in orationibus, quas historiographi pro suo quisque ingenio solent attexere personis, licet & illa plurimum conducant, & ad iudicium, & ad dicendi facultatem. Optimum apophthegmatis genus est, quod paucis verbis sensum non vulgare significat potiusque exprimit, quale nemo facile possit studio fingere, quodque quo propius ac diutius contemplantur, hoc magis, ac magis delectat. Vniuersum autem hoc genus quod prouerbia, sententias, insigniter dicta factaque complectitur, accommodatissimum est principibus viris, quibus ob reipublicae negotia non vacat magnam vitae partem libris impendere. Haec autem ut cum voluptate discuntur, facileque insidunt animo, ita longe plus habent philosophiae in recessu quam prima fronte praesentent. Legimus Caesarem Augustum, quicquid usque talium praeceptorum nactus esset, describendum curare solitum, & ad varia loca mittere. Videmus autem praesens illis sapientibus hoc praecipuo fuisse studio, ut res dignas cognitu, voluptatis illecebra teneris ingenijs infererent, ac rudis aetas nondum matura serijs philosophiae praecipis per lusum disceret quae per omnem vitam magno forent vsui. Hoc consilio cosmographiam, astrologiam, & musicam, naturalem ac moralem philosophiam scite confictis fabulis & apologis asperferunt. In his vero nostris videbuntur esse quaedam, quae nihil faciunt ad bonos mores, sed risum modo commoueant. Ne id quidem vitio dandum existimo, risu nonnunquam relaxare animum curis fatigatum, modo risus sit argutus ac liberalis. Haec enim exhilarant ac vegetant iuuenum in-

genia, nec mediocriter faciunt & ad vitæ comitate, & ad orationis iucunditatem. Quid enim magis edulcat M. Tullij dictionem, quàm quòd eam huiusmodi dictis subinde condit? Quid porò sunt Plutarchi moralia, nisi aulae huiusmodi coloribus picturata? Iam illa quæ maxime videtur ridicula, tractâdo fiunt seria. Quid enim magis ridiculum quàm Diogenes in meridie cū lucerna obambulans, & hominem se in frequenti foro quærere dictitans? At interim ridendo, discimus, non esse statim homines qui speciem habent hominis, quam habent & statuae: sed vt inuenias hominem, inuestigandus est animus. Is si recta ratione ducitur potiusquam affectu, tum demum reperisti hominem. Item quid æque ridiculum, atq; quòd Phryne, stipulata vt quod ipsa prior faceret, idem cæteræ mulieres in conuiuio facerent omnes: manū bis aquæ immerfam admouit frōti, hoc commento magno omnium risu prodens cæterarum fucos, quū ipsa videretur etiā formosior? Sed hic risus nos docet idē quod serio dixit Socrates, vt tales esse studeam⁹ quales haberi velimus, ne detractō fuco pro gloria male affectata reportemus ignominiam. Docet & illud, ne nitamur bonis externis fluxisq; quæ varijs casibus facile eripiuntur homini, sed paremus veras opes animi, in quas nullum ius habet fortuna. Tantū seriæ philosophiæ docet nos illud ridiculum meretriciæ factum. Proinde quanq̄ alioqui seueris rationibus institueret ciues suos Lycurgus, tamē liberales iocos illis non solum permisit, sed etiā præcepit. Instituit enim exercitamentū gen⁹ quod *λίχαρς* appellabat, ad quod conueniebant senio

res iam à publicis functionibus emeriti, lepidis dictis liberalibusque iocis tempus cum voluptate transmittentes, sed quæ vel ad honesti laudē, vel ad vitiorum vituperationem conducerent. Quin & signum collocavit γέλωτι deo, id est, Risui, quod vtilissimum iudicaret modestis facetijs animorum vigorem recreare, & ad honestos labores alacres reddere, quando in rebus humanis, quod caret alterna requie durabile non est. Quin & Cleomenes adeo seuer⁹, vt nec mimos, nec psaltrias, nec tibicines vnquam admiserit in rempubli. probauit tamen vt ciues iocis liberalibus, falsisq; disterijs inter se decertarent. Deniq; quoties datur à negotijs vacuum tempus, aut ipsa res postulat hilaritatem, quanto decentius est huiusmodi dictis ludere, quàm illiberalibus, indoctis, & obscœnis fabulis oblectari? Mihi videtur aliquanto cōsultius pueros in ludis literarijs huiusmodi thematis exerceri quàm vulgarib⁹ istis, quæ vt sensiculos habent frigidos, ita non indicant linguę latinæ mysteria: modo præceptor indicet rationes quibus quod breuiter dictum est queat dilatari, & quod ridicule dictum est, possit ad vsum serium accommodari. His addam & illud: in sacris concionibus fortasse non conuenit scripturis diuinis admiscere iocos humanos, sed tamen excusatius hæc adhiberentur ad excitandos dormitantes, quàm aniles fabulæ, quas nonnulli solēt ex abrupto interponere, prorsus è media vulgi fœce haustas. Julius Cæsar tot ciuilia bellicaq; negotia sustinens, argutis disterijs, quibus adeo delectabatur, vt etiam in ipsum torta probaret, modo scita, solet curarū lassitudinem dis-

cutere. Vix alius imperatorum fuit Augusto Cæsare vel sanctior vel occupatior. At rursus quis in hoc genere urbanior? De M. Tullio nihil dicam, qui nonnullis videtur in locando, nec modo, nec decori satis meminisse. Xenocrates philosophus ingenij fuit tristioris, vir alioqui magnus, sed hunc Plato subinde iubebat litare Gratijs. Zenon totus Stoicus, Socratem ob perpetuam sermonum urbanitatem, scurram Atticum solet appellare nullus tamen est quin fateatur Socratem utroque sanctiorem. Ne commemorem quòd nullorum dicta magis celebrantur quam quæ leporibus condita sunt, certe pueris institutis utilior esset Socrates, Diogenes aut Aristippus, quam Xenocrates aut Zeno. Quòd si recte visum est sapientissimis viris primam ætatem oblectamentis quibusdam ad amorem sapientiæ seuerioris allicere, multo magis id cõuenit, tum iuueni tum Principi, quem ut vigilantem esse decet, ita non oportet nec ipsum vnquam esse tristem, nec quenquam à se tristem dimittere. Animus autem amoenioribus studijs educatus, sit ad omnes curas ferendas vegetior, & ad omnem hominum consuetudinem festiuor. His rationibus me tueri poteram, si nihil collegissem nisi facetiæ: nunc scrijs hæc duntaxat admixta sunt, veluti conuiuij condimenta. Quo si te sensero delectatum, haud me poenitebit huius operæ licet humilioris, ut aliqui fortasse iudicabunt. Scribunt alij profectionibus, nos principis ætatem teneram lætam. Quòd si hæc infra tuos profectus fuerint, certe optarim esse, tamem scio tibi non ingratum fore, per te communibus adolescentulorum stu-

N V N C V P A T O R I A .

dijis hoc vtilitatis accessisse. Et nos fortasse dabi-
 mus aliquando seueriora, posteaquam hæc edidi-
 ceris. Nam ediscenda sunt omnino, quo semper
 ad manum præsto sint. Quanquam quid meis
 opus, quum domi habeas Conradum Heresba-
 chium, virum omni genere literarum absolutum,
 quem sic in te video affectum, vt quod optimo
 præceptore dignum est, alumni sui commodis &
 ornamentis impensius gaudeat quam suis. Is vt
 tuam pueritiam formauit literis, ita grandiorẽ
 ætatem poterit fidelibus prudentibusque consi-
 lijs adiuuare. Mihi quoque non minus iucundum
 quam honorificum fuerit, quantulacumq; ex par-
 te felicissimam indolem tuam, nostra promouisse
 industria. Quod superest deum Opt. Max. preca-
 mur, vt sua dona quæ largissime in te cõtulit, ser-
 uare, tueri, & augere dignetur, quo simul & lau-
 datissimorum parentum votis respondeas, & cla-
 rissimis maiorum tuorũ imaginibus dignus eua-
 das, & luculentæ ditioni, cui natus ac destinatus
 es, par esse queas. Desinam, si verbum addidero:
 dum in his versaris, memento te non Christiano-
 rum, sed ethnicorum apophthegmata legere, vi-
 delicet vt legas cū iudicio. Apud Friburgũ Bris-
 goiæ IIII Cal. Martias, A N N O. M. D. XXXI.

APOPHTHEGMA
TA LEPIDEQVE DICTA,
PRINCIPVM, PHILOSOPHORVM,
ac diuersi generis hominum, ex Græcis pa-
riter ac Latinis autoribus selecta, cum inter-
pretatione commoda, dicti argutiam aperiē-
te, per Desid. Erasmum Roterodamum.

APOPHTHEGMATA LACONICA SE-
cundum ordinem literarum Græcum, Liber
primus.

AGASICLES.



LACEDÆMONII
quoniā seueriores erāt,
ac moribus incorruptio-
ribus, belliq; gloriā pos-
tissimum spectabāt, cō-
temnebant omneis ar-
teis, quę ciuium animos
videbantur emasculare,
& à vera virtute ad ocio-
sam ostentationē traducere. Nam & Roma quū
adhuc spiraret germanam illam austeritatē, græ-
culos professores vrbe exegit. Hoc genus studijs
nulla Græciæ pars corruptior erat quàm Attica,
vbī Gorgias, Lysias, Isocrates, Prodicus, aliique
innumeri sophistæ, magno cum appiausu popu-
li, nec mediocri mercede garriebant.

Cum igitur Agasicli Lacedæmoniorū regi di-
ceret quidā, admirari sese quod quū esset auidus

Generose.

discēdi, nō adiungeret sibi Philophanē sophistā, regali prorsus indole respōdit, Eorū, inquit, volo esse discipulus, quorū sum & filius, significās non minus interesse quos nactus sis parentes, q̄ quos asciscas praeceptores. Etenim vt liberi ferme referūt maiorū vnde p̄gnati sunt ingeniū, ita praeceptorū vitia demigrāt in eos, quos instituūt. Et honestae vitae institutio potissimum ab illis petēda est, qui virtutē ipsis factis praestiterūt, nō ab ijs q̄ cōpositis arte verbis de virtute nugātur. At nunc summi orbis monarche futuri, deū immortalē, q̄ bus interdū viris ā teneris ānis formādi instituēdū credūtur, quū principi nō minus tū peritio sum sit, tū indecorū, ab inhonestis istitui, q̄ nasci. Nec q̄libet artes discēde sūt principi, sed hae dū taxat q̄ tradūt rationē recte administrādi regnū.

2
Grauiter ac moderate.

Rursus quū alius quispiā ab eo sciscitaretur, quo pacto posset aliquis tuto imperare, nullo stipatus satellitio, respōdit: Si sic imperet suis, quē admodū pater imperat liberis. Nemo plura dixit vnquam maiore compendio. Domini tantum timētur ā seruis, quo mali metu coherceant, quos nō corrigit pudor. Pater quoniā liberis cōsulit potius q̄ sibi, diligitur ab illis, sic vt auctoritatem commitetur reuerentia. Aduersus hos adeo non est opus satellitio, vt non aliud sit satellitium fidelis illorum stipatu. Quōd si rex beneuolentia ac benefactis adiungeret sibi ciuū animos, nō esset opus barbarico cōductitiōq; satellitio, sed nullos haberet corporis sui custodes tutiores, q̄ ciues erga quos patris gereret affectum. Potrō quibus placet hoc dictum, oderint dum metuant, nullos magis habent suspectos, quā quibus oportebat

maxime confidere: ac multos metuat oportet, quem metuunt multi.

AGESILAUS.

Agésilauſ ille magnus Lacedæmoniorum rex, 3
 quum in cōpotatione quadam fortibus ex more
 ductis factus eſſet princeps conuiuij; huius autē
 partes erāt præſcribere quantum quiſq; biberet;
 rogatus à pincerna: quantum cuiq; vini deberet ap
 ponere, Si multum, inquit, vini paratum eſt, dato
 cuiq; quantum poſcit, Sin parum, cunctis ex æquo
 diuidito. Hac dexteritate mire proſpexit, ne vel
 parata vini copia deeſſet, quibus placeret largior
 potatio: vel ad bibendū cogerētur, quibus place
 ret ſobrietas. Rurſus in maligniore vini copia, p
 æqualitatem excluſit occaſionem murmuris. Et
 enim quū ſingulis æqua vini portio diſtribuereſ,
 nihil deerat hiſ qui bibebant moderatius: & qui
 largius fuerant bibituri, quum haberent quod na
 turæ ſatis eſſet, queri nō poterāt, ſi deerat libidi
 ni, eo quōd nemo omnium plus aut minus haberet
 cæteris. Itaq; æquis animis ſe illi quoq; ad mode
 rationē cōponebāt, quib⁹ alioqui placebat luxus.
 Porro Lacedæmonij præter cæteros Græcos vi
 ctus frugalitatem probabant.

Quum vero narraretur apud eū, maleficū quē 4
 piam ac ſcleroſum hominē, cōſtanter pertuliſſe
 tormēta, vt inſigniter, inquit, miſer eſt homo, qui
 tolerantiam ac patientiā in reſ flagitioſas ac tur
 pes collocet. Apud Lacedæmonios admirabilis
 erat malorum tolerantia, quæ ſi ſuſcipiatur ob
 reſ honeſtas, magnā promeretur laudē: ſin ob tur
 pes, non ſolum non meretur fortitudinis lau
 dem, qui tolerat, ſed hoc miſerior eſt ac vir peior,
 a.ij.

Graviter:

quo constantius se gesserit. *ἄωνηρός* enim Græce & malum sonat, & translato tono, laboriosum siue calamitosum. Dolebat egregio duci, tantum animi robur ac naturæ vim, in re turpi consumptam, quam si attulisset ad res honestas, magno vsui poterat esse rei publicæ.

5 *Salte.* Alio quodam laudante rhetorem hoc nomine, quod mirifice res exiguas verbis amplificaret. Ego, inquit, ne sutorē quidē arbitrer bonū, qui paruo pedi magnos inducat calceos. Veritas in dicēdo maxime probanda est: & is optime dicit, cuius oratio congruit rebus, ex quibus petēda est orationis qualitas potius, q̄ ex artificio.

6 *Iuste & vrbane.* Quum quidam vrgeret illum improbe postulādo, dicerētq; ei, promissisti, atq; idē crebro peteret, quasi iam fas non esset negare quod petebatur. Recte sanē, inquit, si quidem iustū est quod petis, promissisti: sin minus, dixi, non promisi. Hoc dicto elusit flagitatoris imp robitatem. Ille vero quum nondum faceret flagitandi finē, sed subiiceret. Atqui decet reges præstare, quicquid vel capite annuerint. Nihilo magis inquit, q̄ eos qui reges adeunt decet ea petere loquiq; quæ iusta sunt, spectantes simul & opportunitatē, & quid regibus conueniat, decorūmq; sit. Sunt qui principes velut ex insidijs adoriuntur, & à bene positis aut alioqui aliud agentibus, vt non vacet quale sit, quod petitur, considerare, postulāt quod iniquū est. His merito negatur quod pmissum est, & repulsi immerito requirūt fidem à promissore, qui sui officij nō meminerūt in postulando.

7 Quoties audiebat aliquos ab alijs laudari, aut vituperari, existimabat nō minus esse discendos

eorum mores qui loquebantur, quàm eorum de quibus loquebantur. Sensit vir prudentissimus, Prudenter. qui auide obtreſtant alienę laudi, magis prodere morbum suum q̄ detegere mores alienos: & qui ob res parum honestas laudant quempiam, aut ob laudabiles vituperant, indicare stultitiam suam, peruersumq; iudicium.

Quum adhuc puer esset, & ageretur ludus so: 8
lennis, quo pueritia tum exercebatur, atq; is qui negotio præfectus erat, statuisset illū in loco parū honorifico, paruit quidē, tametsi iam rex designatus, ac dixit, Bene sane habet, ostendā enim, Magnanimitate. non locum viris, sed viros loco cōciliare dignitatem. Nimirum vox ea declarat in puero, miram animi celsitudinē, cū pari moderatione cōiunctā. Nec alij magis sunt administrādo regno idonei. Simile quiddam tribuunt Aristippo,

Quum medicus quispiam illi præscriberet cura: 9
rationem nimis exactam, minimeq; simplicem, qualis esse solet apud Lacedæmonios: Per geminos, inquit, sumam quæ præscribis, si mihi profus est in fatis vt non viuam, etiamsi non omnia sumpsero. Significabat eiusmodi curationes citius acceleraturas mortem, q̄ depulluras morbum. Nec tam operosa pharmaca sumēda, nisi qui destinavit mori. Omnibus in rebus ei genti placuit frugalitas ac simplicitas.

Quum astantem aræ Palladis, cui apud Spar: 10
tanos ab æreo delubro *χαλκίικω* cognomē est, Simplicitet vt bouem immolaret, momordisset pediculus, nō auersus est, sed arreptum palam omnibus occidit, Per deos, inquiens, equidem insidiatorē lubēs vel in ipsa ara: videlicet declarauit animum nec

inepto pudori, nec superstitioni obnoxii: tecteq;
significauit, infidias molientibus nullam aram,
aut asylum oportere tutum esse.

11 Quum puer quidam eo vidēte murem captū
ē cauo protraheret, mūsq; cōuersus momordisset
tenētis manū, atq; effugisset, Agesilaus indicauit
his qui aderāt dixitq;, Postea q̄ minimū animal-
culū sic vlciscitur eos ā quib⁹ læditur, quid viros
oporteat facere cogitare. Ita dux fortissimus vn-
decumq; captata occasione animū addere stude-
bat suis, vt audētiores fierēt aduersus hostē. Sed
*idē exemplū magis eō valet, ne quis quālibet po-
tēs iniuria prouocet infirmiorē.* Fuit enim sēpenu-
mero, vt qui, sicut ait Flaccus, fragillū quatit illi-
dere dentem, infringat solido.

12 Quū in animo haberet mouere bellū aduersus
regē Persarū, quo Græcos Asiā incolētes liberta-
ti restitueret, cōsultuit oraculū Iouis Dodonēi. Nā
ea gens ex oraculis deorū pleraq; gerebat. Is quū
iussisset, vt p̄ suo arbitratu, bellū institueret, Age-
silaus dei respōsum renūtiāuit Ephoris. Hī erant
quinq; iudices, quorū autoritati reges quoq; pare-
re cogebātur. Illi vero suaferūt, vt adiret & Del-
phicū oraculū, iisdē de rebus sciscitaturus. Eō p̄-
fectus hoc pacto proposuit cōsultationē: Apollo
num idem tibi videtur, quod patri? Quū Apollo
cōprobasset Iouis oraculum, ita demum delect⁹
imperator, bellum apparat, vnico factō nō vnā
rem nos docens, Primū moderationē animi, qui
quū rex esset, nō grauatus sit Ephoris obtēpera-
re rē superuacaneā imperantibus. Deinde decla-
rauit, quā nō temere sit bellum capessendū. Il-
lis non sat erat Iouis oraculum, quum hodie prin-

Religiose.

cipes frequēter incōsultis vel potius inuitis proceribus ac ciuitatibus ad arma profiliant. Postremo demonstraui, quā religiosā haberet de dijs opinionem, qui si inter se dissentiant, nō sint dii, obiter notans Homeri fabulas, qui fingit deorū ac dearum atrociam dissidia, & quod in principibus ac magistratibus turpe sit, ascribit suis numeribus.

Tissaphernes Persarū dux cum Agesilao fœdus, nō ex animo, sed metu percusserat, hac lege, vt Græcas ciuitates sineret libere suisq; viuere legibus: mox ingētibus copijs à rege suo accersitis bellū illi denuntiavit, ni Asia decederet. Hoc fœdus violatum libenter arripuit Agesilaus, legatis hilari vultu respondens, se magnā habere gratiā Tissapherni, quod periurio suo & deos & homines sibi infensos reddidisset, aduersæ vero parti propitios. Recte sensit absq; prouidentia dei nihil geri in rebus mortalium, magisq; fidendū diuino fauori, q̄ humanis consilijs, aut viribus. Cæterum exercitum mouit velut in Cariam impulsionem facturus. Quò quum Tissaphernes ignarus doli, cogeret militem, Agesilaus repente copias mouit in Phrygiam, vbi quū multas cepisset vrbes, magnāmq; pecuniarū vim abstulisset, dixit amicis: Fœdera quidem violare præter caustam, impiū est, cæterū hostibus imponere, nō modo iustū est, ac laude dignū, verū etiā & iucundū & lucrosū. Vir bellandi audius, tamen ab iniusto bello abhorrebat, nec eius suscipiendi ansam dare voluit, datam feliciter arripuit, nec turpe putauit doli in illum vti, qui violato fœdere periurio sefellisset & deos & homines.

a.iiij.

- 14 Idem quum parum esset instructus equitatu, Ephesum sese recepit: ibi opulētis denūtiavit, vt quisquis pro se virū & equum præberet, a militia esset immunis. Hac arte factum est, vt pro ignavis ac timidis diuitib⁹ breuī colligeret & equos & viros strennuos ac bello idoneos. Qua quidem in re dicebat sese Agamemnonis exemplum retulisse, quod is accepta equa generosa, virum dicit uitem, sed ignauum militia liberasset. Locus autem est apud Homerum Iliados ↓.

Callide.

Τὴν ἀγαμέμνονι δῶκ' ἀγχισιὰς ἡς ἰχίπωλος
 Δῶρ', ἵνα μὴ οἱ ὑποῖθ' ὑπὸ Ἴλιου ἀνεμέεσσεν
 Ἀλλ' αὐτῶ τῶν ποιεῖ μίνωρ, μέγα γὰρ οἱ ἴδωκε

De equa loquitur

σεύς ἄφενος, ναῖτερ δ' ὄζ' ἐπιρυχώρω σικυῶνι.
 Quam dederat Anchisiades Echepolus Atridae: Dono, ne huic comes iret ad altæ mœnia Troiæ, Sed remanere domi, ac sese oblectare liceret.

Nam viro opes pater altitonās donarat opimas. Incoluit vero prædiuitem agris Sicyonem.

Hæ sunt artes excellēti principe dignæ, qb⁹ efficit, vt quod ad reipub. dignitatē incolumitatē, ve necessariū est, nō per violentiā inuidiosam extorqueat, sed ea dexteritate ipetret, vt nec tenues grauet, & a ditioribus etiam gratiam ineat.

- 15 Cæterum quū edixisset vt captiui nudī venderentur, Laphyropolæ, quorū munus erat res prædaticias diuēdere, quod erant iussī faciebāt: ac vestitum quidem, quoniam iuxta barbaricum morē erāt splēdidæ multiq; pretij, cōplures extiterunt emptores. Cæterum ipsa corpora candida, prorsusq; tenera ac delicata, nec quicquam virile præ se ferētia, quippe in umbra, otio, ac voluptatib⁹ educata, adeo nemo cōcupiuit emere, vt deride-

rent etiam hoc mercium genus, velut inutilium nec
 ulli^o omnino pretij: id animaduertens Agesilaus,
 qui auctioni praesidebat, & hunc casum torfit ad
 animandos ad fortitudinem milites. Haec inquit:
 sunt pro quibus pugnat, ornamenta captiuorum Solertes.
 ostendens: hi quibus cum pugnat, nuda captiuo-
 rum corpora demonstrans. Duplici nimirum argu-
 mento addidit suis animos, amplissima spe praemio-
 rum, & hostium imbellium extremo contemptu.

Idem quum in Lydia Tissaphernem vertisset in fu- 16
 gam ac quamplurimis interemptis iam in agros
 regios fecisset incursionem. rex Persarum per lega-
 tos quorum praecipuus Tiraustes ingentem pe-
 cuniarum vim vitro ad illum misit, petens ut a bello
 desisteret: Agesilaus sprete pecunia respondit, pa-
 cis quidem tempore, reipublicae vigere auctoritatem, ut ius
 habeat decernendi quod ad tuendam civitatis tran-
 quillitatem censuerit conducere. Belli vero tempore Animo se liberaliter
 non item. Sibi vero iucundius esse, si milites suos
 daret, quam si ditescat ipse: praeterea se pulcher-
 rimum ducere, si Graeci non munera caperent ab ho-
 stibus, sed armis pararent spolia. Vox excellentis
 animi, qui non aliud virtutis praemium ambiret, quam
 gloriam, nec pacem hosti venderet, fraudato milite.

Quum Megabates Spithridatis filius eximia for- 17
 ma adolescens Agesilaum adisset aliquando salu-
 tandi gratia, ac iuxta Persarum morem osculum
 offerret, quod ab eo videretur admodum amari:
 Agesilaus auertit vultum fugiens osculum. Cae-
 terum quum erubisset ille ratus se contemptum
 fuisse, ac deinceps salutaret eum eminus: rex poenitens
 vitati osculi, finxit se mirari quid accidisset
 Megabate, quod ipsum non salutaret osculo. fami-

liarēs responderunt, ipse fuisti in causa ò rex, qui venientē nō excepteris, sed formosi basū exhorrueris. Alioqui nunc quoq; persuaderi poterit, vt tibi veniat ad osculū, tantum ne rursus refugias.

Continēter

Hic posteaquā Agesilaus aliquandiu tacitus suo cum animo cogitasset, non est, inquit, opus vt illi reditū persuadeatis. Nam ego mihi sic videor absēctus, vt malim huiusmodi rebus superior esse, quā aduersariorū urbē fortibus viris instructis simam per vim capere. Præstantius enim ducō, vt quis sibi ipse seruet suam libertatē, quā vt alijs libertatem adimat. O virū gerendo in alios imperio idoneū, qui suis cupiditatibus imperare posset. Quis nō miretur tam philosophicū in homine militari iudiciū? Intellexit neminem esse liberum, qui seruiret cupiditatibus. Intellexit nullum esse imperiū speciosius, quā si quis animo suo posset imperare. Hoc exemplū temperantię multo pulchrius videbitur reputanti, quod Græcorum leges formosorum adolescentium amorē cōcedant, citra turpitudinē tamē aut vim. Quāquā hoc apophthegma Plutarchus in vitis paulo secus refert. Ego, inquit, denuo malim illā de osculo pugnare pugnā, quā omnia, quæ viderim mihi fieri aurea. Quo vir ille sensit amoris flammam acriorem, hoc pulchrius ducebat, non obsequi animo.

- 18 Cū cæteris in rebus esset rigidior, & exactē iusti legūmq; tenax, tamē in amicorū negotijs existimabat inhumanitatis ac sæuitiæ prætextū esse, nimium aduersus illos esse iustū. Huius rei testis est epistola quædam perbreuis, quæ fertur ad Hiericum Carem scripta, quæ cuidam amico veniā

Humaniter

deprecatur, in hunc modum: Nicias si nihil peccat, dimitte hominē: si peccat, mihi dimitte, sed omnino dimitte. Innocentem punire scelus est, culpam interdum condonare in gratiam honesti deprecatoris, humanitas est. Quum enim iustitiam semper oporteat esse clementia temperatam, quoties nacta est grauem interpellatorē: & minus habet inuidiæ, & plus impetrat gratiæ. In plerisque igitur amicorum negotijs, ad eū modum se gerebat Agesilaus. Interdum tamen magis sequebatur reipub. utilitatem per occasionē oblatam, quā indulgebat amicitia.

Quodam ergo die quum castra tumultuosius 19
essent mouēda, adolescentē cuius amore tenebatur relinquebat ægrotum: quūmq; is & blandis precibus & lachrymis illum remorari, conaretur, versus ad eum, q̄ difficile est, iquit, simul & misereri & sapere: malēs sequi, quod id tēporis expediebat, q̄ quod dictabat in amicum affectus. His animi dotibus cæteris præcallebat Agesilaus.

Continēter
& sapiēter.

Cæterum quod ad corporis curam attinebat, 20
nulla in re melius habebat, q̄ hi quibuscum uiuebat: à saturitate quidē & crapula in totū abstinens. Somno vero sic utebatur, non ut ille dormiret, sed ut seruiret negotijs, Aduersus æstum
autē & frigus sic erat instructus, ut quatuor anni tēporibus vnici tantū vestibus uteretur. Cæterū quū in tentorijs inter milites ageret, velut vn⁹ quilibet ē numero, nihilo meliorē culcitram habebat quā cæteri: illud assiduē habēs in ore, principis esse, non mollitiæ deliciis, sed temperantia ac fortitudine priuatis hominibus antecellere. O vere regiā vocem, si addidisset, sapientia.

Tēperate.

Nam ea vox omnes principis virtutes complectitur.

21 Sciscitante quodam quid Sparte fructus attulissent Lycurgi leges, voluptatum, inquit, contemptum: videlicet indicans, non alia magis ex re nasci reipub. corruptelam, quam ex delicijs.

22 Alij cuidam qui se dicebat admirari, quod Agesilaus cum cæteris Lacedæmonijs, tam frugali cibo vestitumque vteretur, Atqui, inquit, o hospes, pro hac frugalitate opimam messem metimus: libertatem: sapienter admonens, nullam esse voluptatem viris ingenuis libertate suauiore, nec ibi diu libertatem esse posse, vbi regnat luxus.

23 Rursus quum alius quidam eum admoneret, ut aliquid de vitæ rigore remitteret, causam addens quod quæ est vitæ volubilitas euenire posset, ut tempus ipsum exigeret aliam viuendi rationem: At ego, inquit, me consuefacio, ut quæcumque incidit fortunæ mutatio, ne queram ipsam mutationem. Mira animi continentia, qui nec in austeriore vita delicias requireret, nec inter delicias agens ab illis corrumpi posset.

24 Quin ne senex quidem factus quicquam de vitæ ratione & corporis exercitijs remittit. Itaque contanti quor per acrem hyemem solo pallio tectus obambulare absque tunica homo tam prouectæ ætatis. Ut, inquit, iuuenes hanc vitæ rationem imitentur, quum exemplum habeant & extremæ senectutis hominem, & principem, sapienter admonens senibus ita viuendum esse, ut adolescentibus exhibeant recte viuendi formam: & vulgus nihil imitari libentius, quam quod a viris principibus conspexerint factitari.

25 Thasiarum gens ut copia rerum abundabat,

præcipue vini præstantia nobilis, ita delictis erat
 addictior. per horum agros cum exercitu proficiscen-
 ti Agésilao, Thasij honoris gratia miserunt fari- ^{Frugaliter.}
 nas, anseres, bellaria, liba ex melle condita, & item
 omnis generis alia maximi pretij tum esculenta,
 tum poculenta. at ille præter farinas nihil acce-
 pit, reliqua domum referri iussit ab his qui attule-
 rant, tanquam sibi suisque prorsus inutilia. Cæterum quum
 illi precibus & obsecrationibus virgerent omnino
 ut acciperet xenia, iussit ea inter Helotes distri-
 buenda erat apud Lacedæmonios mancipiorum ge-
 nus. Eius facti causam sciscitantibus respondit,
 non decere qui virtutis ac fortitudinis studio te-
 nerentur, id genus delicias cupidiasque recipe-
 re: propterea quod istiusmodi res quibus inelca-
 rentur ingenio seruilis nati, oporteret a liberis pro-
 cul abesse: grauius taxas Thasiorum mores qui
 dum voluptatibus seruirent, nec ingenuos se præ-
 starent nec liberos: & sapienter ostendens, nihil
 esse seruilis abiectiusque, quam gulæ ventrisque
 voluptatibus obnoxium viuere.

Aduersus voluptates quidem inuicti pectoris hoc ¹⁶
 specimene dedit. Aduersus inanem gloriam non minus
 insuperatum fuisse declarat quod dicturus sum.
 Thasij quoniam intelligebant Agésilau de ipsis
 optime meritum, templis ac diuinis honoribus illum
 dignati sunt: atque hac de re legationem ad illum mi-
 serunt. Is ubi legisset honores quos legati ad illum
 detulerant, percotatus est, num illorum patria po-
 testatem haberet ex hominibus faciendi deos: quum
 illi respondissent habere, agedum inquit, primum <sup>Libere &
grauius.</sup>
 vos ipsos deos facite. Id si prestiteritis, tum vo-
 bis credam, quod me quoque deum facere poteritis.

Vtrum hic prius admirari conuenit, animi celsitudinem adeo contemnentis oblatum, ob quod Empedocles philosophus semet in Ætnam cōiecit, quodq; tot eruditi principes tot artib⁹ & impendijs ambieruntian ingenij solertiam, qua Thalsijs vel summam stultitiam, vel abiectam adulationem suam in oculos ingessit.

27 Nec minus excelsi animi fuit, quod quā nationes quæ id temporis Græciam incolebant, decreuissent illi in clarissimis quibúsq; ciuitatibus honoris causa statuas erigi, rescripsit illis hunc in modū: mei nulla sit imago, neq; picta, neq; ficta, neq; vilo alio artificio parata. At principū vulg⁹ hoc honoris genere se dijs æquiparari credebat, summūq; rerū bene gestarū præmiū arbitratur. Agelilaus ipso honesto cōtensus, negligebat eiusmodi adulationes verius quā glorias, malens insculpi prudentum ac bonorū hominū pectoribus, quā in foro creus aureū sive stare. Eximiam virtutem sponte suum cōsequitur decus. Nec vlla speciosior statua, quā honorifica bene actæ vitæ memoria.

Magnanimitate.

28 In Asia quū edes quasdam conspexisset, quarum tectum quadratis trabibus contextū esset, rogauit ædium dominū, num apud illos ligna quadrata nascerentur: qui cum negasset talia nasci, sed ex rotūdis, arte quadrari quid, inquit, ergo ne si quadrata nascerentur faceretis rotūda? Immane quantum absuit illius regis animus a nostrorum ædificiorū delicijs, in quibus nihil placet, nisi ex alieno deuectū orbe, aut multo artificio adulteratū.

Tēperate.

29 Quū aliquando quidam percōtatus esset, quānam essent fines Laconicæ ditionis, vibrata lanā

Fortiter.

tea, quousque inquit, hæc valeat pertingere. Vox egregio duce digna, qui bellū nō nisi iustū susceperet, imperiūq; virtute partū, virtute tueretur.

Rursus alij cuidam percontanti, quam ob causam Sparta nō cingeretur mœnibus, ostendit ciues armatos, hi inquiens sunt Spartanæ ciuitatis mœnia, significans respub. nullo munimento tutiores esse, quā virtute ciuium. 30 Fortiter.

Similiter quū alius quidam hoc idem percontatus esset, respondit ciuitatem nō saxis lignisve, sed pro vallis ac mœnibus, incolentium virtute muniri oporteret: quos si iungat cōcordia, nullus potest esse murus inexpugnabilior. 31 Sapienter.

Aduersus pecuniarū studiū, quo vitio pleriq; laborant, amicos admonere cōsuevit, ne tam pecunijs, q̄ fortitudine ac virtute studerēt ditescere, q̄ frustra parat opes, qui veris animi bonis vacat. 32 Sapienter

Si quid autem esset quod per milites celeriter confici vellet, primus ipse sub oculis omniū operas aggrediebatur, quo vel pudore ad industriam extimularētur. Efficacissimum exhortationis genus, principē hoc facere, quod ab alijs fieri velit. 33 Impigre. Exempli.

Illud sibi cum primis ducere solet glorię, quod quum rex esset, cæterisq; consilio prospiceret, nihilo secius in laborib; obeundis nemini cederet: quodque sibi ipsi imperaret, suisq; vt ita loquar, rex esset, id pulchrius esse iudicabat, quā quod regnum obtineret in alios. 34 Grauius.

Quidam conspiciens Lacedæmoniū quēdam claudum ad bellum exeuntem, quum ei equum veluti debili necessarium quæreret, non intelligis, inquit Agesilaus, in bello opus esse, non qui fugiant, sed qui loco maneāt; Significās eos detinē 35 Facete.

esse bello vtilis milites, quibus decretum est in prælio aut vincere, aut mortem oppetere.

36

Graviter.
Vitæ con-
temptus.

Percontanti cuidam qua ratione sibi pararet eximiam gloriam, si mortem, inquit, contempseris. Nihil enim in bello præclaræ rei geret, cuius animum mortis metus occupavit. Idem affectus in omni vita mortalium a pulcherrimis facinoribus reuocare solet.

37

Prudenter.

Roganti quam ob causam Spartiatæ ad tibiarum cantum inituri præliū exercerentur, vt quū ad numerū, inquit, incedūt, appareat qui formidolosi sint, qui fortes. Nā anapestorū ictus strenuis addebant animū, vehementer meticulosi pallorem ac tremorem incutiebant. Itaq; quum pes non responderet ad modulos tibiarum, probatur ignavorum imbecillitas. Magni liquidē refert, vt dux perspectos habeat militū suorum animos, quo norit qui sint a prælio submouendi, aut qui qua parte exercitus collocandi. Valerius Maximus libro 2. putat tibijs adhiberi solitas ad incitandos militū animos: contra Thucydides upud A. Gelliū tradit, pro tubis & cornib⁹ Lacedæmonios ad præliū tibijs vti solitos, ad moderandā vim & impetū militū: ne sparsi, dispersi prouerent in hostem, sed cōposite incederent suo quisq; ordine. proditū est literis Crentes cithara præcinente præliū inire solitos.

38

Argute

Quū quidam apud Agesilaū admiraretur regis Persarum felicitatem, quōd admodū iuuenis esset: Ne Priamus quidem inquit, quū hoc esset ætatis, erat infelix: indicans neminem appellandum beatum, nisi ad supremum vitæ diem peruenisset, quod nec Priamo, nec Cræso contigit.

Quū maximā Asiæ partē armis sibi subegisset, constituerat ad ipsum regē Persarum proficisci, vt cum cōpesceret: qui sic erat quietus à bello, vt interim Græcorū duces pecunia corrūperet: cæterum reuocatus domum ab Ephoris, ob Spartam Græcorū obsidione cinctam (Nam id rex Persarū pecunijs missis effecerat) paruit, dicens bonū imperatorem legum imperatis parere oportere, citràq; cūctationē soluit ex Asia, magno sui desiderio relicto Græcis Asiaticis. Offerebatur rei bene gerendæ occasio, inuitabat illū Græcorū affectus vt instituta perageret, sed rex à tyrānide alienissimus legū autoritatem existimabat omnibus anteponendam.

Quoniam vero Persarū nomisima sagittarium habebat insculptū, ex Asia discedens aiebat, se triginta sagittariorū millibus à rege Asia depelli. Tot enim Daricorū aureorū millib⁹ Athenas ac Thebas deportatis, & in plebis moderatores distributis, Timocrates effecerat, vt popul⁹ hostilem animū aduersus milites susciperet. Ephoris autē rescripsit in hunc modū: Agesilaus Ephoris salutē. Asiā magna ex parte subegimus, barbaros expulimus, frequēter in Ionia conflixim⁹, attamen quoniam pro magistrat⁹ autoritate iubetis, vt istuc ad diem præscriptum adsim, consequor hanc meam epistolam, ac fortassis anteuertam etiam. Nec enim mihi principatum gero, sed tum reipub. tum socijs & amicis reipub. Atq; ita demum qui potitur imperio vere legitimèq; imperat, quū & ipse paret imperio legum & Ephororū, aut quicūq; sint illi, qui in repu. magistratu fungūtur. Quid huius ducis animo mos

b.j.

deratius! At quid eodem excelsius!

- 41** Dein quū transmissō Helleſponto iter faceret per Thraciam, nulli quidē barbarorum ſupplexiuit, vt daretur tranſitus, ſed miſſis ad ſingulos nuntijs, rogabat vtrum per hoſtiū an amicorum regionem iret. Ac cæteri quidem illum amice recipiebant venientem, ac diſcedentē deducebant. Cæterum qui Troadenſes appellantur, à quibus vt fertur Xerxes datis muneribus tranſeundi copiam emerat, tranſitus mercedē poſtulabant ab Ageſilao, centū argēti talenta, totidēmq; foeminas. At is irridens eos, rogauit quur nō protinus veniſſent accepturi quod poſtulabant. Admouit exercitum, & congreſſus cū his qui ſe obiter collocarāt in acie, omnes vertit in fugam, cōpluribꝰ trucidatis, itaq; ſibi ferro viam aperuit.
- 42** Itidem & ad Macedonū regē nūtiōs miſit, rogans vtrum per hoſtiū ſolum irent an amicorū. Quum ille reſpondiſſet ſe conſultaturū. Fiat inquit igitur cōſultatio, nos tamen interim iter faciemus. Rex admiratus hominis audaciā ſibi que metuēs, ſatius eſſe cēſuit illū vt amicū ſuſcipere.
- 43** Theſſalorum qui hoſtibus tulerant ſuppētiās agros depopulatus eſt. Virtus ſic erat æquitate tēperata, vt nec amicos lēderet, nec inimicis parcere, vbi fortuna dediſſet vlciſcēdi occaſionem.
- 44** Ad Lariffæos autē qui non iuuerāt res hoſtiū, Xenoclem ac Scythen legatos miſit amicitiae cōciliandæ gratia. Hos quum Lariffæi comprehēſos aſſeruerent in cuſtodia, cæteri quidem id factum grauiter ferentes cenſuerunt vt Ageſilao admoto exercitu Lariffam urbem obſidione valeret, At ille negabat ſe vel vniuerſam Theſſaliā

hac conditione velle capere, vt ex his quos miserat alterius faceret iacturam, amissurus vtrunq; si illos bello lacessisset. Itaq; captos acceptis conditionibus liberauit ac recepit. Tam atrocem iniuriam duorum amicorum incolumitati condonauit, alioqui contumeliarum impatiens. Dicas illum suos affectus in sua habuisse potestate.

Feliciter pugnatum erat apud Corinthum: in eo prælio quãquam accepisset Spartanorum admodum paucos desideratos, cæterum è Corinthijs, & Atheniensibus aliisque socijs ingentem numerum interijisse, adeo nõ gauisus est, nec elatus ea victoria, vt grauius ingemiscens deploraret Græciæ vicem: heu inquit Græciam, quæ tot viros intestino bello perdidit, quot vniuersis barbaris debellandis satis esse poterat. Viro magnanimo victoria erat optabilis, sed charior erat sociorum incolumitas. Quo animo tulisset ille si plurimorum ciuium interitu fuissetempta victoria? Non parum laudis promeretur hic affectus in duce Lacedæmonio tum natura bellaci, tum ethnico. At Christiano principi nulla non debet esse lugubris victoria, quæ plurimorum etiã hostium exitio contigit.

Cæterum quum Pharsali vrgeret, atrocinijsq; vexarent ipsius exercitũ, sexcentis equitibus vertit illos in fugam: moxq; trophæum statuit sub Narthacijs. Nec alia victoria magis lætatus est, quod ipse per se constituto equitatu paucorum, nec alijs adhibitis copijs, eos superasset, qui de re equestri præcipue gloriabantur. Pulchrũ est vincere lacessentes, præsertim his præsidijs, quibus hostes potissimum sese iactant.

b.ij.

47 Nūc accipe geminū in gloria cupidissimo duce temperantiæ exemplū. Quū Diphridas illi ē patria nuntium attulisset, vt omīssis quæ tum agebat protinus in Bœotiam irumperet, quāquā destinarat hoc ipsum postea maiore aggredi apparatu, tamē magistratib⁹ obtemperās, accessit ad se viginti millibus eorū qui apud Corinthum militabāt, inuasit Bœotiā, ac iuxta Coroneam cōgressus cū Thebanis, Atheniēsis, Argiuis, & Corinthijs ambas acies superauit, licet ipse multis acceptis vulnerib⁹ corpore esset grauius affectus. Quæ pugna quū esset inter res ab illo gestas omniū maxima, quēadmodū scripsit Xenophon: tamē domū reuersus nihil de pristino victu vitæq; modestia mutauit, ob tantos rerum successus, totq; victorias. Multo dignior erat triumpho victoria, qua vir ille primum suis consilijs anteposuit legum autoritatem, deinde tot egregijs facinoribus nihilo factus est insolentior.

Modeste

48 Animaduertens ciuium nonnullos qui in pretio habebantur, ac sibi placerent quod equis alēdis intenderent animū, sorori Cyniscæ persuasit, vt consensu curru certaret in Olympijs, hoc pacto Græcis ostendere cupiens, id genus exercitamenta nullius esse veræ virtutis, sed nihil aliud habere q̄ opum & impendiorum ostentationē, eoque foeminis esse digniora quām viris.

Facite.

49 Quū haberet apud se Xenophontem illū sapientem, eūmq; plurimi faceret, iussit vt filios suos accerseret Lacedæmonem, docendos artem omnium pulcherrimā, videlicet imperare & parere imperio. Athenis florebat omniū liberalium disciplinarum genus, sed hanc cæteris omnibus

Graviter.

præstantiorem existimabat nusquam melius dicitur quàm apud Lacedæmonios, ubi non verbis disputabatur de bene administranda republica. sed civium moribus honestissimæ rei exemplum exprimebatur. Simul indicans eos non esse gerendo magistratui idoneos, qui legibus ac magistratui nescirent obsequi.

Proinde rogatus abs quoque, quàm ob rem Spartanorum respublica præ cæteris, secundis rebus 50 Disciplina civilis. 51 Moderate 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62 63 64 65 66 67 68 69 70 71 72 73 74 75 76 77 78 79 80 81 82 83 84 85 86 87 88 89 90 91 92 93 94 95 96 97 98 99 100 101 102 103 104 105 106 107 108 109 110 111 112 113 114 115 116 117 118 119 120 121 122 123 124 125 126 127 128 129 130 131 132 133 134 135 136 137 138 139 140 141 142 143 144 145 146 147 148 149 150 151 152 153 154 155 156 157 158 159 160 161 162 163 164 165 166 167 168 169 170 171 172 173 174 175 176 177 178 179 180 181 182 183 184 185 186 187 188 189 190 191 192 193 194 195 196 197 198 199 200 201 202 203 204 205 206 207 208 209 210 211 212 213 214 215 216 217 218 219 220 221 222 223 224 225 226 227 228 229 230 231 232 233 234 235 236 237 238 239 240 241 242 243 244 245 246 247 248 249 250 251 252 253 254 255 256 257 258 259 260 261 262 263 264 265 266 267 268 269 270 271 272 273 274 275 276 277 278 279 280 281 282 283 284 285 286 287 288 289 290 291 292 293 294 295 296 297 298 299 300 301 302 303 304 305 306 307 308 309 310 311 312 313 314 315 316 317 318 319 320 321 322 323 324 325 326 327 328 329 330 331 332 333 334 335 336 337 338 339 340 341 342 343 344 345 346 347 348 349 350 351 352 353 354 355 356 357 358 359 360 361 362 363 364 365 366 367 368 369 370 371 372 373 374 375 376 377 378 379 380 381 382 383 384 385 386 387 388 389 390 391 392 393 394 395 396 397 398 399 400 401 402 403 404 405 406 407 408 409 410 411 412 413 414 415 416 417 418 419 420 421 422 423 424 425 426 427 428 429 430 431 432 433 434 435 436 437 438 439 440 441 442 443 444 445 446 447 448 449 450 451 452 453 454 455 456 457 458 459 460 461 462 463 464 465 466 467 468 469 470 471 472 473 474 475 476 477 478 479 480 481 482 483 484 485 486 487 488 489 490 491 492 493 494 495 496 497 498 499 500 501 502 503 504 505 506 507 508 509 510 511 512 513 514 515 516 517 518 519 520 521 522 523 524 525 526 527 528 529 530 531 532 533 534 535 536 537 538 539 540 541 542 543 544 545 546 547 548 549 550 551 552 553 554 555 556 557 558 559 560 561 562 563 564 565 566 567 568 569 570 571 572 573 574 575 576 577 578 579 580 581 582 583 584 585 586 587 588 589 590 591 592 593 594 595 596 597 598 599 600 601 602 603 604 605 606 607 608 609 610 611 612 613 614 615 616 617 618 619 620 621 622 623 624 625 626 627 628 629 630 631 632 633 634 635 636 637 638 639 640 641 642 643 644 645 646 647 648 649 650 651 652 653 654 655 656 657 658 659 660 661 662 663 664 665 666 667 668 669 670 671 672 673 674 675 676 677 678 679 680 681 682 683 684 685 686 687 688 689 690 691 692 693 694 695 696 697 698 699 700 701 702 703 704 705 706 707 708 709 710 711 712 713 714 715 716 717 718 719 720 721 722 723 724 725 726 727 728 729 730 731 732 733 734 735 736 737 738 739 740 741 742 743 744 745 746 747 748 749 750 751 752 753 754 755 756 757 758 759 760 761 762 763 764 765 766 767 768 769 770 771 772 773 774 775 776 777 778 779 780 781 782 783 784 785 786 787 788 789 790 791 792 793 794 795 796 797 798 799 800 801 802 803 804 805 806 807 808 809 810 811 812 813 814 815 816 817 818 819 820 821 822 823 824 825 826 827 828 829 830 831 832 833 834 835 836 837 838 839 840 841 842 843 844 845 846 847 848 849 850 851 852 853 854 855 856 857 858 859 860 861 862 863 864 865 866 867 868 869 870 871 872 873 874 875 876 877 878 879 880 881 882 883 884 885 886 887 888 889 890 891 892 893 894 895 896 897 898 899 900 901 902 903 904 905 906 907 908 909 910 911 912 913 914 915 916 917 918 <

stratus, verum etiam priuato senioris consilio. Vir excelsi animi plus apud se valere voluit publicam vtilitatem, quam priuatum odium, simulque perspexit indecorum esse simultatem exercere cum sepulto. Hac moderatione usus est aduersus manifestum inimicum.

52 Porro qui clanculum ipse aduersarentur, eis palam quidem non exhibebat negotium, sed efficiebat ut ipsum in militiam sequerentur. atque ex his nonnullos duces exercitus ac magistratus factos euehebatur: qui quum se in magistratu improbe & auare gessissent, eoque in ius vocati periclitarentur, rursus Agesilaus illis patrocinabatur, & ab ipsis stabat: atque hac arte reddebat eos ex clancularijs hostibus amicos, & ad se reuocabat. Quibus rebus factum est, ut iam neminem haberet aduersarium. Quid hac prudentia ciuilius, qua mederi maleuolis maluit, quam vlcisit

53 Quidam petijt ab Agesilao, ut se scriptis ad hospites & amicos suos Asiaticos literis commendaret, quo apud illos ius suum consequeretur: respondit nihil esse opus literis commendatricibus. Nam mei, inquit, hospites sua sponte quae iusta sunt faciunt, etiam si illis non scripsero. Apud bonos in bona causa superuacua est commendatio, quum ipsa res impetret quod precibus exoraretur. Dux egregius non nisi cum sui similibus hospitium coniunxerat.

54 Ostendebat illi quendam ciuitatis cuiusdam muros bene tutos validoque extructos: cumque rogasset viderentur ne pulchri, Pulchri, inquit, per Iouem: verum apparet in hoc paratos, ut mulieres inhabitent non viri: sentiens non alijs moenibus re-

Callide

Moderate

Iuste

Humaniter

Graulter

Etius cōmuniti ciuitatem, q̄ strenuis ciuibus.

Megarensi cuidam multa iuueniliter de sua ci- 55
uitate aduersus Agefilauum iactanti. Adolefcens,
inquit, tui sermones opus habent magnis virib⁹. *Modeste.*
Significans indecenter eum magnifice loqui, cui
vires non suppetunt orationi pares.

Tantum & cæteris in rebus aberat à vulgi iu- 56
dicio vir prudentissimus, vt quæ cetnebat alios
admirari, ipse in tantū contemneret vt ne nosset
quidē. Quod euenit in Callipide. Is erat tragœ-
diarum actor, multi nominis, famæq; celebris a-
pud Græcos, & à cūctis in pretio habitus. Primū
quidem occurrit Agefilao, eūmq; est allocutus:
post improbe semet admiscuit his qui simul cū
rege ambulabant, seseq; ostētabat, ratus futurū,
vt rex prior ipsum comiter appellaret. Id quā
nō fieret, tandē nō inquit agnoscis me o rex, nec
audisti qui sim? Agefilaus autē intuitus illum, an *Graviter*
non tu es, inquit, ille Dicelicta? Nam hac voce pe-
culiaris Lacedæmoniorū lingua signat mimum,
hoc est imitatorē. *Δίκελος* enim illis simulacrū
sonat, aut effictam imaginē. Adeo vir prudens, &
omnia reipub. commodis metiens, nullo honore
dignatus est histrionē quāuis insignem, cuius ars
ad solā parata voluptatē, corrūpendis ciuū mo-
ribus esset accōmodatior, quā erudiendis.

Huic simile est, quōd rogatus vt vellet audire 57
quendam, qui mira similitudine lusciniæ vocem
imitabatur, recusauit. Frequenter inquiens ipsam *Argute*
audiui lusciniā. Significans ineptam esse volu-
ptatem, magis delectari ipsa simulatione, quā
natura.

Quemadmodum autem ipse singulari modestiā 58
b. iij.

præditus erat, ita non tulit in alijs arrogantiam. Menecrates quidam medicus, quum desperatæ quædam curationes ipsi feliciter cessissent, populari adulatione dictus est Iuppiter. Hoc cognomento vir arrogantis ingenij delectatus insolentius usus est eo titulo. Tandem quum & Agesilao scriberet, nec veritus esset hac uti salutatione. Menecrates Iuppiter Agesilao regi salutem, Rex hoc offensus procerio, præterea nihil dignatus est legere, sed rescripsit in hunc modum, Rex Agesilaus Menecrati sanitatem. *χαίρει* Græci dicunt quibus bene precantur, *ὕγιαίνει* ambiguum verbum serè in malum sonat, quum significam⁹ abesse sanitatem mentis. Eo verbo quidam Cæsari exprobrauit insaniam.

Facete
Modelle.

59 Fortitudinis etiã in rebus aduersis insigne dedit specimen. Conon & Pharnabazus per classem regiam mari potiti obsidebant maritimas Lacedæmoniorum regiones, quum interim Atheniensium ciuitas moenibus esset cincta. Itaque Lacedæmonij Pharnabazo donante pecuniam pacem ineunt cum rege, mittuntque ciuem Antalcidam ad Terribazum, Græcos Asiaticos pro quibus bellum gesserat Agesilaus, tradentes regi. Vnde pessime euenit, ut huius ignominie portio recideret in Agesilaum. Antalcidas enim inimicus erat Agesilao: eò pacem quacunque occasione confecit, inuidens illius gloriæ, quem videbat bello crescere, reddique maximum ac maxime celebrem. nec tamē hæc infelicitas deiecit illius animum, Quin etiã cuidam dicenti quod Lacedæmonij Medisarent, ita respondit, imò Medi potius Laconissant: Significans indolem suæ gentis corrumpi fortuna non posse.

Fortiter.

60 Quodam tempore rogatus, vtra virtus esset præ

stantior, fortitudo an iustitia, grauiter respondit, *Iuste.*
 Fortitudinis nullum esse vsum, nisi adsit iustitia.
 Quod si omnes essent iusti, nihil opus fore fortitudine. En animū summo dignum duce, qui nihil vi præter æquum iudicari facendum, recteque perspexerit plurimum interesse inter audaciā & fortitudinem.

Quum Græci qui Asiā incolebāt Persarū regē *61*
 ex more magnum appellarēt, Qua, inquit, re ille *Animose.*
 me maior est, nisi sit iustior ac temperantior: Cō
 tēpsit vir egregi⁹ externa bona, quæ vulgus præ
 cipue suspicit, totāmq; hominis felicitatē animi
 bonis metiebatur. Ea sentētia philosophis esse cō
 fueuit in ore, sed hanc bellator expressit affectu.

Notans præposterā licētiam eorū qui Asiā in: *62*
 colebant, eius gentis corrupti moribus, dicere so: *Grauit.*
 let inter illos qui improbi essent, eos esse liberos:
 contrā qui probi, eos esse seruos: q; ibi vitijs lice
 rent omnia, virtus haberetur odio.

Interrogatus qua ratione potissimū quis asseq *63*
 posset, vt apud homines honestā haberet famā:
 Si loquat, inquit, quæ sunt optima, & faciat quæ *Sapienter.*
 sunt honestissima. Quid dici poterat breuius: at
 rursus quid absolutius: Itidē Socrates idem per
 contanti, si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi
 vis. Siquidem fucis parta gloria, vt non est vera
 gloria, ita nec diuturna est.

Celebratur & hoc illius dictū principibus edif *64*
 cendū, Imperatoris officiū esse, erga rebellātes au *Iuste.*
 dacia, erga subiectos beneuolētia vtis: quod idem *Moderate.*
 Maro nobili carmine docuit.

Parcere subiectis & debellare superbos.

Neque enim verè victor est, qui iracundię vindi:

Etiam flagitanti frænum nescit imponere.

65 *Sapienter* Cuidam sciscitanti, quæ potissimum pueris essent discenda, Ea, inquit, quibus vsuri sint, & quæ ad virilè peruenierint ætatè. Recte cèsuit vir prudens, solam virtutem primum ac statim à teneris vnguiculis disci oportere: nec vllam æui portionè artibus friuolis dādā: quæ vt in pueris habent ostentationem plausibilem, ita nec grandibus decorè futurè sint, nec ad seria vocatis vtilis.

66 *Salte.* Idem quum in causa quadam sederet iudex, & is quidè qui accusabat rectè dixisset, patronus cōtrā male, subinde tamen repeteret inter dicendū, Agesilæ, decet regem opitulari legibus, perinde quasi bonam haberet causam, & ab ipso starent leges: hominis improbitatem interpellans Agesilaus, Si quis, inquit, tibi domum perfoderit, aut vestem abstulerit, num expectaturus esses, vt architectus, aut qui vestem contexuit tibi sit auxilio futurus? Subindicabat regem esse veluti legū architectum, nec conuenire vt is opituletur ei qui contra leges aliquid admiserit.

67 *Incorrupte* Cum pax coisset, eiq; à rege Persarum essent allatæ literæ, quas Perses vnā cum Callia Lacedæmonem perferebat, de hospitio deq; amicitia tractantes, non receperit sed iussit illos regi renuntiare, nihil esse necesse priuatim ad ipsum literas mittere: cæterum si perspicuum foret, illum bene velle Lacedæmonijs & Græcis, ipsum quoque illi pro viribus futurum amicum. Quod si deprehenderetur insidias tendere, ne putet, inquit, quod me sit habiturus amicū, etiā si vehementer multas ab eo recepero epistolā. Quid hoc animo sublimius, cui in omnibus rebus gerendis hīc vni-

cus erat scopus, consulere reipublicæ commodis?

Quum miro esset affectu erga liberos suos, dicitur aliquando arundine pro equo conscensa, vnà cum pueris lusisse domi. Id quum forte vidisset ex amicis illius quidam, rogabat ne cui diceret quod viderat, priusquam ipse quoque liberorum parens esset factus: festiue subindicans cum lusum non esse leuitatis, sed pietatis: nec hoc quod agebat videri posse ineptum ei, qui modo expertus esset quam ingens sit affectus charitatis parentum erga filios.

Pie, vrbane

Quum assidue belligeraretur aduersus Thebanos, ac in prælio quodam vulnus accepisset, Antalcidas, vt fertur, ait, Præclara doctrinæ tuæ præmia recipis à Thebanis Agesilae, quos quum nec vellent bellare nec scirent, bellare docueris. Nam aiunt re vera, Thebanos crebris Lacedæmoniorum aduersus ipsos expeditionibus, multo bellicosiores esse factos quam antea fuerant. Eoque Lycurgus ille priscus legum conditor in legibus que vocantur Rhetre: veluti dicas oracula à dijs profecta, vetuit sæpius eisdem bello laceffi, ne hostes, vsu bellare discerent. Quanquam hoc apophthegma non est Agesilai.

Salte

Audierat socios moleste ferre tam crebras expeditiones, præsertim quum ipsi permulti, Lacedæmonios numero paucos sequeretur. Agesilaus itaque volens ostendere quanta esset Lacedæmoniorum multitudo, iussit vniuersos socios simul cõsiderere permixtos inuicem, Lacedæmonios item separatim solos. Mox per præconem edixit, vt primi omnium surgerent figuli. Hi quum surrexissent, secundo loco per præconem iussit surgere fabros ararios,

Solertes.

Deinceps architectos, ac domorū opifices, similiter & aliarū artium singulos. Ita factū est, vt p̄p̄modū socij surgerent omnes, Lacedæmoniorū vero nullus, eò quòd Lacedæmonijs, qui militiæ parantur, interdictum sit, opificium aut artem sedentariam vel exercere, vel discere. Hoc factō risit Agēsilaus, Videtis, inquit, ò viri, quanto plures nos educimus quàm vos. Hoc stratagemate dux inclytus demonstraui, non perinde referre quàm numerosum militem educas in prælium, vt quàm fortem & exercitatum.

71 In pugna Leuctrica quū Lacedæmoniorū multū fugissent, iique legibus poenas dare deberent, Ephori reputantes ciuitatem viris desertā, egere militibus, cupiebant eā ignominiam militibus remittere, simulque seruare leges. Deligunt igitur Agēsilaum nouarum legū conditorē. Is prodiēs in suggestum, Ego, inquit, alias leges haudquaquam laturus sum. Neq; enim his quas habetis, aut additurus sum aliquid, aut detractur⁹, neq; quicquā omnino mutaturus. Sed mihi rectum videtur, vt leges quas habetis à die crastino robur habeant & auctoritatem. Eo commento vir solers simul & præsentī ciuitatis necessitati consuluit, & periculosum mutandarū legū exēplum exclusit à re pub. vno tantū die legibus abrogatis.

72 Exemplū erat præsentis & imperterriti animi, quòd quum Epaminōdas cū admirabili impetu, ac procella irrueret, adeo vt Thebani socijque iam de victoriā gloriarentur, nihilo minus Agēsilaus tutatus est Spartam ciuitatē: in qua tamen pauci erant, tamen hostes coegit domum reuertī. Hoc quocunq; nomine voces licebit, certe

Solertes.

Fortiter.

apophthegma dici non potest.

Vt hoc erat fortitudinis, ita quod dicitur⁹ sum 73
 consilij prudentiæq; laudem habet, Cū pugnare ^{Prudentet.}
 tur apud Mantineam admonuit Lacedæmonios,
 vt cæteris omiſſis omnibus, in vnum Epaminon-
 dam intenderent vim prælij, dicens cordatos ef-
 ſe viros fortes, hoſq; ſolos eſſe authores victorię.
 Itaq; ſi hunc, inquit, eſperimus, facillime cæteros
 in poteſtatem noſtram redigemus, vt vecordes
 nulliufq; pretij, quod & euenit. Nam inclinante
 ad Epaminondã victoria, quã nonnullorũ fuga fie-
 ret, adhortãti illi ſuos & à fuga reuocãti Lacedæ-
 monius quiſpiã lethale vuln⁹ inflixit. Eo proſtra-
 to, qui erant cū Ageſilao à fuga reuerſi, iam anci-
 piti Marte cū hoſte depugnarunt, ſic tamen vt
 multo inferiores Thebani, multo præſtantiores
 Lacedæmonij viderentur. Hac arte prudentia du-
 cis conſuluit incolumitati ſuorũ, qui fuerãt haud
 dubie perituri. Simul illud docuit: in bello plus
 habere momenti vnum vere prudentem & cor-
 datum quã turbam imprudentium.

Quum Spartanos pecuniæ deficerẽt ad bellũ, 74
 eò quòd alerẽt externũ militẽ, Ageſilauſ in Æ- ^{Pie in patri}
 gyptum proſectus eſt, ab Thaco Ægypti rege ^{am.}
 accitus ſtipediõ. Cæterũ Ageſilauſ ob corpus in-
 cultum, ac veſtis vilitatẽ venit in cõtemptũ eius
 gentis hominibus, qui ſperarant ſe viſuros Spar-
 tanum regẽ talem, qualis eſſet rex Perſarũ, cor-
 pore decentiſſime ornatũ, perperam ſane de re-
 gibus ſentiẽtes, quos externo cultu putarint æſti-
 mandos potiùs, quã animi virtutibus. Nihil il-
 le quidem de cultuſ, ac victuſ ſimplicitate muta-
 uit, ſed interim oſtendit maieltatẽ dignitatẽmq;

regiam, non vestium splendore, sed prudentia ac fortitudine parari oportere: grauitèrque taxauit vulgares monarchas, quib⁹ si diadema, purpurā, aurū & gēmas detrahas, nihil videas præterea regiū. Quin eodē factō declarauit insignē erga patriā pietatē, qui ob publicā vtilitatē nō grauatus sit in Ægyptū proficisci: nec ætatis iam seræ ac vergētis ad annū octogesium excusatione vti voluit, quo minus apud barbaros stipendium faceret, modo reipublicæ subueniret. Athenæ⁹ hoc modo rem narrat. Agesilaus in Ægyptum profectus Tacho regi laturus suppetias, quoniam corpore erat pusillo, his verbis à rege contemptus est, Parturijt mons, Iuppiter metuit, at ille peperit murem. Id vt audiuit Agesila⁹, at ego, inquit, aliquando tibi videbor leo. Nam post, quum illi non adesset Agesilaus, regno pulsus confugit ad Persas.

- 75 Cæterum vbi quos educturus erat in aciē conspiceret ob imminens periculū formidolosos, partim propter hostium multitudinem, erant enim numero ducenta milia, partim ob ipsorum paucitatem, decreuit ante cōslictum rem diuinā face re, veluti captaturus auspiciū ab extis: itaq; nō
- Callide.* conscijs cæteris, leuæ manus volæ literis inuersis victoriā inscripsit, deinde iecur ab aruspice acceptum, supposuit manui quæ clam scripturā habebat, diūque tenuit fingens interim se deliberandum, ac dubitantis speciem præ se ferens, donec literarū figurę iccinori imprimerētur: mōxq; militibus quos in aciem educturus erat ostendit, dicens deos his literis certo portendere victoriā. Illi vero existimantes sese certum habere signū

futurae victoriae, vehementer animati sunt ad pugnam. Hic dolus multo plus valuit quam oratio, quamuis proluxa ac meditata, Et hoc stratagemata est non apophthegma.

Cum hostes Agesilai exercitū fossa cingerent, 76
id quod facile poterant ob multitudinem, ac Nestabius, cui suppetias ferebat, censeret erumpendum, & cum hoste conferendas manus, ne quod instituerent perficerent, ille negabat impediēdos hostes, qui pares hostibus esse studerent, non superiores. Siquidem fossa utrisque adimebat confli- *Animose*
gendi copiam. Porro quum parum abesset quin fossa coiret, per hoc angustum interuallū instruxit quod erat reliquum militum: ac inter partes commissa pugna vertit illos in fugam, hostiūque ingentem stragem addidit paucis militibus quos secum habebat, atque ex præda magnam pecuniarum vim misit Spartam.

Decessit ab Ægypto patriam repetens morbo implicitus in portu qui Menelai dicitur. Moriens autem mandauit ijs qui aderant, ne quam fictile, aut aliās imitatā corporis sui imaginē facerēt. Si quod, inquit, præclarū facinus gessi, hoc erit monumentū mei. Sin minus, ne omnes quidē *Modeste*
statuæ, quum sint vilium, ac nullius rei opificum opera, illustrabunt mei memoriam. Quis nō miretur in bellatore pectus tam philosophicum?

Crebro solet in concione admonere milites suos, 78
ne captiuos, ut facinorosos cruciarēt, sed ut homines seruarēt. Infantibus etiā in bello captis prouidit, ut in unū locum cōportarētur, ne mutatis castris relictī perirent. Eandē curā impendit senibus captiuis, ne quoniā sequi nō possent, à canis *Humaniter*

bus lupiſve diſcerperentur. Hæc autem humanitas illi nõ ſolũ aliorũ, verũ etiã captiuorũ miram beneuolentiã cõciliauit. Et nunc homines ſibi vidẽtur qui trucidatis infantib⁹ ac ſenibus, eã ætatem abducunt, quæ vel libidini apta eſt, vel labori, vel vtriq; . Quo ꝓgreſſa eſt imanis illa feritas!

EX PROBO AEMILIO.

79 Apud Coroneam Athenienſes ac Bœotios cũ ſuis ſocijs , Ageſilai iter impedire conatos graui prælio vicit. Ei victoriæ per ſe magnificæ multũ laudis appoſuit religionis exemplo. Multi è prælio confugerant ad templum Mĩneruæ . De hiſ rogatus quid vellet fieri Ageſila⁹ , vetuit illos violari, quum in eo prælio vulnera aliquot accepiffet: videbatũrꝑ; vehementer iratus omnibus qui tũ arma aduerſus ipſum tulerant, tamen plus apud illum valuĩt religio quã ira. Neq; hoc ſolum in Græcia fecit, vt templa deorum haberet ſancta, verum etiam apud barbaros ſumma religione ſimulacra arãſq; conſecrauit, quaſi in hæc nullum eſſet ius belli . Itaq; præclare ſolitus eſt dicere ſe vehementer admirari, eos non haberi ſacrilegorũ numero, qui læderent ipſis ſupplices, ac per deos obteſtantes: nec grauioreſ ſumi pœnas de hiſ qui religionem minuerunt, q̃ qui templa ſpoliarent: recte iudicans dijs eſſe chariorem hominum ſalutem quã muta templorum ornamenta.

Religioſe.

80 Accipe nunc exemplum fortitudinis clementiã temperatæ. Poſteaquã ingenti ſtrage fregiſſet Corinthiorum vires, cõſq; intra mœnia cõpuliſſet, multis hortantibus, vt urbem oppugnaret, negauit id ſuæ virtuti conuenire, qui peccantes ad officiũ cogeret , non qui nobiliſſimas Græ-

Moderate.

ciæ vrbes subuerteret. Vt hoc est eximie cuiusdã
 moderationis, ita quod adiecit, admirabilem viri
 prudentiam arguebat: Si, inquit, eos extinguere *Prudenter,*
 voluerimus, qui nobiscum aduersus barbaros ste-
 terunt, ipsi nos expugnauerimus, vel quiescenti-
 bus hostibus, qui subuersis focijs nullo negotio
 quando volent nos oppriment.

Diuinitatis cuiusdam esse videtur quod adij- *81*
 ciam. Quum adornaretur expeditio apud Leu-
 ctra, quæ Lacedæmonijs fuit luctuosissima, Age-
 silaus quum à plerisque vrgeretur, vt exiret, pro-
 ficisci noluit, perinde quasi calamitatem irrecupe-
 rabilem animo præsentiret.

Rursus accipe solettæ reipubli. salutaris argu- *82*
 mentum. Cum Epaminondas incredibili impetu
 Spartam urbẽ inuaderet, ac ciuitas careret mœ-
 nibus, aliquot adolescentes hostium aduentu ter-
 riti statuerant ad Thebanos transfugere, iamque
 locum extra urbem æditum occuparant. Agesi- *Soletter,*
 laus perpendens actum fore de ciuitatis incolu-
 mitate, si sensisset populus aliquos ad Thebanos
 transfugere conari, dissimulans cum suis ad ado-
 lescentum turmam peruenit: ac perinde quasi id
 bono animo fecissent, collaudauit cõsilium quod
 eum locum occupassent: sibiq; in animo fuisse di-
 xit idem facere. Sic adolescentulos ficta laudatio-
 ne temperauit, & adiunctis suis comitibus locum
 tutum reddidit. Etenim qui transfugiendi consi-
 lium clam ceperant, videntes maiorem adiunctũ
 numerum eorum qui eius consilij fuerant exper-
 tes, non ausi sunt sese commouere: eõq; libentius
 conuenerunt, quod latere arbitrabantur, quæ co-
 gitabat, Absque dubio Sparta non erat futura

AGESIPOLIS

Sparta, nisi tum Agefilaus celeritate consilij salutem attulisset. Eadem arte & iuuenili temeritati remedium adhibuit pro supplicio.

AGESIPOLIS CLEOMBROTI.

- 83 *Clementer* Agesipolis Cleombroti filius, quum quispiam apud ipsum, ceu rem magnificam predicaret, quod Philippus Macedonum rex intra pauculos dies subuertisset Olynthū: Atqui per deos, inquit, talem ciuitatem longe maiore tēporis spatio nō extructurus est, Significans multo regalius esse condere vrbes, quā conditas demoliri.
- 84 *Iuste.* Cum ali⁹ quidā dixisset ipsum quū rex esset, cū æqualib⁹ suis fuisse obsidē, nō liberos, aut vxores eorum, velut hoc esset regi dedecorosum dari in manus ac ius aliorū, quū alij reges soleant vxorē ac liberos pro se dare obsides: Et quidem iure, inquit, optimo: par est enī, vt nos nostra ipso- rum feramus errata. Subindicans si quid calamitatis accidit in bello, aut in republī. regum vitio accidere, eōq; iustum esse, vt hi potissimū puniā- tur per quos venit calamitas. Ceterum morē ini- quum esse quo receptum est, vt coniuges ac libe- ri qui nihil commeruerint dedantur obsides.
- 85 *Argute.* Idem quum ē Sparta iussisset mitti catulos, ac respondisset aliquis, non educari apud Lacedæ- monios catulos: Ne viros quidem, inquit, antea, atqui nunc fieri ccepit. Festiuiter indicabat, in republī. bene instituta omnia proficere in melius. Olīm Lacedæmonij ægre sua tuebātur, post ausi sunt reges ac gentes procul semotas bello lace- sere. Quemadmodum autem recta institutio vi- ros reddit bello & reipub. vtilis, ita canes ad ve- natum habiles reddit educatio.

AGESIPOLIS PAUSANIAE.

Agelipolis Pausanię filius, quū Atheniēses que 86
 timoniarū quas cū iplo mutuas habebāt, arbitrā
 delegissent megarensiū ciuitatē, quę cōtrouersiā
 inter eos cōponeret, Turpe, inquit, si Megarēses Gentiofes
 melius norūt quid iustū sit, q̄ hi qui se Græcorū
 duces ac rectores pręstitissent. Megarēses apud
 Græcos male audiebāt, de qbus iactatū est, quōd
 neq; primi essent, neq; secundi, neq; tertij, neq;
 quarti, neq; vllō in numero, quū Atheniēses ple-
 ræq; Gręcię imperarint. Ab ipsis igitur quibuscū
 litē habebat rex volebat finire dissidiū, simul de-
 clarās, & q̄ suę fideret causę, & q̄ aduersarijs nō
 dissideret, malens clarissimę ciuitatis iudicio vin-
 ci, quām Megarensium arbitrio vincere.

AGIS PRIMVS.

Agis Archidami filius, quum Ephori quodam 87
 tempore dicerent, Proficiscere iuuentutem tecū
 ducens ad huius patriam: nam is ipse te perdu- Proditio tua
pis.
 cet in arcem. Et qui conuenit, inquit, ō Ephori,
 tot iuuenes ei credere, qui suam ipsius patriam
 prodidit? grauitè admonens nihil illis tuto cre-
 di, qui in patriam perfidi fuerint.

Interrogatus à quodam quod disciplinę gen^o 88
 potissimum exerceretur apud Spartanos: Scire,
 inquit, & imperare & ferre imperium. Athenis
 enim complures disciplinę colebantur, curiosę Hoc ante di-
ctum fo. 10
& 11. apop.
49. & 50.
 magis quām ad recte gubernandam republi-
 cam necessarię.

Fortiter & illud dixisse fertur, Lacedæmonios 89
 non oportere percontari quot sint hostes, sed vbi Animose.
 sint, Significans nō à militū numero pendere vi-
 ctoriā, sed à fortitudine, reiq; gerēdę celeritate.

Statim enī cōgredi vult, q̄ querit vbi sint hostes.

90 Apud Mantinæam quibusdam dissuadentib⁹,
ne cū aduersarijs quòd numero plures essent con-

Animosè. fligeret, Cum multis, inquit, pugnet oportet, qui
multis velit imperare.

91 Cuidam sciscitanti quot essent Lacedæmonij,
quot satis sunt, inquit, ad propulsandos malos,

Argute. ostendens magis referre q̄ fortes viros habeat ci-
uitas, quàm quàm multos.

92 Idem quū præteriret Corinthiorū moenia, con-
spiceretq; vehemēter excelsa munitaq;, & in lō-

Salte. gum porrecta spatium, quæ sunt, inquit, mulieres
hunc locum incolentes innuens fortibus viris nō
esse opus mœnibus.

93 Cum sōphista quispiam apud eum dixisset, ora-
tionē esse rerū omnīū præstātissimā, videlicet p̄-

Salte. dicās artē quā profitebatur. Ergo, inquit Agis, tu
quū taceas nullius es pretij: significās multo præ-
clarius esse res magnificas gerere, q̄ habere linguā
ad magnifice loquendum expeditam.

94 Vicerat Argiuos prælio, qui post redintegratis
viribus rursū ferociores illi occurrebāt. Agis itaq;

Solertè. cōspicatus multos ē socijs turbari: Sitis, inqt, bo-
no animo viri. Cū enim nos qui vicimus trepida-
mus, quid facere cēsetis eos qui à nobis victi sūt?
Eo dicto ducis solertia p̄tin⁹ reddidit animū suis.

95 Peculiaris erat Lacedæmonijs verbotū pauci-
tas, vnde & ab ea regione breuiloquētia Laconif-

*Loquacitas
notata.* mus dicitur. Cū igitur Abderitarū legatus apud
Agidem multa loquutus, vix tandem dicendi fi-
nem fecisset, rogarētq; quid ciuibus suis esset re-
nuntiaturus: Agis illud, inquit, renuntia, quātum
temporis tibi fuit opus ad dicendum, tātum me

silentem audisse. Hoc dicto exprobrauit stolido oratori inanem loquacitatē, responso indignam.

Quibusdam Eleos hoc nomine prædicantib⁹, 96
quòd in certaminibus Olympiacis essent iustissi- Iuste.
mi, Quid, inquit, magni mirive faciunt, si intra
quinq; annos vno tantum die, se iustos præstant?
Non putabat vir sapientissimus in eum compe-
tere iustitiæ laudem, nisi qui per omnem vitam,
in omnibus actionibus iustitiam coleret.

Quum quidam apud illum dicerent, esse non 97
nullos alienæ familiæ qui ipsi inuiderent. Gemi- Inuidia nos
nam igitur, inquit, habebunt molestiam, quos & tata.
sua ipsorum mala diseruciabunt, atq; insuper tū
meis, tum amicorum meorum bonis torquebun-
tur. Magnifica vox declarans eos quos habet in-
uidia, magis esse misericordia dignos quàm ira,
propterea quòd inuidus abunde dat pœnarum,
etiã si nemo vlciscatur.

Cuidam consulenti, vt hostibus fugientib⁹ da- 98
ret transitum, Et quomodo, inquit, pugnabimus Argute.
cum his qui ob fortitudinem manent, si non pu-
gnamus cū fugientibus? Existimabat vir animos-
us, aduersus hostes nullā prætereūdā occasionē.

Cum de Græcorum libertate quidam in me- 99
dium adduxisset, magnifica quidē, sed factu per- Simile Age-
quàm difficilia, Tua, inquit, verba: hospes opus ha- silaus pag.
bent viribus & pecunia; perquàm scite declarās 13. apoph.
frustra de his verba fieri, ad quæ perficienda non 55.
suppetit facultas. In consultationibus enim non
solum spectandum est quid sit factu pulcherrī-
mum, sed quid fieri possit.

Quodam dicente Philipppum effecturum, ne 100
Lacedæmonijs pateat iter in Græciā. Nobis, in-
c. iij.

Moderate. quit, o hospes nostra patria sufficit ad illic viuendum. Pectus ad vtrunq; paratum, & ad proferendum imperium si contingat, & ad boni consulendum fortunam licet mediocrem, quum principū vulgus, nec quod obtigit sapienter administrant, nec vllis fatientur ditionis accessionibus.

I *Loquacitas* Perinthiorum orator in Lacedæmoniam missus, quum apud Agidem dixisset admodum prolixè, vbi perorasset rogauit eum, quid esset Perinthijs renunciandum: quid aliud, inquit, nisi quòd tu vix dicendi finem feceris, ego vero tacuerim. Hoc Apophthegma simillimum est illi, quo superius Abderitæ legati multiloquium taxarat.

f *2* *Simplicitèr* Cum legatione suscepisset, solus ad Philippū profectus est. Is vbi admirans dixisset, quid hoc rei est? Solus venisti? Agis, quid ni, inquit, ad vnū? Grauitèr taxauit aliorū principum ambitione, qui sumptuosis, ac splēdidis legationibus exhauriunt ærarium, quum vnus vir cordatus possit totum hoc præstare, quod reipub. interest.

3 *Lepide.* Quum è senioribus quidam videns prisca leges & instituta vetera aboleri, & alia praua succedere, atq; ob id res Spartanorum inuerti, quæ summa fuerant in inum deiectis, & cõteri: hæc quum apud Agidem iam senem deploraret, ioco respondit: Si fit, inquit, quod narras, recto ordine res procedunt. Siquidem ego puer à patre audiui, quòd iam tum illis temporibus res inuenteretur. Itaq; si rursus inuertuntur, redierunt in locū pristinum. Hoc quidem ille ludens, cæterum serio dicebat se puerum hoc quoq; accepisse à patre, nihil esse mirum, si præsentibus succedat deteriora, sed mirandum si succedant meliora, aut

similia. Notauit peculiarem senib⁹ querelam de rebus in deteri⁹ prolapsis, simulq; rerum humanarū hāc esse naturā, vt vsq; in petus degenerēt.

Rogatus à quodam, quo pacto quis libertatē suā tueri possit, si mortē, inquit, cōtempserit. Hic ⁴metus qui cadere dicitur in constantē vitū, multos deterret à pulcherrimis facinoribus. Hoc qui caret, potest vbiq; quod rectum est sequi, nec est quòd timeat improbos, qui vt extrema molantur nihil aliud possunt quā occidere.

Et hoc an-
tea habetur
fol. 8. apog.

36.

A G I S S E C V N D V S .

Agis iunior, Demadi dicenti quòd enses Laconici ob breuitatē à circulatoribus ac præstigi- as imitātibus deuorarentur: Atqui his, inquit, en- sibus Lacedæmonij assequuntur hostes lōgiorib⁹ armatos gladijs: declarās nō referre quo quid ap paratu fiat, sed quantum efficiatur. Siquidē hoc speciosior victoris gloria, quo minus habuit pręsidij præter virtutem.

Vibane.

Quemadmodum ad improbum subinde percontantem, quis esset inter Spartiatis vir optimus, qui tui, inquit, est dissimillimus. Indigne tulit vir generosus cum de virtutis præstantia loqui, qui ipse esset vitij oblitus.

Libere.

A G I S V L T I M V S .

Agis Laconicum regū vltimus, per insidias captus, ac præter meritum ab Ephoris condemnatus, quum ad laqueum duceretur, cōspicerētq; quendam è licitoribus flentem ob indignitatem rei, cuius cogebatur esse minister: Desine, inquit, ô homo vicem meam flere. Nam sic moriēs præter ius & æquū, melior feliciórq; sum his qui me occidūt. Hæc loquutus vltro collū laqueo induit.

Fortiter.

c. iij.

Quo nemo stoicorum docuit quicquam fortius, hoc ille iuuenis nō verbis, sed re præstitit, felicitatem omnē solo honesto metiens, eosq; iudicās infeliciores qui faciunt iniuriā, q̄ qui patiuntur.

8 Parentibus rogantibus vt sibi in re quapiam iniusta adesset, recusauit illis aliquandiu. Cæterū quum instarent, hunc in modum respondit. Do-
Iuste. nec essem apud vos, nullam omnino tenebā iustitiæ scientiam. Verum vbi me patriæ tradidistis, patriæq; legibus, insuper & iustitiā & honestatē p̄ virib⁹ docuistis: conabor huic magis obtemperare q̄ vobis. Et quādoquidem hæc est vestra volūtas, vt quæ sunt optima faciam: optima vero sunt quæ iusta sunt, quū homini priuato, tū præcipue principatū gerenti: quæ vultis faciam, quæ dicitis negabo. Narrant Agidem puerū in summis delicijs fuisse educatum: sed simul atque adolescens etiānum ad reipub. gubernacula admotus est, incredibili mutatione, reiectis pristinae vitæ voluptatibus huc totū animum adiecit, vt Spartā barbarorū ac Græcorū morib⁹ corruptissimā ad pristinā frugalitatē reuocaret: quæ res illi fuit exitij causā. Vtinā autē cæteri principes quorum prima ætas ferè luxu delicijsq; corrumpitur, saltem cum Agide tum animum vertant ad bonā frugem, quum regni habenas accipiūt: atq; hanc formā sequātur, quā præscripsit Agis, si quis quid petat ab ipsis, quod legibus & honesto aduersatur. Nec tamen egregius iuuenis morosa atq; aspera recusatione contristauit parentū animos, sed mira ciuilitate respōdit, se magis hoc pacto obtemperare parentibus, si faceret quod illorū perpetua volūtas optabat, quodq; semper

Graultier.

essent probaturi, q̄ si præsentī affectū indulgisset.

Idem quū in carcere rogaretur ab Ephoro, nū 9
 pœniteret eorū quæ gessisset, impauide respondit
 se nulla tangi pœnitentia consilij cum prudētia Ex plutan.
 chi vitia.
 honestoq; cōiuncti, tametsi nō ignoraret se mor- Cōstanter.
 tē præmij loco relaturum, sciēs ipsam virtutem
 abunde magnum esse sui præmium, quicunq; se-
 quatur euentus.

Agefilus Ephorus quū ipsius suasu factū esset 10
 vt fieret omnīū debitorū solutio, iamq; tabulis in
 forum clarium comportatis ignis esset iniect⁹ ac
 flamma exurgeret, cæteris creditoribus mœstis,
 insultabat dicens se nunquam clarius lumen, aut Improbe
 ignem vidisse puriorem. Debebat enim ipse plu-
 rimum, & erat agrorum prædiues, nihil tamen
 cuiquam soluere habebat in animo. Extrema im-
 probitatis est linea, etiam illudere quos afflixeris.

A L C A M E N E S.

Alcámenes Telecri filius cuidā percontāti, quo 11
 pacto quis optime regnū seruare posset, si lucrū,
 inquit, nō magni fecerit: lōge latēq; dissentiens à Graviter
 vulgo principum, qui nō alia magis ratione prin-
 cipatum constabilire student, q̄ attenuandis ciui-
 um, suis augendis opibus, quum iustitia & æqui-
 tas maxime reddant diuturnum imperium.

Alio quodam rogante quur à Messenijs obla- 12
 ta munera recusasset, quoniā si recepissem, inquit,
 cum legibus pacem habere non poteram. ô men- Integre.
 tem regno dignam, quæ magno obuiōq; lucro le-
 gum autoritatem anteposuit. Et vbi sūt interim
 qui clamāt, quod principi placuit, legis vigorem
 habet, & principem dare quidem leges, at non te-
 neri legibus!

13 Cū quidā illi obijceret quōd parce, frugalitēq; viueret, quū facultates amplas possideret. Decet enim inquit eū qui multa possidet pro ratione nō pro libidine viuere. Significās pnciosas esse diuitias, nī adsit anim⁹ diuitijs superior, qui possit earū vsum, nō ex copia, sed ex necessitate moderari

ANAXANDRIDAS.

14 Anaxandridas Leontis filius, cuidam acerbe ferenti, quōd cogeret in vrbe exulare, ne inquit, vir optime exhorrescas exulare ciuitate, sed à iustitia exulare horrendū est. Sensit non esse miseros quibus præter meritū incolumiq; innocentia accidit aliqua calamitas, sed eos vere deplorandos, qui sua sponte discesserunt ab honesto, etiam si nulla sequatur calamitas.

15 Cū quidā Ephoris opportuna quidē loqueret, sed pluribus q̄ sat erat, Anaxandridas, hospes, inquit, re necessaria in nō necessario vteris: significans quod per se rectū est & vtile, nō egere prolixā oratione: quōd ipsa causæ bonitas facile se ipsam cōmendat. Quōd si vsquā locus est loquacitati, eā oportet ad inhonestas causas adhibere.

16 Percontanti quidā cur Lacedæmonij Helotib⁹ (sic apud illos dicebantur quorū conditio media erat inter seruos & ingenuos) committerent colendos agros, ac nō ipsi potius eos colerent, quoniam inquit non ipsorū causa, sed nostra Helotas nobis comparauimus: videlicet stultitiam eorum taxans, qui mācipia ad ostentationē alunt otiosa, & seruos socios ac ministros voluptatū habere malunt, quā frugiferis operis occupatos.

17 Alius quidā quum dixisset gloriā ac celebre nomen nocere, eoque felicem esse qui illud effuge

rit. Ergo inquit Anaxādridas, si vera loqueris, qui nefaria perpetrant felices erūt. Nam qui fieri po-
 test, vt qui sacrilegiū committit, aut aliud iniu-
 stum facinus perpetrat, gloriæ curā habeat? No-
 tauit eos qui sic contemnūt laudem, vt interim perignauiam nihil gerant laudabile: quum exi-
 miam virtutem honesta fama comitetur vltro,
 ac generosis animis amor laudum veluti stimu-
 lus ad præclara facinora sit innatus.

Alij cuipiā percontanti quā ob causam Spar-
 tani impauide semet exponerent periculis: quo-
 niam, inquit, pro vita timere consuecimus, non
 aliorū more expauescere. Significās moderatā vi-
 tæ curā addere calcar ad fortiter agendū, immo-
 dicū mortis pauorē ab egregijs factis deterrere.

Cuidam ab ipso sciscitāti, quam ob rem senio-
 res apud Lacedæmonios plures dies sumerēt ad
 cognoscendū in causis capitalibus, & si quis fue-
 rit absolut⁹, nihilominus obnoxius sit legi: Ideo,
 inquit, pluribus diebus cognoscūt, quoniam si in
 capitis discrimine errauerint, non est corrigendi
 consilij potestas. oportet autē à causa liberatū
 obnoxium manere legibus, quòd fieri potest, vt
 secundum eandem legē liceat aliquid rectius de
 reo statuere. Hoc tēperamento prouisum est, ne
 vel occidatur innocens, vel effugiat nocens: qui
 quāuis errore iudicū sit absolutus, potest eadem
 lege denuo cōueniri pœnāsq; dare legibus.

ANAXANDER

Anaxāder Eurycratis filius roganti cuidā quæ-
 Spartani non colligerent pecunias in ærariū pu-
 blicū, ne inquit corrumpantur, qui facti fuerint
 illarum custodes. Quā male consulunt integri

tati suæ, qui priuatim pecuniarum vim in arcam recondunt, si vir prudens ciuium suorum morib⁹ timuit à pecunia publica, cuius tātum erant custodes futuri non domini.

ANAXILAS.

- 21 *Moderate* Cuidam admirāti quòd Ephori regibus nō assurgerent præsertim à regibus constituti: ob hoc ipsum inquit Anaxilas, q⁹ Ephori sūt. Magistratus est apud Lacedæmonios quo qui funguntur, Ephori dicūtur. Eos prisci reges in hoc instituerāt, vt essent regū ministri. Quorū potentia postea eò creuit, vt ipsis etiā regib⁹ imperarēt, demū & occiderent. Vox animi moderatissimi testis, quod percōtator ille contumeliosum ac superbū iudicabat, ille interpretatus est esse ius legitimū.

ANDROCLIDAS.

- 22 *Simile habetur superius fol. 8. apo. 32.* Androclidas quidā Lacon, crure claudicans, cōiecit sese in ordinē bellatorū, id prohibitori quū insurrexissent quidam ob cruris vitium, ille, imò inquit non fugientē, sed manentem oportet bellare cum hostibus, perquam lepide hoc ipso vitio ob quod reijciebatur se colligens vtiliorem prælio, quam essent cæteri pedibus integris.

ANTALCIDAS.

- 23 *Modeste* Antalcidas quū in Samothracia initiaretur, rogatus à sacerdote quid egregiū patrasset in vita, si quid, inquit, mihi tale peractum est, sciunt ipsi dii: existimans ineptum commemoratione suorū gestorum se dijs commendare qui siue prædicaret siue sileret, nihilominus nouerant. Nam apud sacerdotē poterat etiā falsa narrare. Sit hoc modestiæ exemplū ac de deo præclare sentientis.
- 24 Quū Atheniensis quidam Lacedæmonios ap-

pellaret indoctos. Soli igitur nos, inquit, nihil mali à vobis didicimus. Sensit artes quibus se iactabant Athenienses, magis ad ostentationē, otium, ac voluptatē accommodas, quā ad remp. gubernād. im, ad quod nulla disciplina deerat Lacedaemonijs. Graviter

Alteri cuidā Atheniensi sic apud ipsum gloriā anti: verūtamen nos sapenumero vos à Cephiso propulimus: Sed nos, inquit, vos nunquā ab Eurota summouimus: significans hoc ipsum esse fortitudinis argumentū, quòd Lacedaemonij frequenter ausi fuissent vsque ad Cephisum flumen Atticæ progredi, quum Athenienses nunquā sustinuissent accedere ad Eurotam Spartaē fluiuium. 25
Salte.

Rogatus à quodā, quo pacto quis maxime placere possit hominibus, si inquit loquatur illis incūdisime, praestet autē vtilissima. Admonuit in colloquijs adhibēdam sermonis comitatē, in officijs praestandis spectandā vtilitatē. Reprehendendi sunt qui quū re sint fideles, tamen officium orationis asperitate corrumpūt: his peiores sunt qui sermone benigni, re laedūt: pessimi vero qui quū verbis molesti sunt, tum factis noxij. 26
Sapienter.

Cum sophista quispiā appararet recitare librū, & Antalcidæ percōtanti quod esset argumentū, respondisset, Herculis Encomium: quis inquit illum vituperat? superuacaneum existimans in eo laudando sumere operam, quem vno ore praedicarent omnes. Hercules autem apud Spartanos religiosissime colebatur. 27
Salte.

Ad Agesilaum in pugna cū Thebanis vulneratū, habes, inquit, doctrine tuæ mercedē, qui eos pugnare docueris, quū antē pugnare nec scirent nec vellent, Videbantur enim Thebanī crebris 28
Est supius
fo. 14. apoc.
69.

ANTIOCHI

Agelilai aduersus ipsos expeditionibus euasisse bellaces. Significabat inutile semper cum iisdem bello confingere. ne usu colligant belladi peritiam.

- 29 Idem muros Spartæ, dicebat iuuenes esse Spartanos: fines autem Spartanę ditionis, esse lancearum cuspides, Sentiens ciuitatem nõ egere mœnibus quæ iuuentutem alat bellis idoneam: & eo usq; porrigi ditionem Lacedæmoniorũ quousq; pertingerent armis: significans virtute non dolis aut pecunia propagandum imperium.

Et hoc ante
fo. 7. apo.
29. 30. & 31

Lepide

- 30 Cuidam roganti quamobrem Lacones in bello breuibus pugionibus vterentur. Quoniam, inquit, cominus cum hoste pugnamus. Lepide torsit in argumentum fortitudinis, quo ille volebat eos videri minus vtilis bello.

ANTIOCHVS.

Argute.

- 31 Antiochus Ephorus quũ audisset quod Philippus Messenijs dedisset agros, percõtabatur num vires quoq; dedisset per quas aduersus pugnantes pro agris, tueri possent quod erat datum.

ARGEVS.

Pudicitia
cõiugium.

- 32 Argeus, quibusdã non suas, sed aliorũ quorundam vxores prædicantibus, per deos, inquit, de bonis & honestis mulieribus nihil temere loquendum est, sed in totum quales sint oportet ignorari, præterquã solis maritis quibus cũ viuunt. Tã insignis erat apud priscos virginũ & vxorũ pudicitia, vt eas ab alijs q̃ a parentibus aut suis maritis cõspici, gradus aliquis ad impudicitiam haberetur: tantãq; cautione cõsulebatur illarum famæ, vt parũ pudica videret de qua rumor quãuis vanus oriri potuit: sed ea demũ summa matronalis pudicitie laus haberetur, si mulier adeo

domi cōclusa viueret, vt nullus esset qui de ea vel bene, vel male loqui posset: p̄pterea q̄ hoc ipsum matronā versari in fabulis trahiq; per ora hominum, prostitutionis genus putaretur. Etenim qui laudat alienā vxorē, videt habere cognitā cuius laudes p̄dicat, quod ipsum aliquid detrahit pudori fœmineo. Quid igit̄ vir ille p̄clarus sentire de matronis, quæ sine maritis interesse gaudent iuuenū cōuiujs, quæ cursitāt ad alienarū ciuitatū dies festos & emporia, quæ ducunt choreas ex viris ac fœminis alterne mixtas, quæ in balneis corpus nudū ostēdunt. quorūlibet virorū oculis.

Quodam tempore faciens iter per Selinuntem, 33
quum in monumento quodam hoc Elegiacum carmen vidisset inscriptum.

Hosce, tyrānida dū extiguūt Mars sustulit atrox

Ponē Selinuntis mœnia conciderant.

Iure peristis, inquit, qui tyrannidem ardentē conati litis extinguere: contra magis oportuit illā sinere, donec tota deflagraret. Atripuit iocum ex occasione verbi extinguere. Extinguitur enim quod opprimitur, & extinguitur incendium.

A R I S T O.

Aristo cuidā laudibus vehenti dictū Cleome: 34

nis, qui rogatus, quid oporteret bonū regē face-
re, respondit, Amicis benefacere, inimicis male: Humaniter

At, quanto p̄stantius est, inquit, vir optime, amicis benefacere, & ex inimicis reddere amicos. Hanc sententiā citra cōtrouersiā primus omnium Socrates prodidit, & ad illum autorē refertur.

Alij cuipiā roganti, quot essent numero Spar- 35
tiarū, quot, inquit, ad arcēdos malos sufficiunt.

Cum Atheniensis quidam apud illum recitaret 36

Argute.

funebrem orationem conscriptam in laudē eorum qui fuerant a Lacedaemonijs in bello caesi, quales igitur inquit nostros esse putas, qui istos vicerunt? Mos erat apud Athenienses, ut qui in in praelio cecidissent publicitus oratione laudarentur, quam illi vocant Epitaphium. In hac magno artificio amplificabatur, & ciuitas Atheniensis & populus: postremo peculiariter hi qui fortiter in bello mortem oppetissent. At vir generosi animi, non inuidit arte exaggeratis Atheniensium laudibus, sed eas in suae gentis gloriam retorfit. Itaque recitator ille, magis illustrabat virtutem Lacedaemoniorum, quam Atheniensium. Quandoquidem hoc consilio Homerus multis modis attollit virtutem Hectoris, ut Achillis victoriam reddat illustriorem.

- 37 Archelaus regni socius Chariolao, solit⁹ est de illo dicere, quo pacto non sit vir bonus Charilaus: qui ne sceleratis quidem molestus est. Fertur enim Charilaus mansuetissimi fuisse ingenij. Hoc mox in Catalogo commemoratur in diuersam sententiam, ac meo iudicio argutiorē. Et haud scio an in vita Lycurgi, supersit syllaba οὐκ. Ad haec nescio an Charilaus & Charillus idem sint.

ARCHIDAMIDAS.

Iuste.

- 38 Archidamidas cuidam in laudem Charilli praedicti quod pariter erga cunctos fuisset mitis ac mansuetus: Et qua fronte laudetur aliquis, inquit, qui erga sceleratos se mitem praebet? Perspexit vir egregius mansuetudinem cum iustitia coniunctam esse oportere. Alioqui principis in facinorosos lenitas, quid aliud est quam in bonos crudelitas?
- 39 Idem cuidam qui vitio vertebat Hecatæo rhetori,

quòd adhibitus ad ipsorum conuiuium nihil dixisset: Videris, inquit, mihi nescire quòd is qui dicendi nouit artem, etiam dicendi nouit opportunitatem. In senatu, in foro, in concionibus, in legationibus, alijsq; reipub. negotijs locus est oratori: in conuiuijs temulentis, maiore cū laude silet eruditus q̄ loquitur. Sic periti bellatoris est nō minus scire fugiendi artem quā pugnandi.

Silere in tēpore.

ARCHIDAMVS.

Archidamus Zeuxidami filius, rogāti qui nam essent Spartanæ ciuitatis præfecti, leges, inquit, ac legitimi magistratus. Grauiter cēsiuit in repub. bene instituta supremam auctoritatem esse legibus deferendā, nec vlli magistratui fas esse quicquam contra leges publicas tentare.

40

Legū auctoritas.

Apud hunc quum quidam prædicaret citharœdum, cuiusq; in canendo facultatē admiraret, heus, inquit, vir optime, quid honoris ac præmij abs te ferent boni viri, quū tantopere prædices citharœdū? Recte taxauit non vulgi modo, verū & principum præpostera iudicia, qui plerunque pluris faciunt Mimū aut Morionem, quā sapientem fidiq; consilij virum. citharœdum vero cuius ars nō reipub. sed voluptati seruit, adeo nō iudicauit prædicandum, vt nec inter bonos viros habendum duceret.

41

Artes inutiles.

Ad eū qui ipsi cantorē cōmendare volens dixit, hic est bonus cantor. At apud nos, inquit, hic est bonus condimentorum artifex: perinde quasi nihil referret, vtrū quis musicorū instrumentorū sono, an obsonijs & condimentis voluptatē adferret. Apud Athenienses cātōres erant in summo pretio, quum coquis nō haberetur idem honor.

42

Arts futiles.

d.j.

nos. Lacedæmonijs vero nihil placebat artium, quod ciuium animos effœminaret magis quàm ad virtutem accenderet.

- 43 *Cōtinēter.* Quodam illi pollicente vinum suaue. Quorsum, inquit, opus? Quandoquidem & plus absumetur, & quæ fortes decent viros ea reddet inutiliora. O vere masculinum animum & omnium deliciarum contemptorem.
- 44 *Solenter.* Cum Corinthiorum urbem obsideret, vidit è solo mœnibus proximo exilire lepores, mœxque versus ad cōmilitones, habem⁹, inquit, hostes expugnatu faciles: quod fortuitu acciderat, velut in omen rapiens, Molles enim ac parū viros Græci leporis vocabulo notare solent: argumento est illud è comœdia. Tute lepus es & pulpamentum quæris.
- 45 *Solenter.* A duobus inter se dissidentibus delectus arbiter, ambos duxit in lucum Mineruæ cognomento Chalcioecæ sacrum: ibi exegit ab illis iusiurandum, vt starent arbitri iudicio. Id vbi iurassent, pronuntio, inquit, ne prius hunc locū exeatis, quàm quod inter vos est dissidij deponatur, & inuicem recōciliemini. Reperit vir ingeniosus quo pacto fieret, vt nec ambos offenderet, recusato arbitrio, nec alterum è duobus alienaret, si pro altero cōtra alterū tulisset sentētiā. Apud Lacedæmonios autē nefas erat fallere, quicquid in Mineruæ templo promissum esset.
- 46 *Seuere.* Cum Dionysius Siciliae tyrannus filiabus Archidami vestes splendidas multiq; pretij dono misisset, recusauit accipere, dicēs. Vereor ne hoc amictu puellæ mihi turpes videantur. Intellexit vir prudēs virgines nullo cultu melius ornari, quàm simis

plici. Porrò sericis, gemmis, & auro dehonestari magis q̄ ornari: propterea q̄ vestiũ luxus arguit animum parum sobrium, & intuentium animos ad libidinem sollicitat citius quàm ad honestam opinionem. Decet autem vt virgo tota & vndis que virgo sit, nec vlla ex parte det corruptæ mētis significationem.

Cospiciens filiũ suũ cū Atheniensib⁹ iuue nili 47
ter ac temere cōgredientē, aut virib⁹, inquit, ad:
de, aut animis adime. Docens periculosam esse Audacia pe-
riculosa.
audaciã, si vires non suppetant spiritibus.

A R C H I D A M V S A L T E R.

Archidamus Agefilai filius post cōflictũ apud 48
Cheroneã habitũ, quũ a Philippo rege Macedo-
num literas accepisset acerbius scriptas, hunc in Arrogãtia.
modũ rescripsit. Si metieris vmbraẽ tuã, haud
quaquã reperies illam factã maiorem, q̄ erat ante
victoriã. Grauius admonens non esse prudentis
ob fortunæ successum intumescere, quũ ipse sit
nihilo maior. Æquũ autē est, vt homo se suis ac
proprijs bonis metiatur, potius quàm externis,
quæ fortuna cum libet dat, quũ visum est eripit.

Percontanti quàm spaciõsam regionem obti- 49
nerent Spartiatæ, quantam inquit, hasta possunt Hoc ante di-
ctum fol. 7.
apop. 29.
assequi. Allusum est autē ad mēsores agrorum,
qui decempedis aruorum spatia metiuntur.

Periandro qui cū esset arte medendi celebris, 50
& in primis laudatus, carmina scriberet infelicia:
Quid, inquit, tibi accidit Periander, vt pro elegã- Degenera-
tio.
ti medico, malus poëta vocari cōcupiscas? Nota-
uit hominũ mores, qui res honestas aggressi de-
generat ad sordidiora, quũ consultũ sit vnũquẽ
que in ea se arte exercere in qua valet plurimũ.
d.ij.

- 51 In bello quod gerebatur cū Philippo, quibusdam suadentibus, vt procul à patria pugnaretur: haud istud spectandum est, inquit, sed bene pugnant, hostibus erimus superiores. Significans non perinde referre vbi cōstigas cum hoste, vt q̄ strenue se gerat dux aut miles in bello.
- Fortiter.
- 52 Cū Arcadas bello superasset, ob id laudatus à quodam, prestātius erat, inquit, si illos prudētia q̄ virib⁹ superassemus. Intellexit dux egregi⁹ nullā esse speciosiorē victoriā, q̄ virtute vincere, quum viribus superemur & à brutis animantibus.
- Victoria speciosa.
- 53 Cū irrupisset in Arcadiam, audito quòd hostibus Elei ferrent auxiliū: scripsit illis in hunc modum. Archidamus Eleis, quies bona. Non potuit breuius & suadere quòd erat illis cōmodum, & minari malum si quid perperam aggredierentur. Decet hæc breuiloquentia & Ducē & Laconē.
- Breuius.
- 54 In bello Peloponesiaco, socijs rogantibus, quāta pecunia futura esset satis, ac postulantibus vt tributorum certum modum præscriberet. Bellū, inquit, non quærit definita. Significans eos qui bellum susceperunt, oportere per omnia seruire belli necessitatibus, quarum nullus est certus modus, quòd variæ sint bellorum præter expectationem occasiones.
- Belli scorta
- 55 Vbi vidisset iaculum catapulta mittendum id temporis primū ex Sicilia aduectum, exclamans, inquit, Hercules perijt viri virtus. Quoties enim instrumentis bellum geritur quæ misso telo saxōve procul feriunt, minimum interest inter fortem virum & ignauium. Verum vbi cōminus res gerit, tū apparet qui viri sint, qui nō.
- Fortiter.
- 56 Quū Græci nollent rescindere pacta quæcum

Antigono & Cratero pepigerant, & amplecti libertatem quam offerebat Archidamus, veritine grauioreſ eſſent habituri Lacedæmonioſ ū Macedoneſ. Ouiſ, inquit, ſemper eādē ædit vocem. Vaſre. Cæterum homo multas ac varias emittit voces, donec quod decreuit confecerit: hoc dicto ſignificans fallēdam eſſe fidem, ſi qua magna inuitet vtilitas. Nullum autem eſt animal cui tam varia vox ſit quā homo. Hoc apophthegma videri poſſit indignum Lacone, niſi poſt integritas eius gentiſ barbarorum commercio degeneraſſet. Dicti poſſet honeſtus aliquiſ vſus eſſe, veluti ſi quiſ admoneat pro tempore proq; re nata variandum eſſe ſermoniſ habitum. Eſt vbi loquendum ſit ſeueriſ, eſt vbi blandiſ, eſt vbi magnificētiſ, eſt vbi ſubmiſſiſ, eſt vbi iucundiſ, eſt vbi duriſ. Id ſi fiat citra perfidiā prudentia eſt. Porro ouilliſ mores dicūtur hominum ſtupidorum, qui ſeſe neſciunt rebus ac perſoniſ accommodare. Græcorum igitur conſtantiā Archidamus ſtultitiæ tribuit, qui propoſita libertate nollent mutare vocem.

ASTYCRATIDAS.

Aſtycratidas poſteaquā Agiſ ſuperatus eſt a 57
 pud Megalopolin in prælio aduerſus Antigonū,
 cuidā dicēti. Quid nūc facturi eſtiſ Lacedæmoniiſ? An Macedoniſ ſeruituriſ? Quid tandē, in Generoſe
 quit? Num Antigonuſ vetare poſteſt quo minus
 in pugna pro patriā mortē oppetamus? Generoſa
 ſa vox, ſentiēſ libertatē vrbis eſſe vita chariorē,
 nec turpiter occumbere qui pro patriā pugnanſ
 moritur. Quoniā moriendī poteſtatē nulluſ hoſtiſ
 poteſt eripere, quiſquiſ mortē cōtemnit ha
 d.iiij.

bet quo quum vult, semet in libertatem afferat. Ea vox arguit egregie fortem animum, sed cuius exemplū nulli bono sit imitandū. Forti⁹ est diu-
tinam seruitutē quamuis duram perferre, quā
morte finire dolores. Multoq; sanctius est, quod
docet Socrates, non esse fas animam de corporis
præsidio decedere, iniussu imperatoris.

BIAS LACEDAEMONIVS.

- 58 *Fortiter.* Bias Lacon insidijs circumseptus ab Iphicrate
Atheniēsiū duce, quum illius milites rogarent
quid in eo rerū statu esset faciendū. Quid aliud
inquit, nisi vt vos seruemini, ego pugnando mori-
ar. Talis erat animus Catonis Vticēsis, qui cæ-
teris suasit vt suæ salutis cōsulerent, ipse spontanea
morte turpem effugit seruitutem.

BRASIDAS.

- 59 *Solenter.* Brasidas quū murem in caricis cōprehendisset,
morsus ab eo dimisit captum, mōxq; ad eos qui
aderant, vt nullum, inquit, est animal tam minu-
tum, quin seruari possit, modo ausit vlcisci inuas-
dentes. Hoc dicto fortis & animosus dux suis
animum aduersus hostes addidit.
- 60 In prælio quodā per clypeū vulneratus, eduxit
hastam ē vulnere, & eadem hostē interemit qui
vulnerauerat. Pulcherrimū est inimicū suis ipsius
armis opprimere. Hoc apophthegma non est.
- 61 *Lepide.* Cuidam percōtanti quomodo vulnus accepis-
set, perquam festiuiter respondit, prodente me
scuto. Ita crebro malum per illos venit, quorum
præsidio credimus nos esse tutos.
- 62 Egressus ad bellū hunc in modū scripsit Epho-
ris. Quicquid erit malorū in bello, aut profliga-
bo, aut moriar: testatus animum fortissimo duce

dignum. Nam euentus homini non est in manu. Cæterum vbi cecidisset in prælio dum Græcos Asiam incolentes liberat, & id nuntiaturi oratores Lacedæmonem missi matrem eius Archileonidem adissent, illa nihil prius rogauit, quam an Brasidas honeste occubisset. Thracibus illius virtutem collaudantibus, dicentibusque non esse apud Lacedæmonios aliū illi parem, ignoratis, inquit, hospites quales sint Lacedæmonij. Erat quidem vir bonus Brasidas, cæterum Sparta multos habet illo præstātiores. Vtrum in hac foemina magis admirari cōuenit, animi ne generositatē, quæ de filij morte quod obtigisset honesta, gloriādum etiam putaret, tantum abest vt muliebriter desueuerit: an modestiam & in patriam affectum, quæ non passa sit ita filium prædicari, vt reliquorum Spartanorum gloriæ decederet aliquid.

Fortiter.

DAMONIDAS.

Damonidas quū à chori magistro postremū 63 in choro locū accepisset, Euge inquit, Chorage reperisti quo pacto & hic locus quū per se sit in honoratus, fiat honorificus. Generosus adolescentis animus, qui fiducia sui, non metuit ne locus abiectior esset dedecori, sed citius futurū arbitrabatur, vt per ipsum locus fieret honoratior. Id enim sæpenumero factū legimus, vt hominis virtus magistratui per se cōtēpto & humili dignitatē cōciliarit.

Habetur an
tea simile.
fo. 3. apo. 2

DAMIS.

Damis quum Alexander Magnus per literas 64 petisset, vt Lacedæmoniorū decreto decernerent ipsi diuini honores, & in deorum numero referretur: age, inquit, concedamus Alexandro si velit appellari deus. Vt despectim risit stultam prind. iij.

Ambitio
notata.

D A M I N D A E

cipis ambitionem, qui putarit ab ijs posse creari deos, qui ipsi nihil aliud essent quam homines: aut si hoc non putauit, insigni stultitia falsi nominis umbra gloriaretur.

D A M I N D A S.

Mortis cō-
temptus.

- 65 Damindas quum Philippus irrupisset in Peloponesum, & quidam ita loqueretur, periculū est, ne acerba patiatur Lacedæmonij, nisi Philippo recōcilietur: O seruiri, inquit, quid nobis poterit acerbe accidere: qui mortem contemnimus!

D E R C I L L I D A S.

Generosē.

- 66 Dercillidas orator missus ad Pyrrhū, qui iam exercitum induxerat in terram Spartanorum, vt cognosceret quid sibi vellet: quum Pyrrhus præscriberet, vt regem suum Cleonymum reciperent, alioqui futurū vt intelligerent se nihilo cæteris esse fortiores, hunc in modum respondit. Si deus est Cleonymus, nō metuimus eum, quippe qui nihil sceleris commisimus. Sin homo est, nihilo est nobis præstantior. Hoc dilemmate taxauit superbas regum minas. Dij qui quos velint possunt lædere, nec a quoquam lædi vicissim, nō nocēt nisi improbis: homines hominib⁹ ex æquo metuendi sunt. proinde qui superbe minantur alijs, aut dij sibi videntur, aut non cogitant id quod minantur alijs in ipsos posse recidere.

D E M A R A T V S.

Bis dialogus

- 67 Demaratus postquam cū ipso colloquiū Orōtes habuisset asperius, cuidā dicenti. Asperius tecum egit Orontes o Demarate. Nihil, inquit, in me peccauit. Siquidem qui ad gratiam colloquuntur hi lædunt, nō qui durius cumq; maleuolētia verba faciūt. Intellexit vir prudens nihil esse no-

centius blandiloquio, quod ut non fallat, reddit hominem insolentiorum. At qui ex odio durius loquitur adeo non lædit, ut interdum profit etiã, ei præfertim qui nouit ex inimico decerpere fructum aliquem.

Cuidã percontanti quã ob causam apud Spartanos, qui scutum abiecerant, notarẽtur ignominia & infami vocabulo Rhipiaspides appellarentur: qui galeas, aut thoraces, nõ item. Quoniam, Publica utilitas. inquit, hæc sua ipsorum causa gerunt, scutum uero communis exercitus gratia: significans unicuique pluris esse faciendam communem utilitatẽ, quã propriam. Qui galeam, aut thoracem abiecit, seipsum prodit tantũ & exarmat, qui scutum abiecit prodit uniuersam phalangẽ. Nã obtentu clypeorũ tota acies tuta est aduersus hostiũ iacula.

Cum audiret cantorem quendam ostentantẽ 69 artem suam, nihil aliud laudis illi tribuit, tantum ait, mihi uidetur non male nugari. Tanta erat Ars inutillis cõtẽptus artiũ, quæ licet essent operosæ, tamẽ solummodo delinirent aures, nullã seriã utilitatem adferrent reipublicæ.

In confessu quodam rogatus, utrum ob stultitiam an ob sermonis inopiam sileret: Atqui stultus 70 inquit, ne possit quidem silere. Quidam hoc præclarum existimant si nunquam sileant, quum id sit certissimum fatuitatis argumentum: ut cõtrã silentium, ubi loquendi tempus non est, prudentiæ signum est. Silentium opportunũ.

Cuidam percontanti quomodo exularet Sparta quũ 71 esset rex, quoniam, inquit, leges sunt in ea potentiores: significans regem apud Lacedæmonios esse Modestate. se principem ciuitatis: at non legum dominum,

sed his nō minus obnoxium regem quān ciues,
hoc ipsum laudabat in suæ gentis institutis, per
quod cogebatur exulare. Dedit interim insigne
moderationis specimen, æquo animo ferens exili
um autoritate legum indictū, nec de patria ma
le loquens, nec de legum iniquitate querens.

72 *Moderate* Cum Persa quidam crebris muneribus puerū
quem amabat Demaratus, tandem abduxisset,
atque id iactitans apud illum dixisset, O Lacon
venatus sum amasium tuum: per deos, inquit, nō
tu sane venatus es, sed mercatus: in iocum ver
tens contumeliam, ob quam alij solent cælum
miscere terræ: simulque significans, non esse spe
ciosum pecunia vincere.

73 *Clementer.* Persa quidam à rege defecerat. Is suasu Dema
rati mutatus, quum reuertisset ad suos, tentarētq;
eum rex interficere: Turpe, inquit, fuerit ô rex, si
cum hostis fuerit nō potueris ab eo defectionis
pœnas sumere, nunc amicum factum velis occi
dere. Hoc prudentissimo dicto, & regis indigna
tionē temperauit, & eius cui reditum persuaferat,
incolumitati consuluit. Vtrique consultor vti
lis, alteri ne quid indignum regia mansuetudine
committeret, alteri ne pœniteret ab errore reuo
canti paruiffe.

74 *Moderate.* Ad eum vero qui apud regem Persarum para
situm agebat, ac subinde in Demarati exiliū di
cterijs ludebat, Non, inquit, amice tecū pugnatu
rus sum. Nā vitæ aciē absumpsi. Ludens ex am
biguitate vocis. *τάξις* enim Græce, tum ordinē
sonat, tum aciem. Nullus autē ad pugnā instru
ctus est, cui nulla superest acies: & ordinem vitæ
absumpsit, qui ex rege factus est exul.

EMEREPES.

Emeripes Ephorus, ex Phrynidis musici cithara 75
 ra, nouē habēte chordas, duas incidit, noli inquis
 ens, deprauare musicam. Prisci cantores nō noue ^{Frugaliter}
 rāt nisi septē chordas, quibus aliquid addere, ac
 musicam pro simplici reddere operosiores, iudis
 cabat artis esse corruptelā. Adeo Lacedaemonijs
 nulla non in re placebat simplicitas ac frugalitas.

EPÆNETVS.

Epænetus dicere solitus est, mendaces omnium 76
 scelerum & iniuriarum autores esse. Ea senten
 tia non dissonat à literis Hebraeorum, quæ nar
 rant serpētis mēdacio primū fores apertas omni
 vitiorū generi. Mēdaciū autē nomine cōtinētur,
 assentatores, calumniatores, infidi consiliarij, per
 uersi educatores, qui fontes sunt ferē malorū om
 niū quib⁹ sursum deorsum turbatur vita mortalium.

EUBOIDAS.

Euboidas audiens à quibusdam prædicari vxoribus 77
 res alienas, nō approbavit id factū, dicēs de mo
 ribus ingenioq; vxorū apud exteros nullā omni
 no faciendā esse mentionē. Qui nō tulit laudari
 coniuges aliorū quid faceret vituperantibus? Pri
 ma laus pudicitiae matronalis est, nulli notam esse
 præterq; suo viro, qui cum cubat.

EUDAMIDAS.

Eudamidas Archidami fili⁹, Agidis frater, quū 78
 audisset Xenocratem iam senem in academia cū
 amicis disputantem: percontatus est, quis esset il
 le senex, Vbi respōderat aliquis illum esse virum
 sapientem, & ex eorum numero qui virtutem
 quærerēt. Et quādo, inquit, ea vsurus est, si adhuc
 quærit? Visum est Laconi ineptum, per omnem ^{Arguter}

vitã de virtute disputare veluti de re cõtrouersã, quum oporteat à prima statim adolescentia habere certissima decreta de honesto impressa animo, & secundum virtutem exerceri, non quare re quemadmodũ faciunt philosophi, qui magna contentione inter ipsos de summo bono, ac malo digladiantur, ne in hoc quidem satis consentiẽtes quid sit virtus, aut beatitudo.

79 Idem audito philosopho qui differuerat, solum sapientẽ esse bonũ belli ducẽ, Sermo quidẽ, inq̃t, mirificus est, at qui eum dicit fide caret, eò quod illum nunquam circumsonuit tuba. Probauit sententiam, sed indicauit neminem cum fide loqui, de re quam nullo modo sit expertus.

Experiẽtia

80 Die quodam quum Xenocrates argumentum quod tractabat differendo absoluisset, iamq; finẽ dicendi fecisset, superuenit Eudamidas: cui quum comitum quispiã dixisset, posteaq; nos adsumus, tum ille desijt dicere, Recte, inquit, siquidẽ ea dixit quæ voluit. Rursus quũ alter diceret, bonum erat audire, putãs fore vt sua causa iuberet Xenocratẽ eadẽ de integro differere: Quid, inquit Eudamidas, si venissemus ad iam coenatũ, num postularem? vt coenaret iterũ? Ciuitatis erat quod philosophum ad iterandã disputationẽ perpelle-re noluit, q̃ ea res nõ caruisset tãdĩ dicẽtis: Laconicę virtutis erat, q̃ magis admirabatur preclara facinora designantes, q̃ de virtute differentes.

Vibane.

81 Cuidam percontanti quur ciuibus bellũ aduersus Macedones suscipere volentibus, ipse autor esset quiescendi. Quoniam, inquit, nolo illos mendacij arguere, Tecte significãs Spartanos gloriose magis quã serio bellum poscere. Eos prodi-

Ciũli' er.

disset Eudamidas, si ipse quoque bellum approbasset. Tum enim fore putabat, ut ciues bellum detrectarent. Nunc effecit, ut per ipsum stetit visderetur, quo minus bellum susceptum esset, ac ciuibus fortitudinis gloriam reliquit integram, quasi promptos haberent ad bellandum animos.

Cum quidam commemorando laudem ac trophæa quæ Lacedæmonij ex rebus cum Persis præclare gestis retulissent, hortaretur ad bellum cum Macedonibus suscipiendum: Ignorare mihi videris, inquit, istuc idem esse, ac si quis deuictis mille ouibus, pugnaret cum quinquaginta lupis: significans Persas ut delicijs effœminatos, & ob id imbelles non fuisse difficile vincere. Sed aliud esse cum Macedonibus bellacissima gente rem habere. Proinde qui ob victorias à Persis reportatas censeret cum Macedonibus bellum item suscipiendum: nihilo probabilius diceret, quam si quis ei qui viscisset mille oues diceret, aude cum quinquaginta lupis congredi, qui tot oues deuiceris.

Rogatus de cantore quodam, qui feliciter cecinerat, qualis ipsi videretur, Magnus, inquit, in re parua delinitor. Cõtèmpsit operosam artem, cuius nullus erat fructus, præter inanem ac temporariam delectatiunculam aurium.

Cum quispiam prædicaret laudes vrbis Athenarum, Quis, inquit, eam ciuitatem merito laudet, quam nemo dilexit, factus seipso melior? Nō iudicauit eam urbem esse dignam vlla laude, quæ sic esset corrupta delicijs ac vitijs, ut nullus in ea libèter viuens euaderet melior, sed deteriores omnes: tacite præferens Spartam Athenis, in qua qui vixisset, efficeretur melior.

85 Argiuo cuidam dicēti Lacedæmonios peregris nationib⁹ reddi deteriores, quòd interim degenerēt à maiorū legib⁹ & institutis: At vos, inqt, quū Spartāvenitis nō deteriores, sed meliores euaditis.

Argute.

*Dictūretorsit ī Argiū, Nā hoc dicēs magis suā gentē vituperauit q̄ Lacedæmoniorū: simul indi-
cauit quantopere referat inter quos viuas.*

86 Cum Alexāder in Olympijs præconio ius fecisset omnibus exulibus in suā cuiq; patriā redeūdi, præterq̄ Thebanis, Infortunatū quidem, inquit, præconiū, sed vobis ô Thebani gloriosum. Solos enim vos metuit Alexāder. Ad cōsolandos Thebanos sic interpretatus est vir animi solertis. Et enim qui permittit exulibus reditum in suā patriam, non metuit ne moliantur vindictā. A Thebanis igitur solis metuebat.

Argute.

87 Rogatus à quodam quam ob causam Lacedæmonij priusquam irent in prælium Musis immolarent, quum musis nihil videretur cū Marte esse cōmercij. Vt rebus, inquit, fortiter gestis contingat honesta commemoratio. Bene gerendæ rei laudem sibi tribuebant: vt autem egregia gesta splendidis verbis celebrarentur, hoc à Musis eloquentiæ præsidibus petendum iudicarunt, cōquòd ipsi negligenter eloquentiæ studium: simul admonebat nō expetendam honorificam memoriam, nisi recte factis promeritam.

Generose.

EVRYCRATIDAS.

88 Eurycratidas Anaxandriæ filius, percontanti quur Ephori per singulos dies de cōuentis & cōtractibus ius dicerent, Vt inter hostes etiam, inquit, mutuam fidem inueniamus. Maiore reipu. *discrimine pacta violantur in bellis, sed illic quoq;*

violantur ab his, qui domi consueuerint fallere.

HERONDAS.

Herondas quum esset Athenis audissetque quem 89
dam iudicum sententia dānatum de crimine otij,
qui mcestus incederet, & ab amicis mcestis dedu
ceretur, iussit sibi commonstrari eum qui in cau
sa liberali reus perageretur. Lacedæmonij quicquid Generose.
erat sordidarum artium, non per ciues, sed per He
lotas mancipia exerceri volebant: eoque miraba
tur Herondas, ob id quenquam vocari in ius, quod
seruilia non exerceret, ibique pro crimine habe
ri, quod Lacedæmone iudicaretur honestū ac liberale.

THEARIDAS.

Thearidas quum gladium cote acueret, rogatus 90
ā quopiam num esset acutus, acutior, inquit, calū
nia: grauiter innuens rem omnium rerum nocen
tissimam esse calumniam. Calumnia.

THEMISTEAS.

Themisteades quum esset vates prædixit Leoni 91
dæ regi futuram apud Thermopylas internicio
nem, tum ipsius, tum commilitonum eius. Itaque Humaniter
Fortiter.
quum a Leonida Lacedæmonē mitteretur, hoc
quidem titulo, vt renunciaret euentura, sed re ve
ra ne simul cum alijs periret, non sustinuit ire,
dicens: vt pugnare huc missus sum, non vt ferrē
nuntia. Quis nō admiretur in vate tam præsen
tem animum? Præuidit exitium, nec euitare vos
luit, quum id liceret honesto titulo. Admirabilis
etiā fuit Leonidæ moderatio, qui vati tristia nūti
anti nō tantū nō succēdit, vt principū vulgus so
let, sed & vitæ & famæ illius consultum voluit.

THEOPOMPV.S.

Theopompus interroganti quo pacto quis re 92

Moderate
 gnum tuto possit tueri, Si, inquit, amicis cōcedat iustam libertatem, pro viribus interim aduigilās ne subditi afficiātur iniuria. Multis principib⁹ exi-
 tio fuit, quòd amicis nihil nō permitterēt, ciues iniuria affectos negligērēt. Hic tēperātia adhibē-
 da est, vt princeps nec amicos alienet tyrannica sēuitia, nec patiatur illos regia familiaritate abusi ad quiduis audendū prāter ius aduersus plebe-
 ios, qui nimīū iritati sēpe reges suos excusserūt.

93 Argute.
 Hospiti cuidā iactātū q^d apud Theopōpi ciues, philolacon, hoc est Laconū amās diceret, prāstaret, inquit, si φιλοπολίτης, id est ciuiū amās dicereris, potiusq^{ue} Laconū. Alter expectabat vt sibi pro studio erga Lacones agerētur gratiā, At ille notauit hospitem, qui alienā ciuitatis studio-
 sus haberi mallet q̄ suā, quū prima charitas de-
 beatur patriā. Porro quisquis alienā rēpu. vehemēter adamat, suam quodāmodo vituperat.

94 Argute.
 Huic simile est illud, Cum legatus ab Helide missus diceret sibi ob id à ciuibus legationē cōmissam, quòd vnus Laconicā vitā admiraretur: rogauit hominē vtrū meliorē duceret vitā, aliorū ciuiū, an suā ipsius. Cū is respondisset suam ipsius. Qui potest, inquit, igitur ista ciuitas seruari, in qua quū multi sint, vnus tantū bonus est? Salse taxauit oratoris imprudētiā, qui Lacedæmonios ac sese laudari cū suorū ciuiū vituperatione. Probabat Lacedæmoniorum mores, sed solus Helidensium, restabat igitur vt apud Helidenses non esset nisi vnus vir bonus, cui placerent honesta.

95 Grauitet
 Dicente quodā ideo seruari rempu. Spartanā, quòd reges scirent imperare, Imò potius, inquit, q^d ciues sciāt parere: insigni modestiā regū laudē

in ciues transferens. Multū habet momenti principis integritas, sed multo plus ciuium recta institutio.

Cum Pylis decretum ædidissent quo Theopō-
po tribuebātur summi honores, rescripsit, Medio-
res honores ipsum tēpus auget, immodicos ab-
olet. Hoc animo quid excellentius? quod alij sibi
aut vindicant arroganter, aut ambiūt inepte, hoc
vltro delatum reiecit, simul & suā declarans mo-
destiam, & amicos admonens, in omni re modū
esse optimum. Quin & illud acute perspexit, quæ
subito crescunt in altum, non esse diuturna, quod
genus sunt betæ & cucurbitæ: ceterū quæ paula-
tim augetur, ea ferre ætatē veluti quercū buxū.

Cuidā ostendenti ciuitatis suæ mœnia, ac per-
contanti, num valida & alta viderentur, minime
inquit, siquidem sunt mulierum: sentiens ciuita-
tem satis munitam esse si vires habeat: sin min⁹,
nihil prodesse quamlibet operosa munimenta.

Vxori obiurganti, quod regnū humilius ac mi-
nus esset filiis traditurus q̄ accepisset: hætenus
igitur, inquit, maius, quod diuturnius. Ita Plutar-
chus in vita Lycurgi. Quæ moderata sunt in lon-
gum tempus durant, & hoc ipso meliora sunt.

THECTAMENES.

Thectamenes posteaquam Ephori capitis sen-
tentiam in ipsum pronuntiaissent, abiit ridēs, Ro-
gantibus qui aderant, an etiam contēneret Spar-
tanorum leges, Nequaquam, inquit, quin gaudeo
potius, quod hæc mihi multa soluenda est, quā
cam nec indixerim cuiquam, nec a quopiam mu-
tuo acceperim. Vir innocēs non accusauit patriæ
suæ leges, sed hoc felicitatis esse iudicabat, quod

THERYCIONIS

mori iuberetur, qui neminē ad mortē adegisset, nec cuiquam deberet vitā nisi sibi. Facete mortis pœnam vocauit mulctam, rem atrocē molliori vocabulo signans. Iure autem cogitur soluere pecuniā, qui eam vel extorsit ab alio, vel mutuo sumpsit. M. Tullius hoc apophthegma sic vertit Tuscul. quæst. lib. I. Cum Lacedæmonius quidā, cuius ne nomen quidē proditū est, mortē tantopere contempserit, vt quum ad eā duceretur, dānatus ab Ephoris, & esset vultu hilari atq; læto, eisq; dixisset quidā inimicus, Cōtēnisne leges Lycurgit respōderit, Ego vero illi maximam habeo gratiam, qui me ea pœna mulctauerit, quā sine mutatione & sine versura possem dissoluere. O virum Sparta dignum, vt mihi quidē qui tā magno animo fuerit, innocens damnatus esse videatur. Pro Διατριβαις Cicero vertisse videtur, versuram. Lusit autem contemptu mortis Thetamenes, quasi mors leuior esset mulcta, quā pecuniaria, quod illam quisque de suo posset soluere, ob hanc multi cogantur vsuram aut versuram facere.

THERYCION.

100 Therycion ē Delphis rediens quum videret in Isthmo angustias ā Philippi copijs occupatas, Malos, inquit, ô Corinthij portarū custodes vos habet Peloponesus: Alludit eò, quod grauius animaduerti solet in ciues quibus vrbs portæ commissæ sunt, si eas indiligenter custodierint. Multo magis accusari merebantur Corinthij, qui totius Peloponesi portas Philippo prodidissent.

HIPPODAMVS.

I Hippodam⁹ quo tēpore Agis aduersus Archi

damū aciem instructā habebat, simul cū Agide iussus est ire Spartā, curaturus illic ea quib⁹ erat opus. An nō, inquit, honesti⁹ est, vt pro Sparta for- Mors con-
tempta.
tē bonūmq; virū prestās mortē oppetā? Ac post sumptis armis, stānsq; regi ad dextrā pugnando interijt. Consultū volebāt illius senectuti, quæ viribus defecta in bello nō ita multū esset habitura momēti, in patria futura nōnulli vsul, excesserat enī annū octogesimū, at ipse sibi nō indulisit.

HIPPOCRATIDAS.

Hippocratidas acceptis literis à Cariæ satrapa 2
in quibus cōtinebatur, Lacedæmoniū quēdā quū fuisset cōsci⁹ insidiarū, quas quidā ipsi struxerāt, nō indicasse rem, sed silētio texisse, limūq; roga- Moderate.
bat satrapas quid de illo facturus esset, respondit hunc in modū, Si quo magno beneficio illū affe-
cisti, interfice: in minus, eiſce ē regione, vt ad vir-
tutē formidolosum. Ingratitudinē erga bene me-
ritū censuit morte plectendā. Cæterū quōd esset
nō per malitiam, sed per formidolositatem com-
missum, ei satis supplicij iudicabat exilium. Non
enim ipse struxerat insidias, sed sibi metuens
non prodidit.

Huic quū aliquando fuisset obuius adolescens 3
quem amator sequebatur, erubescenti adolescen- Pudice.
tulo, Cum his, inquit, oportet ambulare, cum qui-
bus conspectus non mutet colorem: Docuit ex
improbis conuictoribus nihil capi fructus, nisi
probrum & ignominiam.

CALLICRATIDAS.

Callicratidas classis præfectus, à Lysandri amī 4
cis sollicitatus, vt vnum quendā ex inimicorū nu-
mero permetteret ipsis interimere, & acciperet
c. ij.

talenta quinquaginta, tametsi vehementer opus haberet pecunijs ad soluendum nautis stipendium, haud tamen concessit. At quum Cleander qui erat illi à consilijs dixisset, accepissem si fuisset Calli-
 Iuste. cratidas, Et ego, inquit, si fuisset Cleander. Mira ducis integritas, qui nulla pecunia licet necessaria, vel ad hoc corrumpi quiverit, ut in vnum hominem pateretur aliquid iniquum fieri, simulque monuit in omni actione spectandum esse decorum personæ. Quod forte decuisset Cleandrum, non decuisset Callicratidem. Quod deceret plebeum, non semper decet principem.

- 5 Idem profectus Sardeis ad Cyrum iuniorem, quo tum Lacedæmonij in bellicis sociis utebantur, petiturus pecunias rei navali necessarias, primo statim die iussit renuntiari se cum Cyro vel le colloqui. Quem ut audiit bibere, expectabo, inquit, donec biberit. Ac tum quidem abiit, quoniam intellexit eo die non posse dari conveniendi regis copiam, ne parum civilis haberetur. Postero vero quum iterum audisset illum bibere, nec se admitti ad colloquium, dixit ita curam habendam pecuniarum, ut ne quid tamen committeretur Sparta indignum: moxque inde recessit Ephesum, multa imprecatus mala ijs, qui primi à barbaris fuissent ludibrio habiti, eosque sua patientia docuissent illos fiducia divitiarum alijs illudere. Iuravitque apud comites sese, ut primum Spartam redisset, nihil non facturum, ut Græcos inter se conciliaret, quo barbaris fierent magis formidabiles, desinerentque illius regis viribus inter sese pugnantibus egere. Quid non & faciunt & patiuntur homines ubi pecuniarum urget inopia?

Animose.

At generosa Spartani mens maluit pecuniã negligere, quã effœminati regis tertio pati fastidium, quũ alij leuioribus de causis æquo animo ferãt, si vel post totos sex menses admittãtur ad regis colloquium. Deinde nihil imprecatus est ipsis barbaris aut regi, sed ijs indignabatur, qui primi sua tolerantia docuissent eos ob opulentiã tãtas cristas fumere. Nam si fuissent omnes quales erãt Spartani, opũ ac voluptatum contemptores, nunquã ad tantam insolentiam venissent barbari. Postremo singularis erat prudentiã, quod perspexit Græcos non alia magis ratione posse barbaris reddi formidabiles, quã si positis intestinis simultatibus mutuam inter se concordiam sancirent. Prudenter.

Interrogatus quod genus homines essent Io: 6
nes, Liberi, inquit, mali, sed serui boni, significans illos nescire imperare ac libertate uti, sed seruitutem æquo animo ferre: videlicet referendos ad secundũ hominũ genũ iuxta distinctionẽ Hesiodi, quod per se quidẽ nõ sapiũt, sed parẽt recte sapiẽti.

Quũ Cyrus stipendiũ misisset militib⁹, Callicra 7
tidi seorsum xenia, amicitie monumẽta: Stipendiũ quidẽ accepit, xenia vero remisit, negãs sibi cũ ipso priuatã habẽdã amicitia, sed quã haberet publicã cũ Lacedæmonijs omnib⁹, eandẽ illi se cũ quoq; intercedere. Quid hoc animo incorruptius, qui totus ad reipub. comoda spectabat?

Apud Arginusas quũ esset nauali pugna cõsili: 8
eturus, atq; Hermon nauclerus diceret, bonũ esse ab eo loco soluere, quod Atheniẽsiũ triremes numero lõge plures essent. Quid, inquit, tũ postea? Atqui fugere ignominiosum est Sparte ac dãnosum: contrã, manentem aut mori, aut vincere ho
c. iij.

Simile ante
habetur fo.
13. apop. 47

Mors con-
tempta.

nestissimum. Gloriam vitæ anteposuit, sed publicam gentis, non priuatam suam.

Mors con-
tempta.

- 9 Ante conflictū peracto sacrificio, quū aruspex nuntiaret ex incēsis, exercitui quidē portēdi victoriā, sed imperatori mortē, nihil expauefactus, Haud penes vnū, inquit, sunt res Spartæ: Me si quidē mortuo nihilo deterius habitura est patria, sed si cessero hostibus, aliquid decedet patrię. Itaque quū Cleandrū pro se ducē designasset, naualem pugnam aggressus est, ac pugnādo interiit.

CLEARCHVS.

- 10 Clearchus militū auribus subinde solet inculcare, Militi magis esse metuendū imperatorem quā hostem: quæ vox mortē minabatur militi, qui parum gnauiter se gessisset in prælio. Honestius autem est cum laude vitam impēdere patrię, quā cū dedecore, pœnæ. Hoc dictum non quiuis milites laturi sint: sed hi facile ferebāt, quibus matres domi solent edicere, vt aut victores cum armis redirent, aut mortui in armis referrentur.

CLEOMBROTVS.

Vrbane.

- 11 Cleombrotus Pausaniæ filius, cum hospes quidam controuersiam haberet cum patre de virtute, tantisper, inquit, pater est te præstantior, quoad tu quoque genueris. Ciuilitate deterruit hominē à contentione, quod pater vel hoc nomine superior esset, quod filium dedisset patrię, quum ille nondum pater esset.

CLEOMENES.

Argute.

- 12 Cleomenes Anaxādridæ filius, dicere solet Homerū esse poētā ciuū Lacedæmoniorum, Hesiodum vero Helotum, hoc est seruorum, quod ille docuisset quomodo gerendū sit bellum, hic quoque

modo colendi agri. Nam vt ante dictum est, Lacedæmonij tantum ad bellicas res instituebantur, eoque humiliores operas, & artes manuaras seruis committebant, quos illi vocant Helotes.

Idem cū Argiuis septē dierū pactus inducias, quū obseruās deprehēdisset illos tertia nocte indulgere somno, fiducia videlicet induciarū, adortus est eos, & alios interfecit, alios abduxit captiuos. Cæterū quū illi probro daretur violata iurisiurandi fides, De diebus, inquit, pactus sum, noctes non additæ sunt in iureiurando. Quanq̄ & alioq, quicquid mali quis fecerit hostib⁹, id & apud deos & apud homines habet iustitia præstātius. Verū huic magnificæ voci nō respōdit euētus. Nā & vrbe cuius gratia violarat cōuenta, frustratus est, eò quòd mulieres detractis ē tēplis deorū armis illū vltē sunt: perinde quasi dīs ipsis quos cōtēpserat pœnas de ipso sumētib⁹. Postremo versus in dementiā, ipse sibi gladiolo quodā fodit & incidit corpus à talis vsq; ad loca vitalia, itaq; vitā finijt, ridēs & ore diducto. In hoc apophthegmate nihil habes imitatu dignum, vtile tamen exemplum ad vitandam iurisiurandi violationem.

Cum augur illū dehortaretur, ne exercitū educeret ad vrbe Argiuorū, alioqui reditum illinc fore turpem, posteaq̄ admouisset ciuitati copias, ac portas videret clausas, & mulieres in mœnibus, hic, inquit, reditus tibi turpis videtur, in quo viris mortuis, vxores occlusere portas. Fortis animus, si cum æquo bonoque fuisset coniunctus.

Argiuis nōnullis illū conuitio laceſcentibus, vt periuurum & impium, Vobis, inquit, potestas est mihi maledicendi, at mihi potestas est vobis fac. iiii.

ciendi male. Admonet nō esse tutum eos maledictis irritare, quibus in manu est quum velint re ipsa lædere: ad hæc non oportere potentes humiliorū dictis admodū cōmoueri. Satis enim vindictæ est, quod licet quum libet vlcisci, quum illis nihil aliud reliquum sit q̄ male loqui.

16 Venerūt ad Cleomenē Samiorū oratores, hortaturi vt cū Polycrate tyrāno bellū susciperet: id quum fecissent oratione plus æquo proluxa, re spondit in hunc modū. Quæ primo loco dixistis non memini & ob id ne media quidem intelligo, quæ vero dixistis omnium postrema, nō probo. Admonet multiloquium non solum molestū esse auditori, verum etiam ad persuadendum inutile, præsertim apud principes, tum varijs curis occupatos, tum auribus fastidiosis.

Loquacitas

17 Pirata quidam populabundus discurrebat per agros Lacedæmoniorum. Is vt captus est, rogatus quid ausus esset, Quoniam, inquit, deerat mihi cōmeatus quem militib⁹ præberem, ad eos veni, qui & habebant nec sponte dabant, vi erepturus. Ad id Cleomenes, Cōpēdiosa, inquit, malitia, Detestatus prædonis nefarium scelus, probavit tamen orationis expeditam breuitatem.

Audacia.

18 Cum improbus quidam ipsum conuicijs inceseret, Num ideo, inquit, tu maledicis omnibus, ne si velimus respondere otium habeamus vicissim de tua dicendi malitia? Vt è sublimi contempsit maledicum, nec vllō responso, nec alia pœnâ dignum iudicauit hominem nulli⁹ rei, cui nihil esset præsidij præter maledicam linguam.

Moderate.

19 Cum è ciuib⁹ quispiā apud eum diceret, bonum regem omnino erga omnes mitem & pla-

cidū esse oportere, Sed hæcenus inquit, ne sit cōtemptui: significans erga improbos māsuēdinem nimīā esse inutilem ciuitati, notānsq; quorundam mores, qui principes vehemēter bonos & clementes, quum impensius amare debuerint discunt habere cōtemptui. Est quidem præcipua virtus in principe comitas ac māsuētudo, verum ob malorum ingenium hæc ita temperanda est, vt principi sua constet autoritas.

Cum diutino morbo vexatus, expiatorib⁹ ac 20
diuinis auscultaret, ante non solitus idem facere. quodam id admirante, quid miraris inquit? Non enim idem sum nūc qui tūc eram. Cū autē non Argute
sim idem, nec probo eadē. Elusit ille quidem inconstantia reprehensionem, verū tamen est, non eadem placere seni, quæ iuueni placuerant.

Sophista quodā de fortitudine multa differens 21
te risit Cleomenes. At sophistæ dicenti, quid rides Cleomenes audiens de fortitudine differentem, præsertim quum sis rex? Quoniam, inquit, Decorum.
amice si hirūdo de fortitudine loqueretur, idem facerem quod nunc facio. Sin aquila, magno silentio auscultarem. Visum est ineptum quinquā de fortitudine magnificis vti verbis, qui ipse nihil fortiter gessisset vnquam, nec aliud posset quā in hirundinis morem garrere.

Argiuis profitentibus se prioris conflictus fortunam in qua victi fuerāt, iterato prælio sarcire velle, demiror. inquit, si duarū syllabarum accessione facti estis meliores quā eratis prius. Huius apophthegmatis argutia latine reddi nō potest. Nam Græcis μάχηδου, pugnare est, ἀναμάχηδου redintegrare pugnā. Inter hæc duo verba 22

nihil interest, nisi quòd posterius superat prius duabus syllabis *èvèè*.

23 Quidam per conuivium illum dixerat delicijs deditū. At hoc, inquit, satius est, quàm iniustum esse. At tu pecuniarum amore teneris, quū quod satis est possideas. Argute significavit neminem esse posse iustitiæ tenacem, qui suprà quàm satis est congerendi studio tenetur: ad hæc stultū esse, qui alteri leuius exprobrat vitium, quū in ipsum ilico grauius crimen possit retorqueri.

Belle retortum.

24 Quidam vt Cleomeni cāntorem quendā commendaret, quū alijs multis nominibus prædicabat hominem, tum illud in primis affirmabat, eū esse cantorem inter Græcos præstantissimū. At Cleomenes ostenso quodam ex his qui aderant, at per deos hic, inquit, apud me iuris condiendi artifex. Contempsit artem ad solam delectationem vtilem.

Habetur an tra. fol. 27. apo. 42.

Ars iutilis.

25 Mæander Samiorum tyrannus ob incursionē Persarum profugerat Spartam, ostenditq; quantum pecuniarum vim secū apportasset, & quātum Cleomeni vellet largiri. At Cleomenes ipse quidem nihil accepit, sed veritus ne quid alijs ciuibus donaret, adiit Ephoros, dixitq; satius esse si hospitem suū Samium è Peloponeso submouerent, ne cui Spartano persuadeat vt fiat malus. Ephori vero Cleomenis consilio parentes, eodem statim die promulgarunt edictum vt Mæander Peloponeso decederet. Quantus in hoc homine diuitiarum contemptus, à quibus nō secus atque à præsentissimo veneno timuit ciuibus suis, quū pleriq; nō aliter existimēt beatas ciuitates quàm si quàm maxime abundant opibus.

Integre.

Quodam interrogāte, quur Argiuos cum Lace- 26
dæmonijs bellū gerētes, quum sēpenumero vi-
cissent, non deleuerint. Ne optauerimus quidem,
inquit, illos deletos, vt habeamus qui iuuenes no-
stros exerceant. Perspexerat egregius dux cor-
rumpi iuuentutem si permittatur otio, luxus ac
malorum omnium magistro.

Percōtanti cuidam, quā ob causam Spartiatæ 27
non dicatēt dijs spolia ab hostib⁹ detracta, quo-
niam, inquit, à timidis venerūt. Porro quæ parta
sunt ab his qui ob timiditatē capti sunt, nec des-
cet intueri iuuenes, nec dijs cōsecrata reponi. Sen-
sit in bello aut vincendū aut fortiter occumben-
dum, adeoq; rem ignominiosam iudicabat metū
mortis, vt alienæ quoq; timiditatis monumenta
putaret ab iuuenum oculis submouenda. Fortiter.

Cleomenes quū amicus quidam hospiti in phi- 28
dicijs nihil apposuisse nisi vinum nigrū, & panē
igni duratum, succensuit homini dicens erga pe-
reginos nō oportere nimīū λακωνί ζεπ. Seueris-
tas est si quis à seipso exigat victum duriorē, at
inhumanitatis est, hospitē eodem compellere.

CLEOMENES ALTER.

Cleomenes Cleombroti filius, cū quispiā illi do- 29
naret gallos gallinaceos pugnaces, ac munus suū
omans verbis, diceret illos ob victoriā pugnādo
interire, da igitur, inquit, mihi aliquot ex ijs qui
hos occidunt. Nam illi his sunt præstātiores. Vir
militaris ad bellum torsit omnia. Quisquis lau-
dat victum, illustrat victoris gloriam. Lepide

LABOTVS.

Labotus cuidam apud ipsum prolixiore vten- 30
ti sermone. Quid mihi, inquit, de re pusilla, lon-

ga texis proemia! Quāta res est, tantā oportet
& orationem esse qua vteris. Est hoc omnibus
Spartanis peculiare, offendi sermone, q̄ causa po-
stulat, longiore, adeo nusquam nō placebat fru-
galitas. Nam ad causam nō magnā adhibere sus-
peruacua verborum copiam, luxuriæ genus est.

LEONTYCHIDAS PRIMVS.

31 Leontychidas huius nominis primus, cuidam
objiciēti quōd facile mutaretur, mutor inquit, sed
pro temporū ratione, nō vt vos, proprio morbo.
Prudētis est pro re nata nouare consilia. At sine
causa subinde aliū fieri inconstantia vitium est.

Nō habetur
in Græco.

Prudenter.

32 Idem rogatus à quodam quo pacto quis bona
quæ adsunt tueri valeret, Si nō omnia, inquit, for-
tunę crediderit. In animi bona nullum ius habet
fortuna. Tū externa bona reddemus nobis stabi-
liora, si quædā seposuerimus, nec fortunæ volubi-
li commiserimus. At sunt principes qui proferē-
dæ ditionis studio, semet in periculū conijciunt,
ne hoc ipsum quod habent imperium amittāt:
multi item diuites augendæ rei studio quicquid
habent totum committunt nauibus.

Habetur an-
te fo. 13. a.
po. 65

33 Interrogatus quid potissimū oporteret pueros
ingenuos discere, quæ illis, inquit, vbi ad virilem
ætatem peruenerint vsui sint futura.

Sobrietas.

34 Percōtanti cuidam quāobrem Spartiatæ par-
cissime biberent, ne, inquit, pro nobis alij, sed nos
potius pro alijs consulēmus. Salsissime notans
vinosos non esse ad consultandum idoneos, sed
salubrium consiliorum parens est sobrietas.

36 Leontychidas vn⁹ ē seniorū numero, quos fe-
runt Lacedæmonijs fuisse viginti octo, cum Cor-
inthi cœnaret apud hospitem, rogauit num illis

ligna quadrata nascerentur illo negate. Quid igitur, inquit, si quadrata nascerentur, faceretis rotundas? Ita Plutarchus in vita Lycurgi. Quanquã hoc alibi refertur alterius nomine.

LEONTYCHIDAS ALTER.

Leontychidas Aristone natus, cuidam ipsi di- 36
centi, quod Demarati amici male de eo loqueretur. Per deos, inquit, nihil miror, quandoquidem nullus illorum de quoquã bene loqui posset. Do- *Maledicentia*
cuit contemnendam esse maledicentiam quã nō *tia.*
à iudicio, sed ab animi morbo proficiscitur. Qui vero passim maledicunt omnibus, eos palam est id naturæ vitio facere, nō ex eorum merito quibus obtreçant.

Cum portæ illi proximæ, clauem draco circū- 37
uolutus esset cōplexus, idq; augures affirmarent esse portentū: Mihi, inquit, nequaquã videtur, sed si clavis fuisset circumplexa draconē portētum erat. Lepide irrisit hominū superstitionem, qui *Lepide*
terrentur his quæ casu, nec præter naturā accidunt. Hunc mortalis ingenij morbū alunt augures, arioli, aruspices, ac diuini. Verū ubi quis præter rectum & honestū instituit nefaria consilia, tum oportebat horrere portentū, & aliquid magni mali sequuturum expectare.

Philippus quidam erat proficens Orphei my- 38
steria, & his alios initiare solitus. Is quū esset extremæ paupertatis, tamen apud Leontychidam diceret, eos qui apud ipsum Orphei sacris initiati *Superstitio*
essent, post obitū fore beatos: Quin igitur, in- *nulla.*
quit, o demens, quã ocysissime vitam abrumpis, ut desinas infelicitatem tuam ac inopiam deplorare? O animum ab omni superstitione liberū. Post

LEONTIS

hanc vitam felices erunt, qui hic pie iusteq; vixerint, nō qui fictis ceremonijs fuerit initiatus. Hoc persuasum erat Lacedæmonijs, qui hic pie vixissent, eos ab obitu fieri diuos.

LEON.

- 39 **Leon** Eurycratidis filius interrogatus, in qua tandem vrbe aliquis possit tuto vitā agere. In ea **Aequalitas** inquit, quā qui incolūt, neq; plus possident, neq; minus, & vbi iustitia viget, iniustitia ibecillis est. Grauius admonuit æqualitatē esse pacis & tranquillitatis altricem, inæqualitatem seditionis esse seminariū, nec ibi locū esse iustitiæ, vbi vt quisq; potētior est, ita licentius opprimit imbecilliorē.
- 40 Idem quū videret in Olympijs cursores solicitos de emissionē, vt aliquid lucri haberent ad occupandam victoriā. Quanto maior est, inquit, cura cursorib⁹ de celeritate quā de iustitia? Vir integræ mentis etiam in ludis volebat haberi rationē iustitiæ, nec tantū agendū, vt prior quis ad metam pertingeret, sed vt iuste vinceret.
- 41 Cuidam de rebus haudquaquam inutilib⁹ in tempestiue loquēti. O hospes, inquit, re opportuna nō opportune vteris. Nihil oratione melius si parce promas linguæ thesaurum.

LEONIDAS.

- 42 **Leonidas** Anaxādridē filius, frater Cleomenis, cuidā ad ipsum ita loquēti, excepto regno, nulla re nobis præstas. At, inquit, ni vobis fuisset melior, nō essem rex. Moderatissimo dicto & refellit conuitiū, & suam dignitatē sibi defendit. Et enim vbi reges non nascūtur, sed ciuiū suffragijs eligūtur, hoc ipso publicis calculis princeps iudicatus est cæteris melior, q̄ ad regnū ascitus est.

Cum ad Thermopylas proficisceretur, cū Per- 43
 sis conflictaturus, vxori Gorgoni rogāti, si quid
 ipsi mandaret. Vt bonis, inquit, nubas, bonosque *Granter.*
 liberos parias. Hæc vox testabatur illum animo
 præfagisse interitum, nec hac præfensione deter-
 ritus est ab expeditione, pulcherrimum esse du-
 cens pro patria pugnantem occumbere.

Ephoris dicentibus quòd ad Thermopylas pro- 44
 ficiscens paucos secū educeret. ad hoc, inquit, ne- *Argu*
 gotiū ad quod proficiscimur? Indicās satis mul-
 tos educi ad moriendum in bello.

Rursus quū Ephori percontarētur, si quid præ- 45
 terea rei facere statuisset, nihil aliud, inquit, quàm
 verbo tenus impediturus barbarorum transitū, *Mors cons*
 sed re vera pro Græcis moriturus. Egregiū im- *tempta*
 perterriti pectoris documentum, in causā hone-
 sta piāq; nec certam mortem horrescere.

Vbi peruenerat Thermopylas, sic commilito- 46
 nes affatus est, Aiunt barbari in propinquo esse,
 nos autem tempus terimus. Nūc enim perueni-
 mus ad barbaros, quos aut vincamus oportet,
 aut victi moriamur.

Quodam ita dicente, præ iaculis barbarorum 47
 nec solem videre licebit, An nō, inquit, lepidum
 fuerit, si cum illis sub vmbra pugnaturi sumus?
 Quid hoc animo fortius? Ad mortē eūti etiā io- *Lepide.*
 cari libuit. Sed ludens interim metū exemit suo-
 rum animis. Hoc apophthegma refert M. Tul.
 Tuscu. quæst. lib. i. velut de ignoto. E quibus, in-
 quit, vnus quū Perses hostis in colloquio dixisset
 glorians, solem præ iaculorū multitudine, & sa-
 gittarum vmbra non videbitis, in vmbra igitur,
 inquit, pugnabimus.

- 48 Cum alius quidam militum de hostibus dixisset. Sunt prope nos, & nos, inquit, prope illos: significans ob id non minus imminere discriminis hosti quam ipsis.
- 49 Cuidam dicenti, Siccine cum paucis aduersus multos belli fortunam experturus huc venisti? Leonidas, Si putatis, inquit, me multitudine fretum huc venisse, ne Græcia quidē omnis satis sit. Siquidē ea ad barbarorū multitudinē collata exigua portio est. Sin virtute, & hic numerus suffecerit. In bello iudicauit plus habere momenti quam les ducas milites, quam quā multos.
- 50 Alteri cuidam dicenti quod cum paucis aduersus multos conficturus iret. Imo multos, inquit, duco ut morituros, Hoc conuenit cum eo quod ante respondit Ephoris.
- 51 Xerxes Leonidæ scripserat. Si desinas *θεσμοχῆρ*, id est, cū dijs bellare, sed meis te copijs adiunxeris, potes Græciæ fieri monarcha. Huic ita respondit, Si nouisses quæ sint in vita honesta, abstinuisses à concupiscendis alienis. Mihi vero potius est pro Græcia mori, quā in populares meos gerere monarchiā. Quid tam impiū est, quod mortalū vulgus nō admittat amplī principatus gratias? At hic prius duxit honestam mortem pro amicis liberandis oppetere, quam monarcha factus eos seruitute premere, à quibus venerat depulsurus seruitutem barbarorum.
- 52 Rursus quū Xerxes scripisset, mitte arma, rescripsit veni & cape. Maluit armis mori, quā traditis armis turpiter de vita cum hoste pacisci.
- 53 Cæterū ubi iam adornaret cum hoste cōfligere, belli duces admonuerunt expectaret reliquos

Animose

Fortiter

Iuste.

Animose

focios. Nō adfunt, inquit, qui pugnaturi funt? An nescitis eos solos cū hostibus pugnare, qui reges verentur ac metuūt? Nō putauit eos expectādos, qui ad præscriptum ab imperatore tempus non adessent. Reliquos etiam si adfint non pugnare.

Milites sic adhortatus est, Ita prandete cōmilitones mei tanquā apud inferos cœnaturi. Hæc vox ignauis ademisset animum, at viris fortibus addidit, admonens ne cibo vinōq; graues uerent ad prælium, aut certe pro patria fortiter occumberent.

Idem percontanti quam ob causam fortes uiri gloriosam mortem ingloriæ uitæ anteponant.

Quoniam inquit alterum naturæ propriū, alterū peculiariter suum esse ducunt. Nam naturæ beneficio uiuunt & ignauissimi, at honeste mori nō contingit nisi uirtute præditis.

Cum cuperet iuuenes cœlibes, quo forent incolumes, abesse à belli periculo, scriretque illos id minime laturos, singulis illorum tradidit scy-
56

tas, id est epistolarum Laconicarum genus, cūque his misit illos ad Ephoros. Cū uero tres etiā ex his qui grādiotes iam duxerant uxores optaret saluos, ac simili prætextu ablegare conaretur in patriam, intellecto dolo non sustinuerunt accipere scythalas. Quorū vnus ita se excusauit, nō præco, sed pugnator te sequutus sum. Alter uero hic, inquit, manens ero melior. Tertius porro, non postremus, inquit, horum, sed primus inibo pugnā. Vtrū hic potius admirari cōuenit, ducis ne animū, qui de se nihil sollicitus, eorū incolumitati prospexit, quos adhuc uiuere referebat patriæ, an in ætate florenti tantū uitæ contēptum?

f. j.

LOCHADVS.

- 57 Lochadus Polyænidae filius, Sironis pater, nū-
tiant quòd è filijs ipsius alter interisset. Olīm scie-
bam, inquit, illi moriendum esse. Nihil illi visum
est nouę rei, si mortalis natus moreretur. nec ma-
gni referre paulo serius an citius vita decederet,
cui omnino breui foret decedendum.

Fortiter.

LYCVRGVS.

- 58 Lycurgus is qui Lacedæmonijs leges condidit
quum conaretur ciues suos à moribus præsentibus
ad temperantiorē viuēdi rationem tradu-
cere, eosq; virtutis & honesti studiosos reddere,
nam erant corrupti delitijs, duos educauit catu-
los, eodē patre eadēmq; matre progenitos, quo-
rum alterū passus est domi lautioribus vesci-
bis, alterum eductū venatib⁹ exercuit. Dein quū
ambos produxisset in forum apud multitudinē,
posuit illis spinas, simul & escas aliquas delicia-
tiores: mox emisit leporem. Quum vterq; rape-
retur ad assueta, alter ad escas, alter lepore inua-
deret. An non videtis, inquit, ciues duos catulos,
quum eiusdem sint generis tamen ob diuersam
educationem admodū dissimiles inter sese euas-
sisse, plūsq; ad honestatē momenti habere ex-
ercitationem q̄ naturam? Sunt qui dicant ab illo
productos catulos, non quidem ex iisdem parē-
tibus natos, sed quorū alter esset ex ignobili ca-
num genere, qui aluntur ad ædium custodiam,
alter ex his qui alūtur ad venādum. Deinde qui
erat ex ignobiliore genere exercuit ad venatum,
alterum qui erat ex præstatiore genere tantum
delitijs exercuit. Dein quum vterque ferretur ad
ea quib⁹ assueuerat, atque hoc pacto palam om̄s

Educatio.

nibus fecisset Lycurgus, quantum institutio valeret, tum ad meliora, tum ad deteriora, dixit: Proinde ne nobis quidem o ciues nobilitas quam miratur hominum vulgus, ductumque ab Hercule genus profuerit, nisi ea gesserimus per quae ille mortalium omnium clarissimus ac generosissimus extitit, ac per omnem vitam quae honesta sunt & discamus, & exerceamus. Reperit vir ingeniosus viam, qua multitudini philosophicis rationibus non satis idoneae, virtutis imaginem ob oculos poneret: magis enim mouent ac penetrant in animos quae cernuntur, quam quae audiuntur. Quod autem ille fecit in ciuitate, hoc cuique patrifamilias in sua domo, cuique moderatori in suo grege faciendum est. Res quidem efficax est natura, sed potentior est institutio, quae malam naturam corrigit & vertit in bonam. Quales nascantur liberi nulli in manu est, at ut recta institutione euadant boni, nostrae potestatis est.

Quonia intelligebat aequalitatem & ad frugalitatem & ad concordiam in primis conducere, fecerat nouam agrorum partitionem, & in singulos ciues aequam portionem distribuerat. Fertur itaque quum de in ex peregrinatione rediens iter faceret per agrum recens demessum, conspiceretque manipulorum acervos ordine positos & aequales, delectatus eo spectaculo cum risu dixisse comitibus: Ut tota Lacedaemon videtur multorum esse fratrum, qui nuper inter se diuiserint hereditatem. Bono principi nihil iucundius est ciuium concordia, rursus tyranno nihil formidabilius.

Idem cum inductis nouis tabulis debitores a
ris alieni liberasset, iam & ea quae quisque priua-
f.ij, 60

Moderate.] Hunc Alcandru[m] quum noxæ deditu[m] publico decreto accepisset puniendu[m], nec v[er]o affectit incõmodo, nec inculcauit: sed quu[m] illu[m] sui instituti socium haberet, effecit vt & ipsum Lycurgum, & vitæ ratione[m] qua[m] cu[m] eo egerat predicaret: nec v[er]o cõtu[m] modo, sed uniuersam ciu[m] educatione[m] amaret, qua[m] Lycurgus induxerat. Porro malis quod acciderat monumentu[m] locauit dicatu[m] in templo Mineruæ, cui ab æreo delubro nomen Chalciæ: co, deæq[ue] cognomentu[m] addidit vt Optiletis diceretur: nam Dore Lacedæmonē incolentes, oculos optilos vocant, ab opto quod Græcis sonat video. Et hic habemus geminum exemplū: alterum admonens non absq[ue] discrimine mores ciuitatis corruptæ vitijs, ad meliorem frugem reuocari: alterum insignis tolerantiæ, quæ ex hoste capitali reddidit amicum ac propugnatorē: quem etiam si necasset, vt ipsi licuit, nihilo tamen minus ipse fuisset luscus, & vno legum suarum defensore minus habuisset.

64 Prudenter.] Percontanti qua[m] ob causam nõ vteretur legibus scriptis, quoniam, inquit, eruditi qui sunt, recteq[ue] educati, probant quid pro ratione tēporis expediat, significans scripturā nõ mutari, quum pro varietate occasionum vir probus & sapiens sæpenumero cogatur mutare consiliū. Ea res nominatim præscribi non potest. Satis est ciues honeste fuisse institutos. Hi sua spõte videbūt quid pro tempore factõ sit opus.

65 Frugaliter.] Rursum alijs percontantibus qua[m] ob rem statuisset, vt ad ædium culmē imponendu[m] fabri securi vterentur, ad fores vero addēdas sola ferra, nec v[er]o alio instrumento. Vt, inquit, ciues medio

critatem feruent in omnibus quæ in ædes inferunt, neque quicquam habeant earum rerum, quæ apud alios sunt admirationi. Videbatur enim indeconum, si per ostium rude ac vile supellex inferretur exotica, precio chara, arte operosa. Id ne fieret, ipsæ quodammodo fores admonebant. Hinc aiunt accidisse, quod Leotyichidas primus apud Lacones rex, quum cœnaret apud quendam, cerneretque tectum domus sumptuoso apparatu factum, ac lacunaribus ornatum, rogabat hospitem, num ligna apud eos quadrata nalcerentur: adeo luxum esse putabat, naturam artificio corrumpere.

Habetur ante. fol. 7
apo. 28.

Rogatus aliquando Lycurgus quam ob rem ve-
tuisset frequenter aduersus eosdem expeditiones
agere, ne, inquit, dum crebro sese defendunt: bellandi peritiam usu colligant. Vnde & Agefilus gra-
uiter accusatus est, quod crebris in Bœotiam expeditionibus ac bellis, Thebanos Lacedæmoniorum hostes ad repugnandum induxisset. Nam cum Antalcidas vidisset illum faucium, reprobrauit quod Thebanos preliandi artem docuisset, quum ante
nec scirent bellare, nec vellent, Præclarâ, inquit, doctrinæ tuæ mercedem habes, qui Thebanos nec animatos ad bellandum, nec exercitatos, vel inuitos consuefeceris docuerisque bellum gerere. Hoc stratagema latius etiam patet, videlicet ne sæpius cum iisdem litigemus aut contendamus, ne tandem assueti vel contemnant nos, vel superent.

Habetur ante. fol. 14.
apo. 69.

Alio quopiam percontante, quam ob rem vir-
ginum corpora cursibus, luctis, discorum ac telorum iactibus fatigaret, ut, inquit, fortium profeminatio ab ipsa statim radice validum in validis corporibus initium sumens, recte germinet. Simul vt
suij.

67

ipse in perferendis partibus, facile simul & generose certent aduersus pariendi nixus dolorisque, postremo si qua incidat necessitas, possint & pro se, & pro liberis, & pro patria pugnare. Intellexit vir prudens quanta rerum publicarum pestis sit otium atque ignavia. Contra moderatos labores etiam corpora reddere tum firmiora, tum salubriora. vnde nec virginibus permisit in otio viuere, sed has quoque masculinis exercitijs quodammodo vertit in masculos, quum in plerisque ciuitatibus per delicias ac luxum masculi transformarentur in foeminas.

- 68 Ceterum quum essent qui vitio darent, quod virgines in pompis ac ludis sollempnibus nudas exhiberet oculis omnium, causamque cur id instituisset requirerent. Vt isdem, inquit, cum masculis rationibus instituta, nihilo sint illis inferiores vel robore, vel salubritate corporum, vel animorum virtute ac generositate studioque vere laudis, vulgare autem gloriam contemnunt. Vnde tale quiddam fertur de Gorgone Leonidae vxore. Cum quaedam ut probabile est, extera mulier illi dixisset, Solae Laconiae viris imperatis, respondit: Nimirum solae viros parimus. Hoc exemplum nec in masculis, nec in puellis imitandum censuerim: haecenus tamen conducit, ut stupidum pudorem qui frequenter obstat honestis actionibus ab etate tenera excutiamus, statimque discant nihil esse vere pudendum praeter turpitudinem. Innumeras vero reperias quae nudaetae vehementer erubescant, si quid praeter honestum dixerint fecerintve non mutant colorem. Sunt item innumerae, quibus amictus villor cultusque simplicior genas rubore tingat, contra gloriosum esse ducant si splendido vestitu prodeant in

Formisq
masculis.

Additū ex
alio loco p
Rudiosum
quendam

Pa' ter p' e
posterus.

publicum, negligentes earum rerum, quæ verū
probrum veramque laudem adferunt.

Ciues qui à nuptijs abhorrent, cœlibésq; vi⁶⁹
uere mallēt, à spectaculis quibus nudi pueri in-
cedebāt arcebat Lycurgus, aliásq; addebat igno-
minias, hac arte prouidēs diligēter, vt ciues creā-
dis liberis opcram darēt. Quum enim mos esset
apud Lacedæmonios, vt iuniores senioribus mul-
tum honorem cultúmque præstarent, hoc honoris
ademit ijs qui coniugibus ductis nollent augere
ciuiū numerum. Vnde nec illud in Dercyllidā di-
ctum reprehendit quisquam, quum tamen belli
dux esset probatissimus. Cum enim aduenienti
iuuenis quidam nō assurgeret, atq; ille diceret, nō
mihi assurgens cessisti: nec tu, inquit, mihi cessu-
rum genuisti. Tā procax iuuenis dictū in senio-
rem, eūmq; bellica laude celebrem nunquā tulis-
set populus Spartanus, nisi pro pessimis ciuibus
habuisset eos, qui sponte steriles esse statuissent,
nec agnoscerent, quid patriæ deberent. Nam rem
propius intuentibus non ita magnum discrimen
est, inter eum qui ciuem occidit, & qui ciuem rei-
publi. dare, quum possit recusat.

Cœlibatus
damnatus.

Cuidam percontanti quam ob causam lege ca⁷⁰
uisset, vt sine dote virgines elocarētur, Vt, inquit
neq; propter inopiam vllæ relinquerentur innu-
ptæ, neq; ob diuitias expeterentur, sed vt iuuenū
quisque ad puellæ mores respiciens, ex virtute fa-
ceret electionem. Eadem de causa fucos & orna-
menta quibus aliæ formam vel fingere vel com-
mendare solent, ex vrbe submouit. Vt vbiq; vit
egregius studuit æqualitati.

Vxor elige-
da.

Idem quum certū tempus præscripsisset quo ⁷¹

puellæ nubere, iuuenes ducere deberent, interrogatus quid statuendū putarēt, vt, inquit, soboles ex adultis perfectæq; ætatis parētibus nata, valida sit & vegeta. Ex coitu præpropere nō solum leduntur corpora gignentium, verū etiam proles nascitur imbecilla. Tum qui ante tēpus dant operam liberis, carēt apud illos autoritate quam ætas conciliat: rursus qui vergente iam ætate, nec fruuntur liberis suis, nec eos possunt ad perfectā institutionem perducere, morte senioq; præuētī.

27 Altero quodam admirante, quā ob rem vetuisset sponsū cum sponsa simul dormire, sed statuisset, vt vterq; cum suis æqualibus maximam diei partem versaretur, cūmq; his totas noctes quiesceret: cum sponsa vero furtim ac verecunde congrederetur: primum, inquit, vt corporibus essent validi, si nō vterētur congressū ad satietatē, Dein vt illis amor mutuus semper maneret recēs ac vigēs, deniq; vt fœtus æderēt robustiores. Hoc hoc demū est patriæ patrē agere, nusquam nō aduigilare ad reipū. vtilitatē ciuūmq; tū animis, tū corporibus vndiquaq; cōsulere. At multi sunt qui sibi legitimi magistrat⁹ vidētur, si q̄ plurimū tributorū ac vectigaliū ē ciuibus extorqueant, & interdum puniant immania scelera, quū alioqui scelerum iritamenta præbeant suis.

Coitus mortuatus.

73 Quin & vnguēta eicit ē repub. tanq̄ olei corruptelam ac perniciē. Nam oleū odoribus vitiatū nullum habet vsum, nec ad esum, nec ad mēbrorum vnctionem: atq; dum rem necessariā ad delicias corrumpunt, fit vt minor sit copia.

Deliciae.

74 Submouit & tingendi artificium, veluti sensus adulationem. Etenim dum color blanditur ocu-

lis, natura rei corrumpitur. In summa, cunctis or- Vnguentis
 nadorum lenocinio corporū artificibus Spartana
 vrbe interdixit, vt qui malis artibus bonas arteis
 corrūperēt: propterea quod huiusmodi delicijs ci-
 ues à salubrib⁹ ac serijs exercitamentis auocarent.

Tanta porrò erat illis tēporibus vxorū pudici- 75
 tia, tantumq; aberant ab ea facilitate quæ post Additum.
 inuasit, vt prius esset incredibile adulterij crimen Adulteriū.
 apud Spartanas inueniri: Ferturq; dictū cuiusdā
 vetustissimi Spartani Geradæ, qui rogatus ab ho-
 spite quodam, quid pœnarum darent apud Spar-
 tanos adulteri, neq; enim videre se, quicquā super
 hac re sancitum à Lycurgo, Nullus, inquit, ò ami-
 ce apud nos adulter est, Cū ille subiecisset, Quid
 igitur si existat: Dabit, inquit, bouem tantum vt
 porrecto vltra Taygetum montem collo, bibat
 ex Eurota: cūmq; ille ridens dixisset, fieri non po-
 test, vt tātus bos inueniatur, Et quo pacto, inquit
 Geradas, Spartæ existat adulter, in qua diuitiæ,
 deliciæ, & corporis asciticus cultus probro ha-
 bentur: contra verecundia, modestia, ac obedi-
 tiæ magistratibus debitæ obseruatio, decori lau-
 diq; dantur: Prudēter intellexit Geradas ibi non
 posse nasci vitia, vbi nō admittūtur vitiorū sem-
 naria, eaq; vbiq; iacere, quibus p̄ honore tribuit̄
 ignominia. Atq; hæc est clemētissima ratio medē
 di prauis moribus, excitandiq; virtutis studium.

Cuidā postulanti vt in ciuitate pro aristocratia, 76
 id est, optimatū gubernatione cōstitueret demo- Argute.
 cratiam, hoc est popularē gubernationē, Tu fac,
 inquit, prius domi tuæ democratiā instituas. Cō-
 pendio docuit eam reipub. speciem non esse vti-
 lem ciuitati, quā nemo vellet esse in sua familia.

Ciuitas autem nihil aliud est q̄ magna domus.

Sacrificia
frugalita.

77 Percontanti cur instituisset vt minutis ac vilitatibus rebus sacrificaretur, ne vnquā, inquit Lycurgus, deficiat nos quo numē honoremus. Quis nō diceret in solēni deorū cultu magnificentiam ac splendorē adhibēdum? At vir prudēs intellexit, numen magis delectari frugalitate, q̄ opimis victimis, ne sub religionis obtentu luxus irreperet, aut certe rerū penuria. Deus enim non eget nostris impendijs, amat autē homines, quorū necessitati poterat illis impendijs succurri.

Exercitatio

78 E certaminibus ea sola cōcesserat exercere, in quibus manus non extenderetur in altum, Eius constitutionis causam percōtanti, ne quis, inquit, illorum laborando consuecat defatigari. Siquidē exercitia ad confirmandum corporis robur adhibentur, non ad exhauriēdas vires. Qui vero subinde delassantur in exercitamentis, quoniam imbecilliores veniunt ad labores necessarios, facilius deficiunt.

Stratagema

79 Cuidam percontanti quam ob rem crebro mutari castra iuberet, Vt magis, inquit, lædamus hostem. Lacedæmonij quoniam erant expediti, non magno negotio transferebāt exercitū: verum idē facere non perinde cōmodum erat hostibus, magnam sarcinarum & impedimentorū vim secū trahentibus, præsertim qui castra ferē fossis, aggeribus ac vallibus solent communitare.

Stratagema

80 Roganti qua de causa vetuisset oppugnari turres, ne, inquit, a foemina, puero, aut ab alio quoquam homine puero ac foeminae non dissimili, viri præstantiores occidantur. Non probauit prælij genus in quo virtuti locus non esset. E turribus

veto puer aut mulier deiectū saxorum potest virum quantumuis fortem interimere. Quis igitur locus virtuti in bellis nostris, in quibus præcipuas partes agunt bombardæ?

Cum Thebani consulerent Lycurgum de sacrificio luctūque quem illi Leucotheæ solent facere, Si, inquit, deam esse creditis, ne lugeatis: sin hominem, ne vt deæ rem diuinam faciatis. Mire taxauit Thebanorum ritus secū pugnantes. Nō enim conuenit simul lugere & sacrificare, hoc est ab ea petere opem, quæ ipsa sit in calamitate, ac lugenda.

Ciuius quibusdam interrogātibus, quomodo liceret hostiū insultū effugere, Si, inquit, pauperes fueritis, nec alius alio plus requirar. Ad opulētos & onustos prædæ spes inuitat hostem, nec facile potest elabi, qui sarcinis & impedimentis retardatur. Ad hæc tutiores sunt ab hostiū incurſu, inter quos est æqualitas, & ex æqualitate cōcordia.

Iisdem percontantibus cur prohibuisset urbē cingi muris, quoniam, inquit, nō caret mœnibus ciuitas, quæ non lateribus, sed viris cinctā est. Indicauit id genus munimenta magis arguere ciuium ignauiam quā fortitudinem.

Spartanis studio est alere comam, & super ea quoq; re narrat Lycurgū reddidisse rationē, Quoniam, inquit, coma, formosis addit decorem, deformes vero reddit hostib⁹ terribiliores. Vt enim decet coma speciosos, ita minus felici specie præditis horrorem ac ferinum quiddam conciliat. Capillitiū naturalis est ornatu, minimoque cōstans; hoc genus nō damnauit Lycurgus, vt quod nec opertosis artibus constaret, nec pro frugalitate lu-

81

Argute.

82

Paupertas
expedita.

83

Fortiter.

84

Coma.

xum induceret. Adscititiū cultū magnōq; paranda lenocinia non probauit. Quo magis detestanda est quorundam præpostera cura, qui corporis eas partes vellunt radūntque, quibus natura pilos dedit, non tantum ad decorem, aut verecundiam, verum etiam ad tuendam valetudinem. Contra illic eliciunt sylvam artificio, vbi natura voluit esse glabriciem.

85 Moderatio
victoriæ.
Præcipere solet, vt posteaquā in bello hostē vertissent in fugam, ac superassent, tam diu fugientes insequerentur, donec certa esset victoria, mōxque retrocederent. Neq; enim Græcorum conuenite moribus, eos trucidare qui cessissent: idq; nō solum honestius, verum etiam vtilius esse dicebat. Siquidem hostes, quibus cum res est, vbi cognorint Lacedæmonios parcere cedētibus, occidere vero qui loco non cedunt, sibi cōducibilius existimabunt fugere q̄ persistere. Frequenter enim desperatio magnū robur addit animo, non minus quā spes victoriæ. Decet autem Græcos legibus ac disciplinis imbutos etiam in bellis meminisse clementiæ. Barbaricæ feritatis est sæuire in prostratos. Sed rursus ita temperanda est clementia ne nobis sit exitio. Fit enim non raro, vt hostis fugam simulet, aut redintegratis viribus acrior insurgat in victorem.

86 Stratagemma.
Percontanti quam ob rem hostium caesorū cadauera spoliare vetuisset, ne, inquit, dum spolijs incumbunt pugnam negligant, sed paupertatem vnā cum ordine seruent. Vt vir ille sapiens vbiq; ciuibus suis metuit à diuitijs tanquam à fonte plurimorum malorum, quū apud hominum vulgus nihil expetatu ravidius, quasi in his sint præ-

cipua felicitatis humanæ præsidia.

LYSANDER.

Lysander preciosas vestes quas Dionysius ad filias ipsius miserat, non accepit, dicens: Vereor ne his amictæ turpes videantur.

Idem quum aliquanto post idē Dionysius ipsi misisset stolas duas, iubens vt vtram elegisset eā mitteret filia, ipsa, inquit, rectius eliget, itaque accepit ambas & abiit. In hoc exemplo nihil est imitandum, nec viro Lacedæmonio dignum, nec aliud ab hoc duce expectandum ferē præter malitiosam ingenij vafriem.

Is quum egregius simulandi artifex euassisset, ac pleraq; quæ crudeliter & auare gerebat, callidis fucis ornaret, iustum non alia re quàm vtilitate, & honestum commodo metiēs, fatebatur quidem veritatem mendacio præstātiorem esse, sed vtriusq; dignitatem ac præcium vtilitate æstimādā. Inuertit vir improbus philosophorū dogma, qui quod honestum est, idem volunt vtile esse: hic quicquid esset vtile, idem ducebat honestum.

Ad eos vero, qui ipsi probro dabant quod pleraq; dolo ac fraude gereret, nō palām virtute cōficeret, hac parte Hercule generis autore indign^o, ridens dixit: vbi quod vellet non assequeretur leonis exuium, ibi vulpinum applicādum esse, sentiens quod honestis rationibus non posset effici, id fraude doli: scq; perficiendum.

Rursus alijs illi vitio vertētibus, quod foedera quæ cum iureiurando fecisset in Mileto violasset, ait pueros talis esse fallendos, viros iureiurando, quasi hoc ipsum esset viro dignum, periurio fallere.

87

Hoc site habetur, nec est in Graeco-folio. 25. apothegmate. 46.

88

Vafre.

89

Vtilitas virtute potior

90

Vafre.

91

Perfidiose.

- 92 Cum Athenienses non virtute, sed insidijs viciisset iuxta flumen cui nomen Ægis, eisq; fame pressis urbem in fidem suam accepisset, scripsit Ephoris, Captæ sunt Athenæ, perinde quasi vi re gessisset, gloriam aucupans mendacio.
- Gloriose.
- 93 Cum Argiui de ditionis finibus ambigerent, cum Lacedæmonijs, asseuerarētq; se iustiorē habere causam, Lyfander stricto ense, qui hoc, inquit, superior est, is optime de finibus disputat, Ab æquo & bono vir insolens ad vim puocauit.
- Violente.
- 94 Ad Bœotos ancipites, nec huic, nec illi parti addictos, quum per illorum confinia faceret iter, legatos misit, qui percontarentur, vtrum rectis an inflexis hastis per illorum agros proficisci deberet, significans siue amici essent Bœotij, siue inimici, nihilo minus se cœpto itinere perrecturum, nisi quod per hostiū agros iturus esset erectis hastis, ad propulsandum si quis obsisteret, per amicorū inuersis, veluti nemini nociturus. Hoc dictū nōnihil respicit indolis Laconicæ, qui nec inimicis supplex esse vellet, nec amicis grauis.
- Animose.
- 95 Megarensi cuidam in publico conuentu liberius aduersus ipsum loquenti. Tua verba, inquit, amice opus habent ciuitate, significans in ciuili confessu cuiq; liberum esse quæ videntur dicere, in bello non esse eandem libertatem.
- Libertas in dicendo.
- 96 Cum ad Corinthiorum qui defecerant muros peruenisset, videns Lacedæmonios contantes agredi, ac forte accidisset, vt lepus conspiceretur excitatus transilire fossam, nō pudet, inqt, o Spartani huiusmodi formidare hostes, quorum incenibus ob ipsorum ignauiam lepores indormiunt? Casum fortuitum solertia ducis torsit ad animū
- Habetur ante simile folio. 25. apo. 44. Soletter.

addendum militibus.

Eidem in Samothrace oraculum cōsulēti sacerdos iussit, vt quod in vita maxime sceleratū commisisset, diceret, Ille sacerdotem rogauit, vtrū hoc tuo an deorum iussu facere oportet? quum sacerdos respondisset, Deorum iussu, Tu igitur hinc discede, ac dijs dicam si percontentur. Hic cuiq; liberum est, vtrum malit laudare animū ab omni superstitione liberum, an prudentiam, qui senserit sacrifici fucum, hoc agentis, vt ex conscientia criminis haberet illum obnoxium. Mos erat Lacedæmonijs nihil aggredi nouæ rei, nisi cōsultis oraculis. At Lyfander quū nulla religione teneretur, nihilofecius hinc quoq; solitū est suis vitijs honesti speciē petere, tamen si parū successit.

Interroganti Persæ, quam rēpublicam maxime probaret, eam, inquit, in qua fortibus viris ac meticulosis, congrua vtriusque redduntur. Sensit virtutē inuitari præmijs, ignauos excitari ignominia. Nimirū hoc est quod apud Homerū stomachatur Achilles, idem honoris haberi ignauis ac fortibus. Ea sententia non solum habet locum in republica, verū etiam in priuatis familijs. Sūt enim hæc duo præcipua ad conseruandam cuiuslibet gregis disciplinam. Honor enim nō solum alit artes, vt habet prouerbiū, verum etiam virtutem. Nec tam refert monarchia sit an aristocratia, an democratia, an aliqua reipublicæ forma ex his temperata, q̄ vt in quacunq; gubernatione discrimen habeatur publicum, inter viros vtilis reipub. & suo viuētes abdomini.

Cuidam apud Lyfandrum iactātī, quod ipsum & laudibus yeheret, & aduersus obtrectātes tue

g. i.

97

Simile dictum est folio. 23. apo. 23.

98

Præmia virtutis.

retur, duo, inquit, mihi sunt boues ruri, t acētibus ambobus, tamē certo noui, vter sit ignauus, vter ad laborem strenuus. Sensit veram virtutē non egere laudibus humanis, quum ipsa secum ducat suam laudem ac decus. Caterum qui nihil gerūt præclari, his opus est præconibus.

L. aut ab ho
minibus.

100 Ad quendam à quo cōiitijs impetebatur, dic, inquit, assidue ò amicule, dic dic, nihil omittas, si quā tuum animum malis quibus videris plenus, valeas exonerare. Ingentis animi argumentum, ne ira quidem dignum arbitrari maledicum, quū in promptu esset vitio.

Moderate.

I Aliquanto post defuncto iam Lysandro, quū de societate belli nata esset controuersia, Agefilaus adiit Lysandri domū inquisiturus super hac re literas, quas Lysander apud se detinuerat. Reperit autem præterea librum Lysandro conscriptum de nouādo reipublicæ statu, quodd oportet regnum ab Eurytionidis & Agide ablatū (Nam ex his tantū familijs fas erat creare reges) in cōmune ponere, ac regem eligi ex optimis: quo videlicet hoc honoris decerneret, nō his qui genus duxissent ab Hercule, sed ijs qui tales essent virtute, qualis fuisset Hercules: quandoquidē virtute nō generis cōmēdatione & ille ad diuinos honores subuectus est. Hanc orationem Agefilaus nitebatur apud ciues euulgare, cupiens per eam ostendere, qualis ciuis clanculum fuisset Lysander, non sine calumnia corū qui Lysandro fauerant. Sed ferunt Cratidē, qui tum inter Ephoros primas tenebat, veritum ne lecta oratio persuaderet, reuocasse ab eo cōsilio Agefilaū ac dixisse, non solum non esse refodiendum Lysandrū, sed

Hoc ante
habetur in
Agefilao:
licet aliter
narratū. fo.
11. ap. 51.

ipsam potius orationem cum illo defodiendam, quod callide & ad persuadendum accommodate composita videretur. Hoc factum declarat Lysandri peruersam ambitionem, qui nihil intentatum reliquerit ad regnum adipiscendum: sed idem arguit Agesilai moderationem, qui priuatam similitatem posthabuit utilitati reipublicae.

Cæterum qui filiarum illius nuptias prius am² bierant, mox post obitum eius, quod repertus esset pauper, eas recusabant. ijs Ephori dixere multa, Seuere eò quod quem diuitem esse credentes coluerant, eundem iustum ac probum ex paupertate agnitum, contemnerent. Hoc ut apophthegma non est, ita salubre est exemplum seueritatis, quod admonet in conciliandis matrimonijs magis spectandam virtutem quam censum, eosque perfidos & inconstantes esse amicos, qui amicitiam comodo metiuntur, cuius spe adempta, protinus recedunt ab amicitia. Quin & illud nos admonet, honestius esse fama quam pecunia ditescere.

N A M E R T E S.

Namertes quum legatione fungens à quodam eius³ gentis ad quam erat missus, beatus predicaret, eò quod multos haberet amicos, interrogauit quomodo qui multos haberet amicos periculum faceret, an amicum haberet syncerum ac probum, Id quum alter falsus se nescire cuperet discere, per aduersam, inquit, fortunam.

N I C A N D E R.

Nicander cuidam dicenti, quod Argiui male⁴ de ipso loquerentur, num, igitur, inquit, dant poenas qui de bonis loquuntur male? significans rem publicam male moratam, vbi liceret impune male dicere nihil mali commertis.

5 Idem percontāti quare Lacedæmonij comam ac barbam alerent, quoniam, inquit, hic ornatuſ quum ſit homini omniū pulcherrimus ac proprius, nullo conſtat impendio.

Simile fol.
47. apophth.
24.

6 Cum Athenienſis quidam dixiſſet, nimium ō Nicander amplectimini otium, verū, inquit, prædicas, ſed non quemadmodum vos, quocūq; modo nobis parare ſtudemus. Senſit otium honeſtis rationibus partum non eſſe reprehendendū: ſed eos vituperio dignos, qui per ſas neſasque ſectarentur otium. Otium autem Athenienſis dixit, non exercere ſordidas artes.

ZEVXIDAMVS.

7 Zeuxidamus cuidam percontanti quā ob cauſam Lacedæmonij leges de fortitudine citra ſcriptum ſeruarent, ac non potius deſcriptas traderent iuuenibꝰ legendas, Quoniam, inquit, aſſuefaciendi ſunt, vt præclaris geſtis potiꝰ quam ſcriptis intēdāt. Inertiæ genus eſt de fortitudine philoſophorū more diſputare, ſed prius factis exercēda virtus, quæ paucis dogmatibꝰ tradi poteſt.

8 Ætolo quodā dicēte, qꝰ qui ſtuderēt probitatē cū fortitudine cōiungere, iſs bellū eſſe potius pace: non per deos, inquit, ſed his mors vita potior eſſe debet. Correxerit Lacon dictū Ætoli. Nō enim optandū bellū, ſed nec in bello nec in pace libertatem tueri licet, niſi mortis terrorem abieceris.

PANTHOIDAS.

9 Panthoidas legatus miſſus in Aſiam, oſtendentibus ipſi murum probe munitum, per deos, inquit, ō hoſpes, bellum conclaue mulierum.

Habetur ante ſimile fol.
160. 33. apo.
27.

10 Idem quum in academia philoſophos audiſſet multa de virtute diſſerentes, interrogatus cuiuſ

modi viderentur eiusmodi sermones, qd aliud, inquit, q̄ probi, sed prorsus inutiles vobis, qui illis non utimini. Salte tetigit mores Atheniensium qui virtutem haberent in labris, non in factis. Salte.

PAUSANIAS.

Pausanias Cleombroti filius, quū Delij de insula cū Atheniensibus haberēt controuersia, atq; inter cetera dicerēt, quōd ex more regionis, neq; mulieres in insula paterent, neq; mortui sepeliretur, quomodo igitur, inquit, hæc insula erit vobis patria, in qua neq; fuit quisquam vestrum, nec futurus est? Argute notauit ineptam Deliorū consuetudinem, qui suos in patria, neq; nasci sinerent viuos, nec humari mortuos, quum vt mulier, ita nec regio mater sit, nisi gignat. Alienum autem sit à materna pietate nolle sepeliri quos genuit. I I
Argute.

Cum Atheniensium exules hortaretur illū, vt aduersus Athenienses moueret exercitū, dicerentq; quōd quū in Olympijs præconis voce pronuntia retur victor, soli Athenienses ipsum exhibissent, Cum hoc, inquit, fecerint in bene meritum, quid facturos creditis, si illis malefecero? Insigne moderationis exemplum nihil tam atroci commoueri contumelia: at idem ingenij mire solertis argumentū, quod adferebatur velut instigaturum Pausaniæ animum, ad suscipiendum bellum, id in partem diuersam retorquere. I 2
Moderate.

Percontanti quur Tyrteum poetā Spartæ ciue fecissent, ne quis, inquit, externus nobis duxuisse videatur. Poetæ apud Lacedæmonios nō erāt in precio, nec hoc nomine Tyrteus meruit apud illos honorem, sed quoniam strēnuū ducē in bello præstiterat, putarūt eā laudē patriæ vindicandā. I 3
Argute.

g. liij.

- 14 Ad quendam imbecilli corpore, tamen hortantē
 ut cum hostibus terra marique experiretur, Vis, in
 quit, igitur positus vestibus teipsum ostendere,
 qualis sis quod nobis bellandi es auctor. Salseris ad id
 hortatē alios, in quo ipse nihil opis adferre posset.
- 15 Quibusdam in spolijs barbarorum demiranti-
 bus pretiosas vestes, praestiterat, inquit, ipsos esse
 multi pretij, quae possidere pretiosa. Correxerunt suorum
 admirationem, eosque ad verorum bonorum ad-
 mirationem reuocauit.
- 16 Post victoriam a Medis apud Plateas reportatam,
 praecipit suis ut apponeret cenam Persicam, quam
 sibi barbari prius apparauerant. Ea quae esset opus-
 pera ac sumptuosa, Lurco, inquit, eras o Persa, quae
 quum tantas haberes delicias, ad nostram veneris
 mazam. id erat panis genus contemptum ac vulga-
 re. Admonuit stultissimum esse, locupletes pugna-
 re cum his quibus non multum est quod eripia-
 tur. Etenim si feliciter cadat Martis alea, exile lu-
 crum est: sin secus, ingens est damnum. Dicti ve-
 ro argutia in hoc est, quod fastidiose delicatus vi-
 detur, qui inter varias delicias, appetit cibum vi-
 lem ac plebeum. Nam id solent interdum diui-
 tes quibus assidua copia lauticiarum parit nauseam.

PAVSANIAE ALTER.

- 17 Pausanias Plistonactis filius, cuidam roganti,
 quam ob rem apud Spartanos nefas esset, villam
 priscarum nouare legum, Quoniam, inquit, legi-
 bus conuenit autoritas in homines, non homini-
 bus in leges.
- 18 E patria profugus, quum Tegeae laudaret Laces-
 daemonios, cuidam dicenti, Quin igitur mansisti Spar-
 tae, sed fugere maluisti? Quonia, inquit, nec medici

apud sanos, sed apud ægrotos versari solét. Salfif
sime cõuitiũ exilij retorlit in Tegeaten, quòd ei⁹
gētis corrupti mores egerēt Spartana disciplina.

Alteri percontãti quo pacto possent debellari ¹⁹
Thraces, si inquit, qui vir optimus est, eum belli
ducem delegerimus. Admonēs plurimum ad vi-
ctoriam momenti esse in imperatore. Quemad- ^{Dux bonus}
modũ in omni negotio magni refert, quales sint
quibus gerendæ rei creditur autoritas.

Medicus qui inuisebat Pausaniã dicebat, nihil ²⁰
habes malĩ, Non enĩ, inquit, te medico vtor. Hoc
ipsum quòd nihil habebat mali, adeo non acce- ^{Medicina}
ptum ferebat medicis, vt eos solos iudicaret pro ^{contempta}
sp̄era esse valetudine, qui medicis non vterentur.
Id vt perpetuo verum non sit, tamen extra con-
trouersiam est, maximam malorũ partem à me-
dicis proficisci, vel quia sint imperiti, vel quia ne-
gligentes, vel quia ambitione quẽstũve corrupti.

Cũ ab amico argueretur, quòd de medico quo ²¹
dam male loqueretur, à quo nec vila re læsus es-
set, nec cuius fecisset periculũ, Si fecissem, inquit,
periculum, nequaquam viuerem. ^{Medicorũ}
^{osor.}

Medico cuidam dicenti Pausaniæ, ad senectũ ²²
tem peruenisti, ob id, inquit, quòd te medico non
fum vsus. Medicus existimabat arti suæ deberi, si ^{Medicorũ}
cui contigisset senectũ: at ille credebatur vix vnquã ^{osor.}
ad senectutem pertingere, qui medicis vtuntur.

Eum vero medicũ censebat optimũ, qui nõ si ²³
neret ægrotos extabescere, sed q̄ primum sepelis- ^{Medicorũ}
ret. Inhumanior quidem videtur hæc sententia, ^{osor. q̄}
sed tamen à Socratis opinione non multum ab-
horrēs, qui vult admodum valetudinarios, nec vli-
la iam ex parte vtiles reip. æquo animo debere è

vita decedere, sic tamen vt nemo sibi vim adferat, sed honestis actionibus immoriatur. Certe nō apparet quid magni faciāt quum quatuordecim medici multo tēpore immodicis impēdijs adnuntuntur, vt anui iam prēmortuæ vitā in vnū alterūmve mēsem proferāt. Quid enim aliud agūt, nisi q; arte sua mortē reddūt longiorē, quasi hoc cuiq; sano sit optabile, diu mori. At viri sapiētes mortē inopinātā ac breuē iudicant optimam.

PAEDARETVS.

24 *Virtiter.* Pædaretus cuidā dicenti magnū esse numerū hostiū, Tanto, inquit, plus gloriæ rescremus, quoniā plures interficiem⁹. Quod alter adferebat ad persuadendā ignaviā, ille vertit in calcar fortius agendi. Eodē telo repelli possunt quicūq; difficultatis causatione dehortātur ab honesto.

25 *Decorum.* Idem conspecto quodam qui natura mollis, tamen ob humanitatem laudabatur à ciuibus, dixit, nec viros qui mulierum similes sint oportere laudare, nec mulieres quæ virorum sint similes, nisi si qua mulierē vrgē it necessitas. Sensit aliud decere bonum virum, aliud bonam mulierem: ac pro muliere in virum transfigurata, accipit necessitatis excusationem: in viro degenerante in mulierem, nullam recipit excusationem. Ita non eadem laus decora p̄ncipi est, quæ plebeio, nō eadem magistratui quæ priuato.

26 *Candor.* Cum in trecentorū vitorū ordinē nō esset ascriptus, qui honos apud Spartanos primā dignitatē obtinebat, repulsus discessit hilaris ac ridēs: reuocantibus autem Ephoris, quidq; rideret percontantibus, gratulor, inquit, huic reipub. quæ trecentos habeat, ciues multo me meliores. Quid hoc

pectore magis philosophicū? Nec moleste tuli t
repulsam, nec quæstus est de Ephororū iudicio,
sed plus voluptatis capiebat ex publico reipub.
bono, q̄ sensurus erat ex honore impetrato.

PLISTARCHVS.

Plistarchus Leonidæ filius cuiusdam interrogā 27
ti, quam ob causam reges Lacedæmoniorū nō à
priscis regibus cognomen sortirentur. Quoniā,
inquit, illi ducere q̄ regnare maluerunt, postero:
res illis nequaquam. Primus omnium regum La. *Moderate*
cedæmoniorum Agis dictus est, & hoc nomen
in aliquot posteriores demanauit. Agis autē di-
ctum est à ducendo, quoniā clementer impera-
bant. & regū est imperare potius q̄ persuadere.
Plistarchus autem sonat, plurimis imperantem.

Cum patronus quidam ridicula loqueretur in 28
causa, Plistarchus interpellans illū dixit. Non tu
cauebis amice p̄petuo risu digna dicere, ne quē *Stultilo-*
admodum qui assiduo palæstricam exercent pa- *quium.*
læstritæ frūt, ita tu sis ridiculus? Sensit vir egres-
sius raris lapsibus dandā esse veniā: cæterū quū
error transit in habitū & consuetudinem, sit ma-
lum immedicabile. Expedit autem hac Plistar-
chi interpellatione amicos crebrius peccantes re-
uocare, ne peccandī colligant vsum, & vitium
transeat in naturam.

Cuiusdam referenti ipsum à maledico quodam 29
laudari, demiror, inquit, si quis illi dixit me mors
tuū esse. Nam ille de viuo bene loqui possit ne-
mine. Non delectatus est vir generosus laude,
quæ à viro illaudato proficiscebatur.

PLISTONAX.

Plistonax Pausaniæ filius quū rhetor quidam 30

Habetur fo
lio. 22. apo.
24.

Atticus Lacedæmonios dixisset indoctos, Nos enim, inquit, Græcorū soli nihil à vobis didicim⁹ mali. Lacedæmonij malū existimabant, quicquid non faceret ad efficiendam ciuitatem meliorem.

POLYDORVS.

31 *Generose.* Polydorus Alcamenis filius, in eū qui nō cessabat minitari hostibus, nō intelligis, inquit, te maximā vindictæ partē frustra cōsumere? Qui statuit inimicū vlcisci, minis nihil aliud efficit, nisi vt præmonito inimico sibi minuat lædendi facultatem. Fortium autem virorum est male facere ijs qui malo digni sunt, non maledicere.

32 *Dissimulante.* Cum in Messenensium regionem eduxisset copias, rogātī cuipiam, num aduersus fratres essent pugnaturi: Non, inquit, sed in eam agrorū partē p̄ficiscimur, quæ nōdū sortito diuisa est. Elusit p̄contatorē, dissimulās consiliū suū. Sit hoc quoq; exēplum celandi propositū, siquē cupias lædere.

33 *Moderate.* Cum Argiui post illam trecentorū pugnā rursus essent prælio superati, socij Polydorū adhortabantur, ne eā opportunitatē præteriret, sed aggressus hostiū muros ciuitatē illorū caperet. Id enim factu fore facillimum, quum interfectis viris solæ mulieres essent reliquæ. His in hūc respōdit modū, Mihi pari Martis alea rebellantes deuincere honestum est, cæterum quum pro agris pugnarim, urbem velle capere, non arbitror esse iustum. Siquidem huc veni, agros recepturus, non urbem occupaturus. Vir excellentis animi ne cū hostibus quidem putauit agendū secus q̄ postulat æquitas, quum hominum vulgus sibi in hostem putet licere omnia, in tantum vt si de frigidō oppidulo fuerit cōcertatio, victor existimet. si

bi ius esse, regnum vniuersum victi occupare. Ille etiã turpe sibi iudicabat bellare cū his, quibus de erãt paria ad bellũ p̄sidia. Talis enĩ victoria nullã habet virtutis laudẽ, sed crudelitatis crimen.

Percõtãti quid esset in causa quòd Spartani in bello fortiter sese periculis obijcerẽt, quoniã, inquit, duces, reuereri didicerũt potiusq̄ timere. Reuerẽtia cū amore cõiuncta est, metuumus autẽ illos maxime quos odimus. Rectius autẽ suo fungitur officio, qui ex animo facit, q̄ qui metu mali.

P O L Y C R A T I D A S .

Polycratidas vnus cū ceteris missus orator ad duces regios, quũ ab his interrogaretur, vtrũ priuatim venissent, an publice missi, Si impetram⁹, inquit, publice: sin minus, priuatim. Vox pij can-
34 Sapienter.
Patriæ suæ dium.

doris in patriã index, Si cessisset ex sentẽtia legato, gloriã volebat reipublicæ cedere: sin minus, ignominiã repulsæ ad patriam non pertinere.

S O E B I D A S .

Soëbidas cū essent Lacedæmonij i pugna Leuctrica Martis aleã experturi, cuidã dicẽti. Hic dies declarabit virũ bonũ: præclarus, inquit, dies, q̄ possit declarare virũ bonũ incolumẽ: prælagiens in eo prælio plurimos egregios viros fortiter occubituros, quos ipse patriæ maluisset incolumes.

Idem cum esset loco iniquo præterea nullã habẽte aquam, obsessus ab hostibus, dicitur pactus cum hostibus, vt ipsis terram bello partem cederent, si milites vnã cum ipso è vicino fonte bibissent. Nam cum homines obsederant. Icto scedere cõgregatis ad se õnib⁹ pollicitus est se daturũ ei⁹ regionis imperiũ ei qui nõ bibisset. Porro quũ nemo sibi tẽperaret, sed bibissent õnes, ipse post

omnes descendit in fontem: & aqua conspersus, hostibus etiamnum presentibus, abiit, ac regionem occupauit, ut qui non bibisset. Eodem strata gemate & exercitum a sitis periculo liberauit, & hostem elusit, & regnum sibi vindicauit tolerantia. Non erat obstrictus inimicis ex foedere, quia non omnes cum ipso biberant: nec milites fefellit, quia nemo praeter ipsum a potu abstinuit. Quod si hostes voluissent ad arma currere, iam nactus locum pugnae commodiorem, ac fonte potitus, facile poterat illis esse par.

TELECRVS.

- 38 *Pie i patre* Telecrus ipsi nuntianti patrem de eo male loqui, nisi, inquit, illi dicendum esset, haudquaquam diceret. Maluit in se transferre culpam, quam committere ut pater quicquam temere loqui videretur. Habes & pietatis simul & modestiae exemplum.
- 39 *Comiter.* Iam fratri suo querenti, quod ciues erga se non perinde afficerentur atque erga illum, sed inhumanius tractarent, quod nondum ab illis esset creatus Ephorus: Tu, inquit, iniuriam ferre nescis, ego scio, Significans ei qui velit uti fauentibus ciuibus ad multas iniurias esse conuiuendum.
- 40 *Graviter.* Percontanti quare mos esset apud Spartanos, ut iuuenes assurgant senioribus. Ut, inquit, assueti honorem habere nulla propinquitate iunctis, magis honorent parentes. Optima ratio consuefaciendi ad debitum officium, si ultra quam debetur doceamus praestandum. Veluti si quis assuescat cum vxore verecunde castaeque conuiuere, multo minus improbus erit apud alienas.
- 41 Percontanti quantum possideret facultatum, non plus, inquit, quam sat est. Diuitias non cupis

ditate, sed vsu metiebatur.

CHARILLVS SIVE CHARILAVS.

Charillus interroganti quam ob causam Lycurgus tam paucas leges tulisset Lacedæmonijs, quoniam, inquit, pauca loquētib; paucis etiam Loquacitas legibus est opus. Sensit nimirum pleraque mala ex multiloquio nasci. Laconibus autem peculiaris erat breuiloquentia.

Alter percontanti quam ob rem Lacedæmonij virgines nudas producerent in publicū, vxores vero tectas, quoniam, inquit, virginibus mariti sunt inueniendi, vxores vero seruandæ ijs qui eas nacti sunt. Huc spectabat ea consuetudo, vt nec puellis deessent mariti, nec contaminarentur matrimonia, præter aliarum gentium consuetudinem, vbi virgines videri nefas est, vxores oculis hominum exponuntur.

Seruo cuidam audacius agēti cum ipso, ni iratus essem, inquit, occiderem te. Adeo putabat nihil recte dici fieri ab irato, vt ne in seruū quidem animaduertere voluerit commotior. *Moderate.*

Interroganti quā arbitraretur optimā rempublicam, in qua, inquit, plurimī ciues de virtute inter sese decertant, citra seditionē. In plerisque ciuitatibus certamē est de opibus & honoribus, de virtute qui certent penē nulli. Quāquā hoc quoque certamē de honesto debet hætenus feruere, ne prorūpat in seditionē. Iam enim non est concertatio virtutis sed ambitionis. Qui vera virtute præditus est, nihil spectat nisi vt prosit reipublicæ. At seditio præsens venenum est ciuitatis. *Sapienter*
Coma.

Percontanti cuidam quam ob rem omnium dierum statuarum apud Lacedæmonios ponerentur *46*

LACONVM INNOMINATORVM.

Otiū.

armatæ, ne, inquit, probra quæ ob ignauia iaciuntur in homines ad deos referamus, ne uenies nisi armati deos cõprecentur. Eo cõmento ciuū animis hanc opinionem infingere studebant, dijs gratam esse fortitudinem, inuisam ignauiam: si mulq; iuuentutē armis ferendis debere assuescere. quo simul & minus indulgerēt delicijs, & uti-
liores bello euaderent, si ne religionis quidē causa fas esset arma ponere, cuius obtentu fere solet otium & luxus in ciuitates irepere.

LIBER SECVNDVS.

Laconum aliquot ἀνώνυμων apophthegmata.

Habetur fo.
36. ap. 16.

I Amiorū legatis prolixiore utētibz oratione dixerunt Spartani, prima sumus obliti, postrema non intelleximus, quia prima nō meminimus.

Habetur f.
19. apo. 99.

2 Ad Thebanos itē quī de quibusdam pertinacius cõtradicebāt. Oportet, inquit, aut minus habere spirituū, aut plus virium.

Canicis.

3 Lacon quidam senex interrogatus cur barbā gestaret sylvosam ac promissam. Ut, inquit, intuens canos pilos nihil cõmittam illis indignū. Vir bonus vñdecunq; venat stimulos ad virtutē.

Argute.

4 Alius cuidā laudibus immodicis efferenti bellatores optimos, apud Troiam, inquit. Significans tales olim fuisse, sed hoc genus hominū iam olim defisse inueniri.

B. bofitas.

5 Alius quidam Lacon quum audisset quosdam à cœna cogi ad bibendū, num inquit, coguntur etiam ad edendum? Notauit Græcorum morem

in conuiujs compellentium ad certum cyathorū modum, quum id re vera nihilo absurdius sit, q̄ hominem qui non esuriat ad certum escarū modum compellere, nisi quòd alterius absurditatem eleuat consuetudo.

Recitato quod scripsit Pindarus, Græciæ fulcimentum esse Athenas, Lacon dixit ruituram Græciam si tali fultura niteretur. Taxauit Atheniensiu mollitiem, quæ poëtæ elogio non responderet, aut certe poëtæ vanitatē, qui tali præconio celebrasset indignos. Libere.

Quidam conspecta tabula quæ picturam habebat, quomodo Lacedæmonij trucidarentur ab Atheniensibus, dixit: fortes Athenienses. Id Lacon audiens, subiecit. In tabula: significans ridiculum esse de pictura gloriari, quòd ea non minus mentiri soleat quàm poëtæ. Salse.

Ad eum qui maledicta in alios per calūniā iactata, solet facile admittere. Lacon, desine, inquit, aduersum me præbere aures. Sensit non solū eos vituperio dignos qui calumniarētur alios, verum etiam qui calumniantibus accōmodarent aures. Et iniuriæ genus est aduersus nihil male meritū audire maledicam linguā. Non enim essent maledici, si nullum inuenirēt auscultatorē. Proinde Lacon exposulauit etiam cum illo qui præbuerat aures de ipso male loquenti. Maledici.

Quidam seruo qui dum puniretur dicebat, nō volens erraui, non volens igitur, inquit, poenas dato. Vulgaris quidem, sed frigida excusatio est, insciens feci: vigilandum erat ne quid committeret imprudens. Argute.

Alius quū in peregrinatione vidisset homines 10

Seuere. in sellis curulibus sedentes, absit, inquit, vt in talibus sedeam sellis vnde non liceat assurgere seniori. In his enim sedebant delicati porrectis crucibus, ac cælum imminens capiti prohibebat exurgere. Apud Lacedæmonios vero scelus erat it uenem non assurrexisse seni.

Iscentia. **I 1** Chij quondã Spartę peregrinantes à cœna vomuerant in Ephorum curia, dein etiam in sedes in quibus sedere solent Ephori ventris onus deiecerant. Ac primũ quidem acris inquisitio facta est, quinã hoc designassent, ne forte ciues essent. Vt vero compertum est fuisse Chios, edixerunt se Chijs permittere, vt agant intemperantius. Excellentium virorum est negligere contumeliam, quæ à palàm improbis proficiscitur, à quibus etiam laudari turpe est.

Lepide. **I 2** Alius quidam Lacon quũ duas amygdalas duras duplo vendi conspiceret. Sunt ne hic, inquit, rari lapides? Quasi nihil interesset inter silicem & duram amygdalam. Adeo Lacon deliciarum erat rudis, vt nesciret sub gemino cortice latere nucleum. Et apparet hoc genus arboris non quibuslibet regionibus fuisse notum, quãdo Plinius dubitat an ætate Catonis fuerit in Italia.

Loquacitas **I 3** Alius quũ in Luscinia plumis reuulsis minimũ reperisset carniũ, Vox, inquit, tu es, præterea nihil. In eos dici potest qui præter garrulam linguam ac magnifica verba nihil habent.

Argute **I 4** Alius quidam quũ videret Diogenem cognomento canem, in vehementi frigore statuam æream amplectẽtem, rogauit num algeret: illo negante. Quid igitur, inquit Lacon, magni facis? Philosophus gloriæ mancipium hoc ipsum exi-

stimabat magnificū, quōd sic haberet corpus ad omnes iniurias duratum, vt in rigore frigidae statuae complexum ferre posset, absque dolore. Id Laconi nihilo pulchrius videbatur, quā si quis in aetate simile quippiā amplecteretur nullo suo incommodo.

Quidā Metapontinus Laconi obijcienti ignauiam, atqui, inquit, non parū alienae regionis possidemus. Ergo, inquit Lacon, non solum ignaui estis, verum etiam iniusti. Significans non posse fieri, vt quis meticulosus & imbellis multum teneat alienae ditionis, nisi fraude partum. 15

Hospes quidā apud Lacedaemonios, quū ipsi stanti interim altero pede, crepida in alterū indueretur, dixit cuidā. Non arbitror te Lacon tantum temporis vni pedi posse insistere, quantum ego possim. Lacedaemonius excipiens, fateor, inquit, attamen nullus est anserū qui illuc nō possit. Jure derisit hominē, qui longo vsu didicisset artē quae nihil vtilitatis adfert resp. Huiusmodi sunt artes praestigatorū, funābulorū, & similiū. 16

Cuidam iactanti de arte rhetorica, at per geminos, inquit Lacon, ars nisi verū attigerit, nec est, nec vnquā erit. Notauit rhetores qui se profitentur verū similia dicere licet vera non sint. 17

Argiuo quodā dicente, multa Spartanorū sepulchra apud nos sunt, Lacon excipiens, Atqui Argiuorū apud nos nullū est sepulchrū: innuens quōd Spartani semper inuasissent Argos. Argiui vero Spartanos nūq̄. Solerter Lacon quod ille dixerat in gentis suae laudē, retorsit in ignominia. 18

Lacon in bello captus cum sub hasta veniret, ac praeco diceret, Laconem vendo, obturauit illi 19

h. j.

os, Captiuum, inquit, prædica te vendere. Suam conditionem æquo animo tulit, patriæ ignominiam ferre non potuit in auctione traducendæ.

20 Ex his militibus qui sub Lyfimacho stipendium faciebant, quidam quum ab eo rogaret, num esset quispiam ex Helotum, id est seruorum Laconicorum numero: tu ne, inquit, existimas Laconem ad te venturum, ut abs te ferat quatuor obolos? Maluit se fateri seruum quam hoc probris admittere in nomen Lacedæmonicum.

Generose. 21 Cum Thebani deuictis apud Leuctra Lacedæmonijs ad ipsum venissent Eurotam, & quidam gloriabundus dixisset. Vbi nunc Lacones? Spartanus quidam ab illis captus, non adfuit, inquit, alioqui vos huc non venissetis. Ne victus quidem & captiuus potuit obliuisci indolis Laconicæ, nec tulit victoris iactantiam.

Argute. 22 Atheniensibus quum tradita ciuitate postularerent, ut Samum tantum ipsum relinquerent, ita responderunt Lacones. Hoc tempore quo vestri non estis, alios habere postulatis. Vnde natum est prouerbiū. Qui semetipsum non habet, Samum petit.

Habetur ante fo. 38. p. 26. 23 Cum Lacones ciuitatem quadam armis cepissent, Ephori dixerunt, perijt iuuentutis luctamem. Non enim posthac habebunt aduersarios. Gauderent quidem de victoria, sed iuuenibus exercendæ virtutis materiam creptam dolebant.

Generose. 24 Cum Lacedæmoniorum rex polliceretur se funditus euersurum alteram quandam ciuitatem, quæ sæpenumero Lacedæmonijs exhibuerat negotium. non permiserunt Ephori dicentes, nequaquam abolebis neque subuerteris iuuenum cotem. Urbem infestam appellabant cotem iuuentutis, quod per eam iuuentus acueretur ad bellandi peritiam.

Lacedæmonij non præficiébāt pædotribas qui 25
pueros ad luctam exercerent, vt virtutis esset
certamen, non artis. Vnde & Lyfander interro-
gatus, quo pacto à Charonte victus esset, respō-
dit vario artificio. Non existimabat ea gens in
quauis re speciosam esse victoriã, quæ callidis cō-
silijs contigisset, potiusquam animi corporisque
robore. Ars autem omnis, vt à naturali simplici-
tate recedit, ita dolo affinis est.

Libere

Philippo quum peruenisset in agros Lacedæ- 26
moniorum, scripsissetq; vtrum vellent ipsum ve-
nire hostem an amicum, respōderunt Neutrum.
Vnico verbo absoluerunt sententiam, quod erat
Laconum, ac simpliciter negantes regi transitū,
quod erat virorum fortium.

Lacones legatū quem ad Antigonū Demetrii 27
filiū miserant, quoniã acceperāt quoddam Antigonū
appellasset regē, multarūt, quamuis in annonæ
penuria, medimnū frumenti in singulos ab ipso
reportaret. Tanta erat apud illos legum rigor,
vt nec tanto beneficio subleuata inopia ab illis
veniam impetraret, vt vnus vocolæ gratiam fa-
cerent prospere legatione perfuncto.

Factum.

Cum improbus quidã sententiã dixisset opti- 28
mam, ipsam quidem sententiam approbarunt,
sed eo qui dixerat amoto, alteri cuidam inculpa-
tis moribus eãdem sententiã tribuerūt. Adeo in
repub. nihil honoris habendum putarunt his qui
flagitiose viuerent. Autorem mutarunt, ne esset
dedecori reip. consiliū non reiecerunt, ne ob pri-
uatam ignominiã publicam utilitatē neglexisse
viderentur. Meminit huius & A. Gellius.

Factum.

Cum duo fratres inter se dissidium haberent. 29

h.ij.

Factum
Pater pro
filio punit⁹

Lacedæmonij mulctā dixere patri, quòd filiorum discordiā dissimulasset. Iuuenib⁹ ignoscendū putarūt, sed quicquid illi p calorē etatis peccassent, parenti impurabant, cuius autoritas prouidere debuerat, ne quid inter filios oriretur simultatis.

30

Factum
Seuere

Cantori apud Spartanos peregrinanti, dixere mulctā, quòd citharā digitis pulsaret, non ebore. Adeo non patiebantur innouari publico vsu recepta. Hoc studio cuidam alteri ex nouē chordis duas incidit Lacedæmonius ille.

31

Generose

Duo pueri inter se pugnabant, quorū vnus alteri lethale vulnus infixit. Puerorū autē sodales quū faucius ille moriturus esset, polliciti sunt illi vindictam, scq; vulneris autorem interfekturos. At ille nequaquam, inquit, per deos. Non enim æquum est, quandoquidem & ipse hoc facturus eram si anteuertissem, sicq; strenuus fuisset. Indolem vere Laconicā, qui victus ac moriēs iusto tamen victori fauebat, quòd virtute nō dolo superasset aduersarium. Quid talibus ingenijs felicius, si à teneris ad verā virtutem fuissent instituta, potiusquam ad militarem duriciem?

32

Fortiter.

Alter quidā puer eo tempore quo mos erat apud Spartanos, vt pueris ingenius phas esset q; quisq; possit suffurari, sed hætenus vt deprehendi turpe esset, quum viuam vulpeculam quā sodales erāt furati, sibi ab eis traditam seruaret, venissentq; qui eam perdiderant inquirendi gratia, vulpeculā sub veste abditam tenebat. Cæterum quū efferata bestia latus pueri vsque ad intestina eroderet, dissimulauit tacitus, ne proderetur furtum. Mox vero quū digressis illis pueri vidissent quod acciderat, obiurgabant illū dicentes. Præ-

stiterat aperire vulpeculam, quàm ad mortē vsq̄ celare. Nequaquã, inquit, imò præstat dolo tibus immori, quam hac nota traduci, vt ob molliciē dicar lucrifecisse vitam ignominiosam. Quid absolutius si tam feliciter natis ingenijs accessisset philosophia?

Cũ qdã forte obuij Laconib⁹ dixissent, fortuna 33
tĩ estis ò Lacones: nã modo hinc abiere latrones.

Nõ nos, inquit, per Enyaliũ, sic enim illi Martē Animose
vocãt, sed illi potius fortunati sunt, qui in nos nõ inciderint. Adeo gens ea gerebat animos ad omnia impauidos quæ vulgus hominũ formidat.

Lacon quidam interrogatus quid artis sciret, 34
liber, inquit, esse. Ea gens nec disciplinis philosophorum, nec opificijs exercebatur. Tãtum inuicẽ Generose.
ctis animis libertatem tuebatur, nec hominibus, nec vitijs seruire docilis.

Puer Spartanus captus ab Antigono rege ac 35
sub hasta venditus, in cæteris omnibus, quæcũq̄ putabat ab ingenuo decẽter fieri posse, obsequẽs erat ei qui ipsum fuerat mercatus. Cæterũ iussus adferre matulã, haud sustinuit dicens, non seruiã. Generose.
At quum instaret herus, puer consensu tecto dixit. Senties cuiusmodi mercatum feceris, moxq̄ Fortiter
sefe è sublimi præcipitem dedit ac periit. Captiuus esse poterat, seruilis facere nõ poterat, ac se met in libertatem morte asseruit.

Alter quũ venderetur rogatus à licitatore, erisne frugi si fuero mercatus: etiã si nõ fueris mercatus. Ne fortuna quidem seruilis docere potuit illum seruilis loqui. Qui enim natura prob⁹ est, vbiq̄ & apud omnes probus est. Argute.

Alter quidã captiuus quũ venderetur, ac præ- 36
h. iij.

Simile ante
f. 57. ap. 19.

38

Salfo.

co diceret se mācipium vendere. Sceleste, inquit, nō tu dices captiuū: nō puduit dure cōditiōis, sed puduit tituli seruilis. Tātus erat libertatis amor. Lacon quidā in clypeo pro insigni gerens muscam, eāmq; nō maiorē vera, quibusdam irridētibus dicentibūsq; quōd id studio fecisset quo lateret, imō, inquit, vt sim conspicuus. Tam enim prope accedo ad hostes, vt ab ipsis isigne cuiusmodi sit videri possit. Salsissime cōuitium ignauiae vertit in argumentum fortitudinis.

39

Seuere

Lacedaemonius alter, quū sup conuiuiū esset illata lyra, nō est, inquit, Laconicū nugari, lōge dissentiēs à ceteris Græcis quib⁹ nullū cōuitiū suauē videbat absq; musica. Id Laconi nugale videbat, qui lauri⁹ existimabat honestis ac festiuis fabulis cōdire cōpotationē q̄ inani lyrae strepitu.

40

Argute.

Spartanus interrogatus, nū tutū esset ad Spartam iter, refert, inquit, qualis eō descendas. Nam leones illuc cuntes plorat, lepores autem in vmbra venamur: significauit nec ferocibus ac violentis esse tutū proficisci Spartam, nec mollibus & effoeminatis, quōd hostili animo illuc proficiscētes male acciperētur à fortioribus, delicatos homines illic nō finerēt lasciuiare in tenebris.

41

Argute.

In luctandī genere quod illi chirapsiā appellāt, quū is qui collū alterius vrgebat frustra præterque legem palestræ pulsaret vndiq; & in terram detraheret, posteaquam corporis virib⁹ destitueretur qui inhaerenti cedere cogebatur, brachium vrgentis momordit: cūmq; alter diceret mordes o Lacon, foeminarum more. Non, inquit, sed more leonum Vt solerter obiectā ignauiam detorsit in laudem fortitudinis. Nullum enim probrum

apud illos detestabilius quàm muliebris imbecillitatis. Iure autem se morsu liberauit, qui præter ius certaminis vrgebatur à victo.

Claudus ad bellum proficiscens quum ab alijs rideretur, nō opus est fugientibus, inquit, sed qui subsistant, locumq; in acie tueantur.

42
Simile anteq
f. 22. ap. 22.

Alius sagitta percussus cū animā ageret dicebat, nō me mouet q; morior, sed parti q; ab imbelli sagittario ac mulierculæ simili, partim q; nullo facinore ædito morior. Victis solet esse solatio virtute præstantis viri dextra cadere. Lacedæmonij vero quoniã ensibus pugnare solēt comminus, nō putabāt esse virtutis procul missa sagitta quēpiã interficere, q; idem possunt & fœminæ. Tum æquiore animo decedūt è vita, qui recte factorum post se relinquant memoriam.

43

Generose.

Quidã ingressus diuersoriū cauponi dedit obsoniū vt appararet: quū ille posceret caseum & oleum, quid, inquit, Lacon, si caseū haberem tam non egerem obsonio. Caupo caseum & oleū petebat ad condiendū piscē, At Lacon cui sufficiebat victus simplicitas, superuacuū existimabat, cibum cibo miscere, quum alter per se satis esse posset. Quantū absunt ab huius Laconis animo, qui centū rerū species in vnum miscēt discunt.

44

Frugaliter.

Cuidam Lampen Æginetam effrenti ac felicem prædicanti, q; prædiues videbatur, multorū nauigiorum dominus, Lacon nihil, inquit, moror felicitatem de funibus pendentē. Quum omnes diuitiæ sunt in manu fortunæ, tum eæ præcipue quas negotiatores commiserunt nauibus: ruptis funibus sequitur naufragium, & hinc mercium omnium interitus. Vnde Philosophus quidã in-

45

Argute.

h. iij.

terrogatus utrū putaret maiore esse numerū vi-
uorum an mortuorū , vicissim rogauit vtro loco
haberet nauigātes, quōd hi veriantes in summo
vitæ discrimine vix essent habendī pro viuīs.

46 Quidam Laconi dixit, Mentiris, ille contrā, ni-
mirum, inquit, liberi sumus, alij vero nisi vera di-
xerint, vapulant. Nihil cōmotus est Lacedæmo-
nius, sed atrox conuitiū elusit ioco, obiter taxans
maledicum, quōd ipse non esset Lacedæmonius,
atque ob id nec liber. Porro serui si quid fallant
mendacio, loris emendantur.

Argute

47 Alius quū vellet cadauer statuere rectum, nec
id posset efficere quū nihil nō fecisset, per Iouem
inquit, aliquid intus sit oportet. Suspiciat⁹ est La-
con aut animā, aut genium malum latere in ca-
dauere. Solēt enim cadauera i rogo erecta poni.

48 Tynnichus Thrasybuli filij mortem perquam
forti animo tulit. In hūc hoc factū est epigrāma.

Fortiter.

Exanimis Pitānen clypeo Thrasybule redisti
Septem ex Argiuis vulnera saeva gerens,
Aduersa ostendis tamen omnia, sanguinolenta
Membra rogo imponens Tynnichus hæc senior.
Plorantur timidi, mi infletus humabere filii,
Qui & patre hoc vere dignus es & patria.

49 Quū Alcibiadi Atheniensi balnearum plurimū
administraret aquæ, Lacon id videns. Quid hoc
rei est, inquit? Plus aquæ infundit, quasi nō puro,
sed vehementer fordido. Hoc scommate notauit
Alcibiadis vitam multa infamia cōtaminatam.

Salte.

50 Philippo regi Macedonū quædā per literas im-
peranti, rescripserūt Lacedæmonij, de quibus no-
bis scripsisti, nō. Ad prolixam regis epistolā vni-
ca syllaba responderunt, oū, quam grandibus

Non est in
Graeco no-
stro, sed in
Philoclo

literis pinxerāt, vt expleret iustū epistolę spatiū, simul & gētilis breuiloquētię memores, & solitę fortitudinis.

Rursum quū Philippus in agros Lacedæmoniorū duxisset exercitū, rēsq; in eo esset statu, vt probabile esset eos ad vnum omnes interituros, rex dixit cuidam Spartiata, Quid nunc facietis Lacedæmonij? At ille, Quid, inquit, aliud, nisi q̄ fortiter moriemur, quando nos soli Græcorum liberi esse, non alijs parere didicimus. Nemo seruire cogitur qui mori paratus est. Quām dulce bonum est libertas quę morte emitur, q̄ misera res seruitus, cui mors anteponitur. Quid igit̄ mētis dicemus his esse, qui se sponte dedunt in eam seruitutem, vnde nec dato peculsiō possunt redimi, nec gratuita manumissione liberari? 51

Post Agin bello superatum Antipatro postulantē obsides pueros quinquaginta, Eteocles qui tum Ephorum agebat respondit, se pueros nō daturum, ne si licenter vixissent, fierent indociles patrię disciplinę, itaq; ne ciues quidem essent. Ceterū senes ac mulieres se duplo numero daturū. Verū Antipatro dira minitanti ni acciperet postulata, populus vna voce respondit, Si imperas acerbiora morte, facilius moriemur. Hūc animū in vno alterōve ciuiū reperire, fortasse nō ita magni miraculi esse videatur, in vniuerso populo tantum esse consensum prodigiosum est. Hoc exemplo simul admonemur, quāta sollicitudo debeat ætati tenerę ad probitatē educandā, quando licet ter educatos iuvenes illi nō putarūt habēdos, p̄ ciuibus perinde quasi mater abdicet filiū ex se natū, nisi probitate morū maiorib; suis respōdeat. 52

Fortiter.

Hoc non est
 ἀδίστοτο
 τὸν
 Libere.

53 Senex in Olympijs cupidus erat spectandi certaminis quod agebatur, sed quū nulla vacaret sedes, ad varia loca sese conferens, ludibrio erat ac scōmatis petebatur, quōd nullus eū exciperet. Ut vero peruenit ad Lacedæmonios, non solum pueri omnes assurrexerunt, verum etiam viri multi cesserunt illi locum. Id factū quum cæteri Græci quotquot aderāt, plausu cōprobassent, patriūmq; morem supra modum collaudassent, Senex Concutiens canāsq; genas & tempora cana,
Ac fuis lachrymis, Heu miseriam, inquit, vt omnes Græci norunt quid sit honestum, sed eo soli vtuntur Lacedæmonij.

Salse.

54 Sunt qui narrent hoc idē accidisse Athenis. Cū enim agerentur panathenæa, Attici senem ludibrio habuerunt, inuitantes tanquā admissuri, cæterū vbi venisset nō admittentes. Verū iam perambulatis fere omnibus, tandem ad Lacedæmonios spectatores quum venisset, omnes è sedilib⁹ assurgentes locū illi cesserunt. Eo facto delectat⁹ populus, plausu multaq; gestuum significatione comprobauit. Inter hæc ē Spartanis quidam dixit: per geminos, norunt Athenienses quæ sint honesta, at non ea faciunt. Apud Atheniēses maxime florebat philosophia, quæ docet qd turpe, qd honestum: Spartani non recipiebant eiusmodi disciplines, sed ex institutione maiorum virtutem factis ac moribus præstabant. Ita factum est vt apud Atheniēses essent verba philosophiæ, apud Lacones ipsa res. Admonet apophthegma turpissimū esse scire qd deceat, & tamē diuersa sequi.

55 Mendiculus quidam petijt aliquid à Lacone. At ille, Si quid, inquit, dedero magis es futurus men

dicus. Verum istius probrosæ vitæ tuæ fuit au-
tor, qui tibi primus dedit, teque fecit inertem.
Apud Lacedæmonios probro dabatur mendici-
tas, quòd & otium odissent, & mínimo essent cõ-
tenti. Benignitas autẽ in mendicos speciẽ habet
magne virtutis, sed ea piorum hominũ bonitas,
alit plurimorum malorũ luxuriosam ignauiam.

Lacedæmonius videns quendã dijs corrogatẽ, 56
nihil, inquit, moror deos qui me sint pauperiores.
Hinc liquet vetus esse sub obtentu religionis ex-
ercere mendicitatem, quum plerũq; tali collecta
titulo non impendãtur diuis, qui nullius rei sunt
egeni, sed improborum luxui ac libidini.

Alius quidam quum adulterũ apud deformẽ 57
vxorẽ deprehendisset, miser, inquit, quæ tibi fuit
necessitas? Primum hic æditum est nobis mode-
rationis exemplum. Quis sibi temperet in adul-
terum deprehensum? Hic potius videtur miser-
tus hominis, qui graui quapiam necessitate vide-
retur huc compulsus, vt cum deformi rem habe-
ret. Neq; enim verisimile erat adulterũ volupta-
tis gratia sese in hoc discrimen coniecisse.

Alius quum audiret rhetorem magnos sermo: 58
nis, circuitus cõnectentem: Per geminos, inquit,
fortis fanè homo, qui quum nullum habeat argu-
mentum, tamen egregie voluit linguam. Lacedæ-
monijs nulla placebat oratio, nisi breuis & vera,
& ad rem seriam pertinens. Proinde ridiculum
existimabat, quòd orator in ficto themate tantã
verborum copiam profunderet.

Quidam profectus in Lacedæmonẽ, quum vi 59
disset honorem quem iuniores præstant seniõri: Senectus ho-
bus, in sola, inquit, Sparta expedit senescere. Pau-
norata.

pertas onus est & miserū, & graue, vt ait Comicus: sed in hac molestiarū maxima pars est, quòd homines facit etiā ridiculos, vt ait Satyricus. Sic inter incōmoda quæ fert ætas ingrauescens, non minima pars est, quòd senes fere contēptui sūnt, ac ludibrio. Proinde Sparta visa est multis honestissimum virtutis domicilium.

60 *Lacedæmonius percōtanti quid ipsi videretur*

Ars iouūis

Tyrteus poëta, bonus, inquit, ad deprauādos iuuenum animos. Quemadmodū Plato iudicabat Homeri poësim inutile esse reipub. qualem institui volebat, ita Lacedæmonij nō recipiebāt poëtas qui blanda scriberent potiusq̄ salubria.

61 Cuidam qui laborans ab oculis exierat in bel-

Fortiter.

lum, quū nōnulli dicerēt, quò vadis ad istū affectus modum, aut quid factururus? Vt nihil, inquit, aliud, certe hostis gladiū hebetabo. Hoc dictum falsius ne sit an fortius nondum statui.

62 Buris & Spartis Lacedæmonij sponte profecti

Pietas I patriam.

sunt ad Xerxē regē Persarū, daturi pœnas, quas Lacedæmonij iuxta oraculū pendere debebant, eò quod oratores à Persa missos occidissent. Hi quum venissent ad Xerxen, iusserūt vt ipsos quocunq̄ modo videretur interficeret pro Lacedæmonijs. Cūmq̄ rex admiratus & pietatē in patriā & animorū fortitudinē, liberasset illos à pœna, peterētq̄ vt apud se manerēt: Qui possum⁹, inquit, hic viuere relicta patria patriisq̄ legib⁹ ac viris, quorū gratia tantū iter susceperim⁹ moriturus? Cæterū quū Indarnus exercitus regij dux, rogans instaret, dicerētq̄ fore vt in pari honore haberentur cū his qui inter regis amicos primas tenebant, hunc in modum responderunt, Videre

nobis ignorare quod ingens bonum sit libertas, quam nemo sanus vel cum Persarum regno commutaret. In eodem facto nobis propositum est exemplum pietatis erga patriam, & constanter adamatae libertatis, & animi mortis terrore vacui.

Laconem hospes quem pridie declinauerat, post 63
tridie stragulis comodato sumptis splendide ex-
cepit: at ille stragulis conculcatis dixit, propter Lepide.
has heri ne storijs quidem indormire licuit. Lepi-
de risit illorum morem, qui quum sint tenues, ta-
men affectant videri diuites corrogata aut condu-
cta suppellectile, quod maxime solent in excipi-
endis hospitibus, in nuptijs, aut alioqui solemnibus
epulis. Porro quum ineptum sit ostentare tuas di-
uitias, quanto magis ridiculum est ostentare su-
pellectilem alienam, interdum ab usurarijs sum-
ptam? At Lacedaemonij non solum oratores re-
gum, verum ipsos etiam reges ad sua phidicia in-
uitabant, eam frugalitatem sibi magno etiam ho-
nori futuram existimantes.

Alius quidam quum venisset Athenas, vidissetque 64
illic praecones qui muriam promitterent, qui ob-
sonium, qui publicanos & lenones, aliaque parum Licentia.
honestas functiones profiterentur, neque quicquam
sibi turpe ducerent: ubi reuersus est in patriam,
ciuibus percontantibus quomodo se res haberent
Athenis, Omnia, inquit, honesta: per ironiam in-
nuens, Athenis omnia haberi honesta, turpe ni-
hil. Argutia dicti est in ambiguo sermonis.

Alter interrogatus de re quapiam, respondit, non. 65
Verum ubi percontator dixisset illum mentiri,
Non vides igitur, inquit Lacon, te stultum esse,
qui scisciteris de his quae noueris? Salse taxauit in

illo vitium garrulitatis, qui de nihilo quaesierit fabulandi materiam.

- 66 Venerunt aliquando Lacedaemonij ad Lygdam tyrānum legatione fungentes: sed cū ille varijs causationibus frequenter distulisset colloquēdi copiā, tandem post omnes excusationes dictū est, illum parum firma esse valetudine, sed lāgūere nōnihil. Legati responderunt, Per Iouem non venimus huc cum illo luctaturi, sed colloquuturi. Belle taxarūt barbari regis fastum ac delicias, qui quāuis friuola de causa res serias omitteret.
- 67 Quidā sacris initiaturus Laconē, rogauit quid sibi cōsciret maxime impie factū per omnē vitā. At ille hoc, inquit, dii sciūt. Quū initiator magis vrgeret, dicerētque omnino proferas necesse est, Lacon vicissim rogauit, Vtrū inquit oportet me tibi dicere an deos? quū ille respōdisset, deo, Tu ergo, inquit, hinc secede, vt illi dicam.
- 68 Alius Lacon quidā noctu praeteriēs monumētum quū sibi visus esset videre spectrum, accurret lancea traiecturus, & in hoc nitens, Quō me fugis, inquit, anima bis moritura? O mentē vere liberam omni formidine, quae nec laruarum ac lemurum occurſu terri potuerit.
- 69 Lacon alius quum voto se obstrinxisset, quōd se de Leucate praecipitem daret, conscēdit montem, & conspecta altitudine sese auertit. Id quū illi probri gratia obijceretur, non putaram, inquit illi voto maiore voto opus esse. Ioco elusit inconstantiae formidinisq; crimen. Etenim qui facinus arduum concipit animo, prius à dijs optare debet animum facinori parem.
- 70 Quidam in acie quum strictum iam ensē in

Habetur an
tea folio. 49
apoph. 97.

Superstitio
nulla.

Leyde.

hostē esset infixurus, quoniā interim signum da- <sup>Belli disci-
plina.</sup> tum est receptui canens, non infixit. Roganti vero cuidam quir hostem quem in potestate habebat nō occidisset, Quoniam, inquit, melius est parēre imperatori q̄ hostem occidere. Exemplū disciplinæ militaris, à qua immane quantum recesserunt, qui sub belli titulo mera exercēt latrocinia. Olim non licebat ferire hostē nisi tuba dedisset signum. Eadem simul atq; cecinerat receptui, homicidij crimen erat hostem interemisse.

Quidā Laconi in Olympico certamine supera ⁷¹ to dixit, Aduersarius tuus ò Lacon te fuit potentiorimò, inquit, ad deijciēdum accommodatior. ^{Argute.} Quoniam certamen artis erat magis quàm virtutis, Lacedæmonius non putabat se ob id deteriorem quòd victus esset. Dicti argutia sita est in ancipiti voce: nam *ἡπτιάρων* & meliorem significat, & potentiorē siue superiorē, aut præstantiorē. Is vere inferior est, qui honesto vincitur.

Ætoli quondā ingressi regionem Laconicam, ⁷² abduxerunt quinquaginta seruorum milia. Vnde Lacon quispiam senior festiuiter dixisse fertur: Magno bono fuerunt hostes Laconicæ, quam tāta turba leuarunt.

Mos erat apud Lacedæmonios, vt rex hostes ⁷³ aggredere, præcedentē quoqiā gestante coronā, qui in certamine victor aliquādo tulisset coronā. Cum igitur Lacon quidam in Olympijs magnam pecuniæ vim respuisset, sed multo cum sudore deiecto aduersario coronam tulisset, cuidā dicenti quid emolumenti tibi adferet victoria ò Lacon ille ridens & alacer respondit, Ante regē, inquit, coronatus incedēs, pugnabo cū hostibus.

Generosæ mentis est, laudis amore teneri potius quàm pecuniæ.

- 74 Miles quidam Lacedæmonius quum prostrati hostis infideret tergo occisurus, rogauit vt se verteret, & in pectus potius stringeret ensẽ. rogatus quid ita, Ne amarius, inquit, meus erubescat, si viderit auersis confossum vulneribus.
- 75 Lacon quidam ad Rhodium Diagoram, qui in Olympijs & filios, & ex filio filiãq; nepotes vidisset coronari: Morere, inquit, Diagora, non in Olympum ascendes? Sentiens tum optimũ exire de vita, quum res sunt prosperrimæ. Ita Plutarchus in Vitis: Meminit & Cic. in Tus. q. Lib. 1.
- 76 Lacon quidam pædagogus pueri cura suscepta quum interrogaretur, quid esset illum docturus, Efficiam, inquit, vt honestis delectetur, turpibus offendatur. Nihil efficacius ad veram felicitatẽ, quàm amare virtutẽ propter se, odisse vitiũ ppter se.
- 77 Spartanus quidam interrogatus, quid conferrent vtilitatis, pueris adhibiti pædagogij: Efficiũt, inquit, vt quæ sunt honesta, eadem pueris fiant etiam iucunda.
- 78 Agefilus dicebat sibi iucũdum esse laudari ab his, qui non vererentur & vituperare, si quid displicuisset. Tales enim si quid laudat, iudicio laudant, non metu aut adulatione.
- 79 Demonides amissis furto crepidis, pccatus est vt eius qui sustulerat pedibus cõuenirent. Visus est bene pccari, quũ illi magnũ precaretur malũ, videlicet pedes distortos, quales habebat Demonides.
- 80 Lacedæmonij quũ Smyrneis egẽtibus cõmeatum misissent, atq; illi beneficium verbis attollerent, Lacedæmonij sermonem interrumpentes,

Nil magni est inquit, Hæc enim collegimus
vnius diei prandio nobis & iumentis detracto.
Gratius est beneficium quod extenuatur ab eo
qui confert. Nam qui quod largiuntur exaggerant,
qui plerisque mos est, bonam gratiam partem amittunt.

Lacydes Arcesilai familiaris Cephisocrati cri- 81
mè læsæ maiestatis deprecanti, unà cum reliquis ami-
cis aderat. At quum accusator anulum exhibe-
ri flagitaret, per quem coargui poterat: isque clam
in terram demississet, Lacydes sentiens pede im-
posito textit. Inficiatus est igitur Cephisocrates &
absolutus. Mox reo iudicibus, ut mos est, agenti
gratias, quidam è iudicum numero qui viderat,
iussit ut Lacydi quoque gratias ageret.

Arcesilaus quum arderet podagræ doloribus, cumque 82
Carneades inuisisset, atque exiret tristis, mane, in-
quit, Carneade, nihil enim illinc huc pervenit, ostē-
sis pedibus & pectore, Sentiens pedes quidem do-
lere, sed animum dolore vacuum esse.

PRISCA LACEDAEMONIORUM
INSTITUTA.

Ad publica convivia ingredientibus, qui natu- 1
erat maximus singulis ostendebat fores dicens,
per has nullus egreditur sermo, admonens nihil *Silentium.*
effutiendum si quid liberius dictum esset in con-
vivio. Hunc morem instituit Lycurgus.

Quonia apud Lacedæmonios in summo pre- 2
tio erat ius quod illi nigrum appellat, adeo ut seniores
hoc contenti non desiderarent carnes, sed eas iuveni-
bus cederent, Dionysius Siciliae tyrannus dicit hu-
ius gratia coquum emisse Laconicum, eique mandasse
ut sibi hoc ius appareret, nullis parcis impedijs.

Quod ubi rex gustasset, ac displicuisset expuit,

Exercitatio
pro conditio-
mento.

Tum coquus, hoc, inquit, ius o rex sumendum est, posteaq; te Laconum more exercueris, & in Eurota laueris. Festiuus hoc narrat a M. Tul. Tusc. q. 1. lib. 5. in hoc variat a Plutarcho, q; scribit illum Spartam in phidicij coenauisse, & a coena negasse si bi nigrum illud ius quod coenae caput erat placuisset: tum qui illud coxerat respondisse, minime mirum si displicuisset, comidimeta enim deesse: ac Dionysio rogante quae tandem illa? Labor, inquit, in venatu, sudor, cursus ab Eurota, fames, sitis: his enim rebus Lacedaemoniorum epulas condiri.

3 Lacedaemonij posteaq; moderate biberunt in conuiuijs publicis, discedunt absq; tæda: non enim fas est illis ad lumem incedere, nec hac via, nec illa, quo comuescant in tenebris nocturnis; confidenter & intrepide ire. Id interdum in bellis usu venit ut necesse sit.

Tenebris af-
fascere.

4 Iidem literas quidem discabant ad usum, caeteras vero disciplinas exoticas eiciebant, nec minus homines harum professores quam ipsos libros. Haec autem erat illorum eruditio, bene parere magistratibus, patientem esse laborum, & in praelio aut vincere, aut mori. Hoc animo fuerunt olim & Romanorum quidam, qui philosophos Graecos urbe pepulere, quae curiosis disciplinis auerteret iuuentutem ad otium & ignauiam, redderentque ad differendum quidem instructos, ad gerenda vero reipublicae munia inutilis. Quid illi dixissent si sophistarum gryphos, si nominalium & realium frigidissimas argutias audissent?

philosophia
rusticana.

5 Perseuerabant absq; tunicis vestem unquam accipientes corporibus squalidi, quippe a balneis & vniuersis fere in totum abstinentes. Nemo tales facile inuadit tum inopes, tum duros: nec malis artibus cogebantur rem quaerere, qui tam paruo

Fuga iter.

contenti sunt. Hæc Lacedæmonij qui nec philosophorum dogmata, nec Christum nouerant, & non pudet nos deliciarum nostrarum? Anachoristas vocamus qui quatuor vestibis cōtenti sunt.

Iuuenes vero gregatim ac turmatim dormiebāt supra stibadas, herbæ genus, quas ipsi sibi cōgerebāt ex arundine apud Eurotā nascēte, cuius summa non ferro, sed manibus defringebāt. Per hyemem vero substernebant sibi quos vocāt Lycophones ac stibadijs cōmiscabant, quòd ea materia caloris quiddā habere videretur. Vbi sunt nunc qui toto corpore plumis anserinis indormientes querūtur ob duritiem sibi dolere latera? 6
Frugaliter.

Amare puerorum indolem, qui probo ingenio videbantur, permissum illis erat, cæterum abuti illis turpissimū habebatur, quasi corpus adamaretur potius quàm animus. Quòd si quis accusatus esset, quòd parum honestam cum illis habuisset consuetudinem, is per omnem vitam infamis erat, & à publicis honorib⁹ submouebatur. Hoc non solum in pueris quorum ætati consulens lex permisit grandioribus amare, sed citra turpitudinem, locum habet, verum etiam in coniugibus: non enim recte amat vxorem, qui corpus amat, potius quàm animum. 7
Amor anis
mi.

Mos erat vt adolescentes quopiã abituri à senioribus interrogarētur quòd irent, & ad quid: obiurgabatur autē qui vel non responderet percontanti, aut friuolas causas recitaret. Senior qui non obiurgarat adolescentem ipso presente delinquentem, eidem poenæ erat obnoxius, quam datutus erat si peccasset ipse. Cæterum qui obiurgationē moleste ferebat, in magno erat pbro. Merito 8
Sapienter.

puerorum errata imputantur ijs quorum partes erant ea vel arcere, vel corrigere. Simul autē magna necessitas habebat seniores, nequid testibus adolescentibus præter decorum committerent. Nam qua fronte obiurgarent iuniores, si ipsi senes essent obiurgandi?

Castigatio.

9 Si quis in peccato deprehensus fuisset, is cogebatur aram quandā, quæ erat in vrbe, circumire, ac vituperationem interim in ipsum compositā canere, quod nihil aliud erat, quàm seipsum sua voce obiurgare. Ingenui pudore & laudis amore melius ducunt ad honesta. Virgis aut flagris cædi seruile est.

Comunitas

10 Quin & ille mos erat, ut iuuenes non solum suos quisque parentes reuererentur, hisque dicto audientes essent, verum etiam ut omnes seniores reuererentur, tum de via cedentes tum è sedibus assurgentes, ac prætereuntibus illis taciti quietisque. Quare factum est, ut quisque, non quemadmodum fit in alijs ciuitatibus, in proprios modo liberos, seruos ac possessiones auctoritatem haberet: verum etiam in amicorum ac vicinorum liberos ac possessiones perinde ius haberet atque in sua propria: ut omnia quæ maxime inter se communiter haberent, ac aliena quisque non aliter quàm sua curaret. Intellexerunt illi quantam vtilitatem haberet communitas, non adacta, sed ex mutua beneuolentiâ proficiscens. Quod enim à Pythagora proditum est, amicorum communia esse omnia, id illi volebant in reipublica sua quàm latissime patere. Omnes enim ciuites inter se amici sunt, multo magis omnes eandem professi religionem. Postremo inter omnes homines ob hoc ipsum quod homines sunt, intercedere deberet mutua beneuolentiâ.

Cæterum puer abs quoquam castigatus, si que
 relam ad patrē detulisset, turpe erat patri, si hoc
 audito non iterum filium emendasset. Siquidem
 ex institutione maiorū habebant hanc de se mu-
 tuo fiduciam, vt crederēt neminem esse, qui eu-
 iusquam liberis, quos quisq; p suis habebat, quies-
 quam imperaret inhonestū. Prima ætas quoniā
 nondū sentit quid turpe, quid honestū, verberib⁹
 eget. Solent autem pueri à præceptoribus cæsi
 apud parentes queri de crudelitate eorum, à qui-
 bus castigati sunt. Ea res quoniā minuebat alio-
 rum seniorum autoritatem, hanc fenestrā occlu-
 serunt liberis suis, vt omnium seniorum eadē es-
 set in pueros autoritas quæ patribus.

Furantur illic pueri etiā ex esculentis quies-
 quid possunt, discētes dextre imponere vel dor-
 mientibus, vel indiligentiū sua seruantibus. De-
 prehenso poena erat vapulare & esurire. Datur
 enim illis cœnā perquam tenuis, quo dū suopte
 ingenio depellunt inopiā, cogantur audaces esse
 & callidi. Hoc erat quia cibi inopia premeren-
 tur: quin ob id etiā dabatur illis victus exiguus,
 vt consueferent nunquam expleri ad satietatē
 vsq; sed famem tolerare possent. Siquidem hac
 ratione existimabant illos & ad bellum vtiliores
 euasuros, si valerent & post toleratam inediā
 perdurare in laboribus: quin & temperantiores
 vilib⁹sq; cōtentos fore, si lōgo tempore minimis
 impendijs degerent: Insuper si citra obsonium af-
 fueferent viuere, & quemuis cibum appositum
 boni consulere, existimabant corpora fore tū sa-
 lubriora, tum maiora: quod subtracta cibi copia
 conferret ad proceritatem, dum nō depressa cor

i. iij.

II

Disciplina
puerorum.

II

Furandi ars

Non est stis
lus Plutars
chi. Sentens
tia est apud
Xenophōtē

pora tolluntur in altū potius q̄ in latum, reddunturq; etiā pulchriora. Tenuis enim & gracilis corporū habitudo obsequitur artuū momēto: obestitas vero ex cibi copīa collecta, p̄pter grauitatē obstitit. Vt ea gens nihil dabat voluptati deliciſſime, sed in omnibus spectabat reip. cōmoda, lōge latēq; dissentiēs à plurimorum sentētia, qui sibi persuadēt, nihil esse vtili⁹ q̄ pueros immodico cibo potūq; saginare: quū ea res non modo pigros reddat & laboribus inuitiles, verū etiā tum corpora reddat deformiora, tum ingenia crassiora.

- 13 Nec minor illis cura fuit de genere musices, modulorum & cantionū, q̄ de victu, cultu, & ceteris quæ cōmemorauimus. Hæc autē talis erat, vt animi vim ac spiritus excitaret, & impetū dī uino afflatui similē adq; res gerēdas accōmodū induceret, quū reliquis Græciæ ciuitatibus magis plāceret musica demulcēs & ad voluptatem mollitiēmq; effocēminās animos. Nā Plato magni referre putat quo genere musices vtaē ciuitas.

Musica vtilis.

- 14 Quin & orationis genus simplex & in affectatum, nihil habens molle ac delicatum, nec in alijs versabatur argumētis, q̄ vel in laudibus eorū qui fortiter ac generose vitam exegissent, quiq; pro Sparta occubuisse, & ob id ab omnibus vt beati celebrabantur: vel in vituperandis his qui metu periculorum nihil egregij gessissent, & qui ob ignauīā à morte cruciabilē infelicēmq; vitā viuerent: vel in pollicitatione per glorię studiū accēdente animos ad virtutē, ad cuiusq; ætatē accōmodate. Itaq; tres erāt apud illos chori iuxta triplex ætatū discrimen, quib⁹ in festis simul cōstitutis, sonum chorus incipiens canebat.

Nos fuimus olim strennui iuuentuli.

Secundus in quo erant viri robuste ætatis, ita respondēbat.

At nos sumus, si vis, facito periculum.

Porrò tertius qui erat puerorum, ita canebat.

Præstantiores nos futuri olim sumus.

Quin insup apud illos erāt numeri, ad quos tē 15
perarēt incessum cōcitandis animis ad fortitudi-
nē, audaciā, mortisq; contēptū accōmodi, quib⁹
vtebant tū in choris, tū ad tibiā tendētes in ho-
stē: Siquidē Lycurgus rei bellicæ studiū cū musi-
ces studio copulauit, quo nimirū nimius bellādi Musicae ges-
tus.
ardor modulatione tēperatus cōsonantiā aptūq;
cōcentū haberet. Vnde mos erat vt in bellis rex
priusq; iniret præliū, musis sacrificaret, quo pugnā-
tes facinora æderēt, digna quæ scriptis honestaq;
memoria celebrarent. Nec permittebāt, vt quisq;
aliquid de veteri musica mutaret, adeo vt Terpā-
drum quū esset antiquissimus, & omniū eius æui
citharædorū præstātissimus, ægregiūsq; gestorū
heroicorū celebrator, tamē Ephori multauerint,
eiūsq; citharā arreptā paxillo affixerit, quod vnā
tantū chordā in ea præter necessitatē intēdisset,
ob vocis varietatē. Non enim probabāt modos
nisi simplicissimos. Ac Timotheū certātē in Car-
neis (id festū erat in honorē Carni cuiusdā vatis
institutū: Pausanias autē idicat apud illos Apol-
linē dici Carnion) ex Ephoris quidā arrepto ense
interrogaret, ex vtra citharæ parte incidi vellet
chordas quæ accesserāt vltra septē. Vt vbiq; gēs
illa frugalitatē colebat, luxum horrebat, metuēs
à maiorum institutis recedere, quod ex his fonti-
bus nasci soleat omnis rerū publicarū perniciēs.

i.iii.

16 Quin & sepulchrorum vniuersam superstitionem sustulit Lycurgus, permittens vt nō solum in tra ciuitatem humarentur cadauera, verum etiā am vt monumēta tēplis vicina haberētur. Submouit & funebres expiationes, nec concessit, vt quicquā vnā cum cadauere sepeliretur. Nam alię nationes si quid fuisset vitio charissimū, id mortuo addebant in sepulchro, damnosa simul ac ridicula superstitione, quasi mortui sentiāt aliquid: sed in puniceo amictu, & oleæ folijs ex æquo positos omnes sepeliri iussit. Venuit etiā titulos & inscriptiones addi monumentis, præterq̃ eorum qui in bello cecidissent. Sustulit autem & iustus & funebres nœnias, quas reliquorum hominum vulgus incredibili sumptu & apparatu, etiā per conductos ploratores celebrare cōsuevit magna specie dementiæ, quasi manium sit vllus sensus: aut si quid sentiunt, isdē rebus delectentur, quas in vita non iudicio, sed animi vitio dilexerunt.

17 Peregrinari illis concessum nō erat, ne morum peregrinorum vitæq; incōpositæ contagiū attraherent. Quin & peregrinos vrbe exigebant, ne paulatim inundantes mali cuiuspiā ciuibus extiterent magistri. Quisquis autem ciuium nō tulisset liberorum suorum iuxta patrios ritus institutionē, iure ciuium priuabatur. Rursus narrant quidam, quicumq; peregrinus Spartanae ciuitatis institutis sustineret exerceri, cū ex Lycurgi sententia, admitti in eam ciuilitatis portionem quæ fuerat à prisca ordinata. Cæterum vèdere ius ciuitatis nulli fas erat. Perspexerat vir ille prudentissimus, commercijs exterorum ac negotiatorū, ciuitates quamuis bene institutas corrūpi, q̃ ad

Superstitio
funerum.

Peregrini
mores.

nequitia omnes sunt magis dociles quam ad virtutē. Sed nulla mixtura perniciosior, quam quæ per imperij translationē prolationēve inuehitur. Sic influxu Græcarū nationum effœminata est Roma. Sic barbarorum commercio tandem & Sparta ex sanctissima facta est corruptissima: sic aliarum nationum admixtu effœminata est Gallia, non nihil etiam Germania.

Vicinorū famulis perinde vt suis vtī mos erat, ¹⁸
 si quando quis opus haberet. Itidem & canibus
 & equis, nili forsitan his tū op^o esset hero. Quin ^{Comunitas}
 & ruri si qua re quis egeret, a pertis foribus, &
 ablatis ab eo qui habebat ad vsum præsentē ac
 cōmodis, obli gnabat locū vnde abstulerat atq;
 abibat. Inter huiusmodi mores, vbi locū inueni
 ret insatiabilis auaritia? Vbi rapacitas aliena pro
 suis vindicantiū? Vbi supercilium ē diuistijs sum
 ptū? Vbi latronum immanitas ob aliquantulum
 nummotum viatorem ignotum & innocuū iu
 gulantium? Diceres hos germane Christianos, si
 pro Lycurgo Christū nacti fuissent legū latorē.

In bellis vtebantur puniceis tunicis, siue quod ¹⁹
 hic color videbatur illis aliquid habere virile: siue
 quod sanguineus coloris rubor plus terroris in
 cuteret bellorum imperitis: siue ne protinus con
 spicuū esset hostib^o, si quis vulnus accepisset, sed
 vtiliter lateret, ob vestem sanguini concolorem. ^{Callide}

Si quando stratagemate, hoc est callido consilio ²⁰
 superassent hostē, Marti bouem immolabant: sin
 aperto prælio, gallum: hoc pacto consuefaciētes ^{Consiliū in}
 belli duces, vt non solum fortes essent ad præliū, ^{bellis.}
 verum etiam callidis consilijs aduersus hostē in
 structi. Præclarius enim existimabant hostē in

genio citra sanguinem deijcere,quàm pugna ple-
runq; ytrinque cruenta.

21 Cū deos cōprecantur hoc votis addūt, vt pos-
sint iniuriam pati,quòd neminem iudicarent ad
gerēdum imperium,aut alioqui magnas res ob-
Tolerantia cundas idoneū, qui quauis iniuria cōmoueretur.

22 Sūma cōprecationis hęc erat,vt dijs bonis ad-
derent honesta,præterea nihil. Nō aliud petebāt
virtutis præmium quàm honestam famam,quū
multo alia sint aliarum gentium vota,nō solum
multiloqua,verum etiam inutilia,nonnunquam
& turpia à dijs postulantium.

23 Venerem quam illi vocant *μορφῶ*,armatā co-
lunt,quin omnes etiā deos deāsq; hac figura fin-
gunt vt lanceā teneant, hac imagine significan-
tes omnes esse bellica virtute præditos. Quoniā
nihil ducebāt turpius ignauia,nihil bellica virtu-
te pulchrius,specie tali pponebāt deos suos,qua-
les cupiebāt esse ciues. At cæterorū Græcorum
theologia faciebat deos otiosos, & quietos. eōq;
fingebāt illos gestu recubētū. Porro quū arches
typū omnis honesti petendū sit à numine,peris-
culosum est reip. tales facere deos, quales si quis
imiteretur,inutilis aut perniciosus sit reip. futurus.

24 Iam & prouerbio celebratū est apud illos,ad-
mota manu fortunam esse inuocandam,quo si-
gnificabant sic esse inuocandos deos,vt simul &
manum apponamus,& nostram addamus ope-
ram,alioqui frustra inuocari. Verum est numini
acceptum ferri oportere,si quid in actionib⁹ ho-
minū prospere cedit, sed non fauet numen otio-
sis ac pigris. Vult sua munera ad nos per nostrā
venire industriam,ne stultum videatur, si faueat

ipsius dona contemnentibus.

Pueris ostendebant seruos qui vino essent te- 25
mulenti, quo magis abominarentur ebrietatem,
videntes *quàm deforme spectaculum sit homo*
immodico madens vino, quanque dementi simi- *Temulência*
lis. Imò cogebant Helotes quamplurimum bi-
bere, deinde saltationes ineptas saltare, & car-
mina quædam ridicula canere. Ita quod alij pro-
lixo sermone vix persuadent, sobrietatē esse rem
honestissimam, ebrietate nihil esse homine indig-
nū, illi compendio ponebant ob oculos, sed in
mancipijs, ad quorū mores degenerare ingenuis
turpissimum est.

Mos erat apud illos, non pulsare fores atriorū, 26
sed voce foras euocare si quid vellent. Adeo ni-
hil clam geri volebant, sed propalam omnia.

Strigilibus quibus sudor abstergetur nō ferreis 27
sed arundineis utebātur in balneis: vt minus ope- *Parsimonia*
rosis, paruōq; parabilibus: nusquam non memo-
res frugalitatis ac parsimonix.

Comædias & tragædias nō audiebant, vt nec 28
serio, nec ioco quicquā audirent, repugnans legi-
bus. Leges enim prohibent supra, incestū & ad-
ulteria, prohibent dolos, iniurias, furta ceteraque
flagitia: at in fabulis talia poëtæ dijs affingunt.
Nec placuit illis quorundā excusatio, fabulas ad
voluptatē fingi, nō ad fidē veri. Voluptas ea cor-
rūpit imbecillū animos. Hæc ob causam Archi-
lochū poëtā quū venisset in Lacedæmonē, eadē
hora expulerūt, q̄ intellexerāt ab illo scriptum,
fati⁹ esse abiscere arma q̄ mori. Carmē sic habet
Scuto aliquis gaudet Saiorū, quod bene pulchrū
Deserui nolens inter opaca rubi.

Ille quidē clypeus valeat, quoniā mihi posthac
Illo haud deterior forsitan obueniet.

29 Virginibus ac pueris sacra erāt cōmunia, quo
vel sic puellæ ad masculinū robur proficerent.

30 Sciraphidam mulctarūt Ephori, quōd à mul-
tis erat iniuria affectus. Interpretabātur enim il-
lius ignauitā esse in causa, quōd cōplures auderēt
eundē ledere. Nā qui veterē impune fert iniuriā,
inuitat nouam. Si qui primus læserat delatus de-
disset poenas legib⁹, ceteri tēperassent ab iūria.

31 Scutiferū militē interemere, q̄ scuto nonnihil
purpurei panni intertexuisset. In tantū horrebāt
exemplū peregrinæ luxuriæ, non ignari ex mi-
nimis initijs, immedicabilem vitiorum colluuiē
inundare, eōq; tutissimum esse iudicantes prin-
cipijs obstare. Ob id in primos autores seuerissi-
me animaduertebant. Plurimum nocuit reipub.
quisquis fenestram vitijs aperuit.

32 Adolescentulum ex eorum numero qui exer-
cebantur, increpuerūt, quōd viam nossent quæ du-
cit in Pylæam: adeo studebant suos à peregrina-
tionibus ac rerū exoticarū cognitione seruare a-
lienos, ne per occasionē à patrijs institutis dege-
nerarēt: præsertim quū Arcadia, cuius est Pylæa,
luxu delicisq; barbaricis esset corrupta.

33 Ctesiphontem eiecerunt qui se profitebāt de
re quauis totū diem posse dicere, dicentes boni
oratoris esse, sermonē habere rebus parem. Nul-
la in re iustius putarunt adhibēdam frugalitatē,
quā in oratione, quā Hesiodus nō aliter q̄ pre-
tiosum thesaurum parcissime censet esse depro-
mendam ad vsū, non ad ostentationem.

Pueri apud illos in ara Dianæ cui ab indeiici-

Leuitas
praua.

Seueritas

Peregrini
mores.

Loquacitas

bili virtute cognomen Orthia, flagellis ex more totū diem cæduntur: itaq; frequenter durant ad mortem vsq; hilares ac læti, concertātes inter se de victoria, quis ipsorū diutissime fortissimēq; toleret verbera, victor cū primis celebris habetur. Hoc certaminis genus appellant *Σιαμασι γωσι*. Renouatur autē quotannis. Huius consuetudinis originē indicat Plutarchus in vita Aristidis. Cū Pausanias paulisper semotus à statione militū rem diuinā faceret. Lydi aliquot incurSIONE facta, sacrificiorū apparatus diripuerūt, quos ipse cū comitib⁹ suis comprehēsos, quoniā inermes erāt, lorīs cecidit. In huius facti memoriam fieri cœptū est Spartæ quod retulim⁹. Pausanias in Laconicis diuersam adfert huius cōsuetudinis causam. Quū Limnates, Cynosurēses, Mesoani, & Pitānenses Dianæ sacrificarent, in dissidiū venerūt, ex dissidio ad pugnā, adeo vt multis cadaveribus ara cōpleretur. Reliquos pestilentia consumpsit. Hinc proditū est oraculū, arā Dianæ humano sanguine expiandā esse. Cū igitur immolarent cuicumq; fors obuēnisset. Lycurgus eā matationē vertit in flagellationē adolescentulorū. Ita factū est, vt citra necem hominū ara sanguine humano expiaretur. Hoc exemplū vt imitari sit ineptū, ita nobis exprobrat immodicā indulgentiam erga pueros, qui sic in delicijs eos educamus, vt ad studiorū quoq; laborē sint inutiles, & omnis increpationis quīs blādæ impatiētes.

Hæc utcunq; æstimētur, vnū tamē quiddā ad honestatem ac beatitudinē conducens ciuib⁹ suis præstitisse videtur Lycurgus. Quid hoc? Affatim otij, propterea quòd sedentarias artes in totum

Pueritia
dura.

35
Ornū libes
tate.

attingere phas nō erat. Neq; prorsus op⁹ erat vltimo opificio negotioso operosōq; ad quæstū, posteaquam diuitijs in totum tum admirationē, tum honorem ademerat. Sed Helotes, hoc est mancipia colebant illis agros, fructūque reddebant a maioribus præfinitum. Sunt & hodie qui hoc exemplum imitentur, per seruos aut cōductitias operas, aut per eos quos ex liberis seruos faciunt pleraq; facientes, non vt ipsis interim vacet meditari meliora, sed vt otium habeāt bibendi, aut ludendi aleam.

36 Erat autem detestabile, si quis alicui pluris locasset agrum, quā erat præscriptū, quo simul & mancipia lucri gratia libentius inseruiret, nec ciues plus solito quærerent. Quanto consilio ea gens omnium vitiorum materiam in mancipia reijciebat, ab ingenuis arcebat, contrā quā reliquæ faciebant nationes, quæ liberis luxus, libidinis, auaritiæ, temulentiaeq; seminaria vindicāt, seruos ad paupertatem & frugalitatem adigūt.

37 Interdictum erat illis nauticā exercere, ac navalibus vti pugnis, tametsi post navalibus prælijs mari potiti rursus abstinerūt, quū perspicerent ciuiū mores corrūpi. Sed denuo ab hac sententia mutati sunt, quæ admodū in cæteris omnibus. Vbi pecuniæ sunt in Lacedæmoniorū regionē coniectæ, qui eas importarāt morte damnati sunt. Siquidē Alcameni ac Theopompo regibus hoc oraculū erat redditum. Pecuniarū amor Spartam perdet. Nihilō secius tamen Lyfander deuictis Atheniensibus, magnam aurī argentiq; vim inuexit, nec solum pecunias receperunt, verum etiam ipsi viro honos est habitus. Proinde

Pecunia pe
Rifera res.

Sparta donec Lycurgi legibus vteretur nec à iu-
 reiuuando recederet, sexcentis annis in Græcia pri-
 mas tenuit & legū æquitate & gloria. Cæterum
 quū ab his paulatim defluerent, inundaretq; ob-
 iter diuitiarū amor & auaritię malum: nō solum
 ob hæc decreuit illorū potentia, verū etiam quib-
 us antea socijs & amicis in bello fuerāt vsi, eos
 inimicos habere cœperunt. Porro quū ita se ge-
 rerent, tamē post Philippi Macedonis in Chero-
 nea victoriā, quanquā Græci cæteri omnes illum
 imperatorem terra pariter ac mari declarassent,
 ac post hunc Alexādrum filium, euersis Theba-
 nis, soli Lacedæmonij tametsi ciuitatem haberēt
 nullis cinctam muris, essentq; nō modo perpau-
 ci propter assidua bella, sed multo q̄ antea imbe-
 cilliores captu faciles essent facti, quoniā adhuc
 seruabant admodum exiguas quasdam Lycuro-
 gicarum legum scintillas, non se præbuerūt bel-
 li socios, neq; cæteris Græcis, neq; post Macedo-
 nicis regibus, neq; in commune cum illis conci-
 lium venerunt, neq; tributū pendere coacti sunt,
 donec per omnia cōtemptis Lycurgi legibus, à
 proprijs ciuibus tyrannide oppressi sunt, ita vt
 nihil iam reliquū esset patrię institutionis, sed re-
 liquorū similes effecti, & gloria, & libertate quā
 prius obtinuerant exuti sunt, & in seruitutem
 traducti: ac nūc quemadmodum cæteri sub Ro-
 manorum viuunt imperio. Graue documentum
 vniuersis, imperia virtute parari, auaritia, luxu-
 ria, delicijsq; vel perire, vel verti in tyrannidem.

ΑΡΟΡΗΘΕΓΜΑΤΑ ΛΑΚΑΕΝΑΡΥΜ.

Archileonis Brasidæ mater, post obitum filij
 quū Amphipolitæ quidam venissent Spartam,

Degeneras-
 tio.

X

eamq; inuiferent, percontata est num honeste & vt Spartano dignū erat occubuisset, illis iuuenis virtutem amplificantibus ac dicentibus eū in bellicis negotijs Lacedæmoniorū omniū esse præstantissimum, respondit. O hospes, honestus quidem ac strenuus erat filius meus, sed multos illo præstantiores habet Lacedæmon.

Habetur f.
28. ap. 22.

- 2 Gorgo Cleomenis regis filia, quā Aristagoras Milesius Cleomenem ad bellū pro Ionibus aduersus regem Persarum suscipiendū hortaretur, magnam pecuniarū vim pollicens, quantōq; magis ille recusabat tāto plus adderet pmissæ summæ. Pater, inquit, corrupet te hic peregrinulus, ni ocys eum ædibus extruseris. Vbi nunc sunt qui dicunt, auarum mulierū genus, quum Gorgo pro hortatrice patri fuerit dehortatrix.

Pecunia cō
tempta.

- 3 Eidem quū pater aliquando mandasset, vt cuiusdam mercedis nomine daret frumētū, & elogiū addidisset, docuit enim me vinum reddere suauius. Ergo, inquit, o pater, & vini plus bibetur, & qui bibent deliciores deteriorēsq; reddentur. Quis satis prædicet hanc puellam & sene, & viro seueriore? Atqui solet hic sexus maxime capi rebus suauibus.

Simile ha
betur atq;
f. 25. ap. 43

- 4 Eadem quū videret Aristagorā à quopiā è famulis calceari. Quid inquit, pater? Hospes iste manus nō habet? Existimabat non ferendas viri delicias qui in eo abutebatur famuli opera, quod ipse suis manib⁹ facere sibi poterat. Et nō pudet quosdam quibus vestiēdis comēdisq; vix decē famuli sufficiūt? Opus est famulo qui ventrē exoneraturo soluat ligulas, qui foenū aut lanā porrigat extersuro, ac mīnimo minus qui abstergat.

Seuere.

Cum hospes quispiam molliter vestem prælongam duceret, protrusit hominem, dicēs: Non tu hinc abis, qui nec ea possis quæ sunt fœminarum? Mulierum est laciniosis & in humum defluentibus vti vestibus: quin & caudas admodū longas interdum trahunt, nec tamen grauantur onere, aut succingunt.

Gyrtias quū Acrotatus qui illi erat ex filia nepos, ē quadam puerorum pugna multis acceptis plagis domū pro exanimi relatus esset, plorantibus cæteris familiaribus ac notis, Non tacebitis inquit? Declarauit cuius esset sanguinis. Addidit fortes non esse compiorandos sed sanandos.

Cum illi ē Creta nūtius esset allatus de morte Acrotati, cū ad hostes, inquit, proficisceretur, nōne futurū erat, vt aut ipse morerē, aut illos occideret? Iucundius autē est audire quod mortuus est, vt & ipso, & ciuitate, & progenitoribus dignum erat, q̄ si iners & imbellis per omne eū viueret. Solent auīa tenerius & impotētius amare nepotes suos quā ipsæ matres. Et vbi nunc sunt quæ in morte liberorum confugiunt ad laqueum, quū Gyrtias nepotem & seminecem lūgeri vetuerit, nec eūdem flendum putarit, quod fortiter pugnans interisset?

Damatria quū accepisset filiū ita se gerere in bello, vt tali matre videretur indignus, domū redeuntē interemit. Qua de re hoc fere epigrāma. Transgressum leges mater Damatria natum

Ipsa Lacæna necat, non Lacedæmonium.
Hoc facinus propius accedit ad barbaricam immanitatem, quā ad fortitudinem. Vtile tamē exemplum est, ad exprobrandā vulgo matrū nē

miam in liberos indulgentiã, quæ ob hoc ipsum
sæpe impotentius amant eos, quòd sint nequitia
corruptissimi.

- 9 Altera quædam Lacæna filium qui deserto in
acie loco fugerat vt patria indignum interemit,
dicens, Haud meum est hoc germẽ, in quam hoc
extat epigramma.

Fortiter.

Germen iners abeas ad tartara, tẽq; perosus
Eurotas ceruis nec det aquam timidis.
Ignauus catulus, mala fors, hinc vade sub orcum.
I, Sparta indignus, quem nec ego peperì.
Alia quædam quum filiũ audisset fortiter in acie
cecidisse, ait.

Habetur
ante folio.
60. ap. 28

Plorentur timidi, mi inſletus humabere nate,
Et matre hac vere dignus es & patria.
Hoc ante tributum est Tynnicho, quod tamen
Philelphus separatim commemorat.

- 10 Alia quædam vt audierat filiũ incolumẽ, sed fu-
gisse ab hostibus, scripsit illi: Malus rumor de te
sparsus est, aut hũc dilue, aut ne sis, Præstabilius
iudicauit mori, quàm cum ignominia viuere.

Rustice.

- 11 Alia rursus quũ filij qui è prælio fugerãt, ad ipsã
venirent, quò, inquit, itis, ignaua & fugitiua mã-
cipia? & ostenso ventre, num huc, inquit, denuo
subituri vnde emerſistis? Hoc apophthegma cy-
nica dignum est.

Fortiter.

- 12 Quædã filiũ ad se venientẽ cõspicata, p̄cõtata
est quid ageret patrias quũ respõdisset, periere
omnes, laterem coniecit in illũ occiditq; dicens.
Te igitur nobis misere mali nuntiũ? Vita puta-
uit indignũ, qui cũ suis perire nõ sustinuisſet.

Animosè

- 13 Cuidã qui matrì narrasset quàm generose fra-
ter occubuisset, Proinde an non turpe est, inquit,

tibi nō contigisse illi esse comitem?

Quædam filios quos habebat quinq; posteaq; 14
in bellū emiserat, ante suburbū stabat expectās
quis esset belli exitus. Vt accessit quispiā nuntiās
filios illius omnes occubuisse, non istuc percon- Fortiter,
tabar, inquit, ignauū mancipiū, sed quid ageret
patria. Is cum respondisset, a patria stetit vi-
ctoriam. *Libenter igitur, inquit, accipio filiorum*
interitum. Egregia mulier priuatū in liberos af-
fectum, publicē in patriam pietati posthabuit.

Quædā sepeliebat filiū, ad eā quū vilis ancilla 15
quædā accessisset, dicens: Heu fortunā ō mulier:
illa subiecit, per geminos, inquit, bonā equidē ar- Fortiter.
bitror. Siquidē cuius gratia filiū peperī, videlicet
vt pro Sparta moreretur, id mihi cōtigīt. Fortissi-
mā mulier ancillæ deplorationem vertit in gra-
tulationē. Huius meminit Marcus Tullius Tu-
sculanarum quæstionum libro primo.

Quū mulier quædā Ionica de texto quodā suo 16
vt pretioso gloriaret, Lacæna ostēsis quatuor fi- Grauites,
lijs quos habebat moribus cōpositissimis, huius
modi, inquit, decet esse honestē probæq; mulieris
opa, deq; his tollere anios & gloriari. Iones opo-
sis texturis vacāt, quæ varia picturarū habēt ar-
gumēta. *At Spartana docuit nullū op^o esse præ-*
clari^o, q̄ si filios honestis morib^o istituat. His enī
melius ornari patriā, q̄ auleis, aut vestib^o Ionicis.

Alia quū accepisset quòd filius peregre agens, 17
inhoneste se gereret, scripsit illi, Malus rumor de
te sparsus est, hunc tollito, aut ne esto.

Similiter quum Chij exules venissent Spartā, 18
multis nominib^o inculabant Pædaretū. Eos ma-
ter Teleutía ad se accersijt: ex his vbi cogno- Scietis,
k.ij.

uisset quæ filio objiceret, videreturque filius in culpa esse, scripsit illi in hunc modum, Mater Pædareto, vt aut melius viueret, aut illic maneret, desperans se Spartaë esse incolumem. Virago mortem minata est filio, ni mores corrigeret suos.

- 19 Altera filio iniuriarum postulato, aut crimine, inquit, fili, aut vita teipsum libera. Mater in filium seuerior quam iudex, quæ extinctum malebat, cum ignominia viuam.
- 20 Alia filium claudum in aciem proficiscentem deducens, fili, inquit, singulo quoque gradu fac virtutis memineris. Alijs claudicationis vitium solet formidinem incutere: at hæc monuit vt ex ipso vitio sumeret animos ad rem fortiter gerendam, ita cogitans nihil est in fuga præsidij claudum, aut vincendum est, aut moriendum.
- 21 Alia quam illi filius redisset ex acie, atque ex vulnere pedis vehementer doleret. Si virtutis, inquit, memineris o fili, non solum non dolebis, verum etiam bono futurus es animo. At vulgus matrum solet filiorum dolorem suis querimonijs & lachrymis exasperare, hæc animauit ad doloris tolerantiam.
- 22 Lacedæmonius quidam sic in bello vulneratus vt ingredi non posset, sed quadrupedum more ambulare, quum ob id derisus erubesceret, à matre reprehensus est his verbis, Quanto præstabat fili de fortitudine gaudere, quam de stulto risu perdescere? Simile narrat Cicero de matre Sp. Caluidij, verba mulieris sumens ex apophthegmate quod paulo ante præcessit.
- 23 Alia clypeum imponens filio sic illum adhortata est. Fili, aut hunc, aut super hunc: Laconica breuitate sentiens sic rem gerendam in bello,

aut vt victor clypeum referret, aut mortuus in eo domum reportaretur.

Alia rursus filio ad bellum proficiscēti clypeū 24
imponens, hunc, inquit, tibi pater semper serua- Fortiter.
uit, proinde tu fac serues eundem, aut ne sis.

Alia filio dicenti q̄ breuē haberet gladiū: Tu, 25
inquit, adde gradū: significans nihil obfuturā gla- Argute.
dij breuitatem, si propius ad hostem accederet.

Alia quā audisset, quōd filius fortiter in prælio 26
se gerens occubisset: Nimirū, inquit, meus erat, Fortiter.
Non deplorauit mortem filij, sed de virtute si-
bi gratulata est. Contrā quum de altero audisset
quōd ob timiditatem prælium detrectās saluus
esset. Nimirum, inquit, nō erat meus, sentiens nō
esse habendos pro liberis, qui a parentum insti-
tutione degenerassent.

Alia cum audisset filium in prælio cæsum, de- 72
ponite illum, inquit, vt erat in ordine locatus, Fortiter.
eiusque locum expleat frater. Tale robur animi
quā in paucis reperias viris. Non metuit orbi-
tatem, modo vita patriæ impenderetur.

Alia quum in publica solenniq̄ pompa audis- 28
set filium in prælio quidem tulisse victoriā, sed ex Fortiter.
vulnerū multitudine mori, coronā non deposuit,
sed glorians comitibus dixit: Quanto pulchrius
est amice, in acie victorem occumbere, quā in
Olympijs parta victoria viuere. Quantū hæc vi-
rago dissensit a cæteris mortalib⁹, quib⁹ persua-
sum erat, dijs proximum esse in Olympijs ferre
palmam, quum ibi non ageretur certamen virtu-
tis, sed artis & impendiorum: tum nihil esse ter-
ribilius morte, neque quicquam esse tanti, quod
uitæ iactura sit emendum: Hæc nullā existimas

uit victoriam speciosiorē, quā quę patrię quæreretur, nec vllam mortē optabiliorē, quā quę cum hac laude contigisset.

29 Quum quidam forori suę narraret quā fortiter ipsius fili⁹ in prælio occubisset, q̄tū, inquit, illa, de filio cepi voluptatis, tantum tuam doceo vicem, qui a tam honesta societate defeceris.

Simile itea
to. 63. ap. 13

30 Quidam Lacænā misso nūtio sollicitauit, num assentiretur vt ipsi sui faceret copiam. Cui illa re spondit. Quum essem puella, parenti obedire dīdici, idq; teci, mulier autē facta viro. Itaq; si mē inuitat ad honesta, viro meo primū rem aperiat.

Pudice.

Virgo quædam paupercula roganti quā sponso dotem esset allatura, pudicitiam, inquit, a maioribus traditam. Generose professa est eam esse pulchre dotatam, quę mores incorruptos adferret ad nuptias.

32

Pudice.

Lacæna rogata num ad virum accessisset, nō inquit, sed ille ad me: significans sese non libidinis causa commercium habere cum viro, sed parentibus ac legibus obtemperantem. Turpissimum enim esse fœminæ, si virum ad coitum sollicitet.

33

Fortiter.

Virgo quædam clanculum corrupta, foetū extinxit, tam interim patiens dolorū, vt nullā æderet vocem, adco vt parturiens & patrem, & alios qui aderant falleret. Nam magnitudinē cruciatu turpitudō cū honestate cōiuncta superauit. Generosi animi erat quòd ignominiam pati nō posset: factū ipsum habebat turpitudinē, quam vt effugret, nixus in quibus aliæ mulieres solent miseræ voces ædere, silentio perpeffa est.

34

Generose.

Alia quū venderetur interrogata quid sciret, fidelis, inquit, esse, Existimabat fidem in famula

quotis opificio esse melius.

Alia similiter captiua quā interrogaretur, quid sciret, probè, inquit, regere domum. Et hæc non vulgaris ars est in muliere. 35

Quædā à licitatore interrogata nū esset futura pba si ipsam emeret, etiā, iquit, si me nō emeret. 36

Alia quā in auctione præco rogaret illam quid sciret, libera, inquit, esse: significans sese captiuam quidem esse, cæterū ad illiberalia iussa non parituram. Itaque quum emptor imperasset quædā non cōuenientia liberæ, plorabis, inquit, qui tibi ipsi talem inuideris possessionem, mōxq; sibi necem consciuit. 37

Habetur ante de viro f. 59. ap. 36
Simile habetur de viro. f. 59. ap. 34.

Agēsistrata quā Agidem filium exanimē iacētē videret, exosculata faciem dixit, nimia tua ô fili bonitas, nimia mansuetudo & humanitas te simul & nos perdidit. Moliebatur enim Agis facinus sanè præclarum, sed inuidiosum: nimirū vt degenerantes Lacedæmoniorū mores ad priscam illam seueritatem reuocaret. Interim dum studet offendere neminem, & gratificari omnibus, semet ipsum in exitium coniecit. 38

Eadē laqueo guttur inserens, in hoc tantū inquit, Spartæ utilis fui, Doluit generosæ fœminæ, quòd filio non licuit de patria quemadmodum voluit bene mereri. 39

Pietas in patriam.

Cum Thebani irrupissent in Laconicā & inter captiuos captiuasq; multos etiā abduxissent helotas, iusserūt illos Terpātri, Alcmanis, ac Spondonis Laconica carmina canere: illi recusarūt, dicētes id nolle filias heriles, adeo pl' apud illos valet cōcaptiuarū puellarū autoritas, q̄ iussa victoris, Hinc pbarūt quidā esse verū quod vulgo dicitur. k. iij. 40

Seruarum turba.

- cereſ, liberū Spartę maxime liberū eſſe, cōtrā ſer-
uū maxime ſeruū. Ita Plutarch⁹ in vita Lycurgi.
41 Theanō veſtē induēs caſu brachiū nudauit, cui
dam autē dicenti, ō pulchrū brachiū, at nō publi-
cū, inquit. Admonens vni pulchrū eſſe, nō cuius,
& laudatoris illius intemperatiā notans, qui alie-
ni corporis nimium curioſus ſpectator eſſet.

APOPTHHEGMATA CHILONIS
LACONIS.

- I Nō dubiū eſt quin Chilo Lacedęmoni⁹, qui ſerē
vn⁹ de numero ſeptē Gręcię ſapiētū, in apoph-
thegmatis Laconicā indolē retulerit, quanquam
ſcriptorū, vt opinor, vitio, nō habēt eandem gra-
tiam quę illi tribuūtur. Diogenes Laęrtius hęc
illi aſcribit. Fratri querēti quōd Ephorus ipſe nō
crearetur, quū ille eſſet. Ego, inquit, iniuriā ferre
nouī, tu nō: ſignificans neminē eſſe idoneū magi-
ſtratui, qui non poſſit diſſimulare multa præter
aquū & bonū facta, iuxta illud, ἀρχὴν ἀκουσθῆναι
καὶ δίκαιως καὶ δίκως, id eſt, Princeps aqua
& iniqua pariter audias.

Idē tribui-
tur alteri.
Moderate.

Viciſſitudo
rerum.

- 2 Ab Œſopo interrogatus quid ageret Iuppiter,
reſpōdit, excelsa deprimat, depreſſa extollit, indi-
cans arbitrio numinis res hominum ſurſum de-
oriūm volui reuoluique.

Virtutis
præmia.

- 3 Interrogat⁹ qua re docti præcellerēt idoctos,
bona, inquit, ſpe, Doctos autē appellabat, hone-
ſtis legibus ac moribus institutos, & iuxta rectā
inſtitutionē vitā agentes. Hi cæteris rebus pares
hoc vno ſuperant improbos, quod poſt hęc vitam
ſperant recte factorum præmia. Nam Lacones
exiſtimabant egregios viros poſt obitum in vi-
tam beatam tranſlatos fieri diuos.

Dicere solet, quod Lydius lapis est auro, id au-
rum esse homini. Lapis enim index affricu pro-
dit quale sit aurum, ipsum autem aurum arguit
quale sit hominis ingeniū, iuxta illud, Magiltra-
tus virum arguit.

Iam grādauius dicebat se sibi nullius facti cō-
sciū esse, cuius pœniteret, vno excepto, quod quū
esset ascitus arbiter vt inter duos amicos finiret
cōtrouersia, nec quicquā vellet aduersus leges fa-
cere, persuasit alteri amico, vt ad alios deferret ar-
bitriū. Hoc pacto & legē seruauit & amicū. Hic
scrupulus nonihil mouebat senis animū, quod p-
fecta virtutis fuisset, nullo metu à regula legum
desseclere, nec illius amicitia magnifacere, qui ob
sententiā secundū leges nō secundū ipsum datā,
desineret amicus esse. Quid illa sanctius anima,
qui per omnem vitam quæ illi longa cōtigat hoc
tantum criminis admisit?

Quidam quorū est A. Gellius, huic tribuūt &
illud, Sic ama tanquā osurus, sic oderis tanquam
amaturus, Hoc dicto admonuit nec similtates tā
acriter exercēdas, vt præcludatur omnis in gra-
tia reditus, nec amicis adeo fidendū, vt illis com-
mittas, quo si fiant inimici possint te perdere.

Docebat neminē conuitijs laceffendū, ne si di-
xerimus quæ lubet, audiam⁹ vicissim quæ dolēt.
Habet enim & maledicēdi morbus suā volupta-
tē, sed quæ plerunq; male audiēdi summo dolo-
re pēsatur. Huc allusit M. Tullius Salustio com-
minans fore, vt si quam voluptatem maledicens-
do cepisset, eam male audiendo perderet.

Dicebat, non cōmittendum vt lingua præcur-
reret animum: admonens prius cogitādum quid

Lingua præcepta. loquaris, quàm lingua prorumpat in verba. Nescit enim vox missa reuerti. Cogitatio prior potest corrigi posteriore meliore vt habet prouerbi-
um, vox non item.

Lucrū turpe. 9 Damnum aiebat turpi lucro præferendum. Nā illud semel dolere, hoc semper. Lactura rei facile sarciri potest, fama contaminata vix vnquam diluitur. Res amissa exiguo tempore dolet, sceleris conscientia semper cruciat animum. Itaq; lucrū scelere partum, damnum est non lucrum.

Ad vīuā tā. 10 Non esse tentanda quæ fieri nō possunt. Quædam honesta sunt ac magnifica, sed magno reip. malo tentātur, si nequeas perficere. Atq; hæc est præcipua pars boni consultoris, dispicere nō solum quid per se optimum sit, sed quid pro temporum ratione possit obtineri.

Silentium. 11 Rogatus quid esset difficile, arcanū, inq; reticere. Tanta est linguæ omnium maxime volubilis incontinentia, quum alioqui nihil videatur facilius quàm silere.

Loquacitas in conuiuio. 12 Idem præcipiebat, linguam quū aliās semper, tum præcipue in conuiuio continendam, quod illic cibus & potus inuitet ad intemperantiā. Porro vbi plus est periculi, ibi maior est adhibenda cautio.

Minæ inuites. 13 Nulli minandum esse, non solum quod id minus videretur esse potius quàm virorum, verū etiam quod minitari ei cui velis nocere, est inimicum admonere vt sibi caueat, tibiq; ipsi lædēdi facultatem adimere. Amicis autē minari, parum est humanum. Recte tamen minamur quoties aliquem hoc remedio correctū esse cupimus, & hac poena decreuimus esse contenti.

Promptius ad amicorum aduersam fortunā, 14
quā ad res secundas accurrendum. Rebus pro- Amicus vobis.
speris aduolant quilibet, etiam minus amici: qui
adsunt reflante fortuna, hi vere sunt amici.

Vxorem humilem modico apparatu ducendā, 15
ne pro cōiuge dominā accersas domū. Sat enim
dotata venit puella, quæ pudicitiam & honestos Vxor humilis.
mores secū adfert. Proinde hoc erat vnū ex Laco-
nicis institutis, vt virgines sine dote nuptū irent.

Vetabat de mortuis male loqui, quod ignauū 16
videretur eos incessere lingua, qui respondere nō
possunt, ac turpe esset cū vmbri ac laruis lucta- Mortuis parcendū.
ri. Nam id est quodammodo sepultum refodere.

Docebat honorem à iunioribus habendum se- 17
nectuti, vt ipsi facti senes ab alijs habeantur in Senectus ha notanda.
pretio. Ea res geminam habebat vtilitatem. Si-
quidem vt senum autoritas ac reuerentia tēpera-
bat ætatem lasciuam à peccando, ita senes caue-
bant ne quid committerēt quo iuuenibus vel ob
ineptiam ludibrio possent esse, vel ob turpitudi-
nem perniciosi: sed inter omnes iuuenes omnēsque
senes ea esset reuerentia, quæ inter parentes ac
liberos.

Admonebat secundis rebus elato non applau- 18
dendum nec arridendum. Infelix felicitas est, quæ Insolentia.
hominem reddit insolentiorē, eoque non plausum
meretur, sed lachrymas. Grauiusque peccat quido-
cent insolentiam, quā qui vtūtur. Sæpe populus cla-
mat in auaritiā ac tyrannidē principū, quum
ipse doceat illos hæc vitia. Quidam codex Græ-
cus habebat *ἐτυχοῦντι μὴ ἐπιγελαῖν*, id est, in
felice nō esse irridendū, siue infelici nō insultādū,
id enim extremæ est inhumanitatis.

- 19 *Moderate.* Docuit potentiae adiungendam mansuetudinem, ut a suis non tam metum extorqueat, quam impetret reuerentiam. Reuerentiae comes est amor: metus, odium. Amari autem non solum honestius est, verum etiam tutius.
- 20 Admonebat ut suae quisque domui bene praesideret. Primam enim curam debemus familiaribus: nec idoneus videtur administrandae reipublicae, qui priuatam recte gubernare nescit. Domus enim nihil aliud est quam parua ciuitas.
- 21 *Ira.* Vincendam iram, quod is affectus sit caeteris potentior, quam superare fortius est, quam hostem armatum deicere: nec minus exitij mortalibus sit ab ira, quam ab hoste.
- 22 *Diuinationis.* Diuinationem non esse detestandam, quod hanc deorum munus esse crederet, quae ratione percipi posset ab homine insigni virtute praedito. Nam ipse praedixisse fertur futurum, ut ex insula Cythera summum malum oriretur Lacedaemonijs, cuius situm naturamque cum didicisset, *Vtinam,* inquit, haec aut nunquam fuisset, aut simul ut nata fuit, subuersa fuisset. Nam Demaratus Lacedaemone profugus Xerxi suaserat, ut in ea insula classem haberetiae plane Graeciam subegisset Xerxes, si Demarati consilium fuisset sequutus. Post Nicias ea potitus statuit illic praesidium Atheniensium, & Lacedaemonios multis cladibus afflixit.
- 23 Fertur & hoc illius nomine, in via non prope-
randum. Ex incessu colligitur animus, praecipit arguit praecipitem, nimium letus ignauum. Decet autem in publico compositis esse moribus. Fortasse deterruit a praecipiti consilio.
- 24 Huic simillimum est, inter loquendum non esse

mouendā manū. Id enim esse vecordiū. Vnde & Mores i publico.
 in Hebræorū prouerbijis est, Stultū digito loqui.

Monuit obtemperandum legibus: hoc ad principem 25
 præcipue pertinet, qui se credunt nō teneri legibus. Nec aliunde magis florent res pub. q̄ si Legum autoritas.
 legum vigeat autoritas. Nec ibi tyrānis oriri potest, vbi ex arbitrio præscarum legum geruntur omnia.

Dicebat adamandam esse quietem, quoties datur 26
 honestum otium, iuxta illud, *ἡσυχία καλὸν* Otium.
 Nihil enim vel tutius, vel iucundius. Nullum autem negotium periculosius q̄ bellum.

Quin & illud huic ascribitur, Caue tibi ipsi. 27
 Fortasse legendum, caue te ipsum, siue à teipso, si Cautio sui.
 ue obserua te ipsum, Nam Græce est, *φυλάττω*
ἑαυτὸν, vt admoneat sibi quæq; debere suspectū esse. Omnes sibi cauēt ab alijs, at frequēter nemo magis hostis est homini, q̄ homo sibi, dum libidinem, dum iram, dum ambitionem aliâsq; cupiditates adhibet in consilium. Demiror autem quæ autorem sequutus Ausonius hæc illi ascribat.

Ita moderandam vitam, vt nec inferioribus sis 28
 terrori, nec superioribus despectui. Metui à subditis tyrannicū est: negligētiæ vero est, sic agere, Amarī sine contemptu
 vt à maioribus contēnaris. Hoc & ad ætatē referri potest. Sic temperandi mores, vt à iunioribus ameris potius q̄ timearis, à maioribus nō contēnaris. Immodica seueritas parit terrorē: somnolentia, vinolentia, incogitantia similiâq; vitia gignunt contēptum. Potest & ad fortunā accommodari, quæ si sit vehementer ampla, parat qui metuunt citius, quàm ament aut reucreantur: sin humilior, patet contēptui. Mediocritas igitur

hic quoque est optima. Ausonij carmen sic habet.
Nolo minor me timeat, despiciatque maior.

29

Mors quatenus
contem-
nenda.

Præterea sic esse contemnendam mortem, vt nihilo fecius curam habeas incolumitatis. Non enim est fortitudinis, sed amentix, semet temere in vitæ discrimen conijcere: sed quoties aut incuitabilis necessitas vrget, aut grauis honestaque causa suadet, mortem contemnere fortis animi est. In morbo non est metuenda mors, sed interi adhibenda curatio mediocris. In bello sumendus est animus ad mortem paratus, sed interi fortiter pugnandum pro victoria. Ausonij carmen sic legendum arbitror. Viue memor mortis, vt sis memor & salutis.

Potest autem & hic accipi sensus, Hactenus memineris te moriturum, vt abstineas a vitijs curisque peruacaneis: sed interim perinde quasi diu victurus sis, ea cures quæ ad honestam beatamque vitam pertinent. Multos mortis consideratio deterret ab honestis actionibus, contra mortis obliuio multos inuitat ad licetius peccandum. Potest & sic intelligi, Ne sic metuas mortem, vt viuas anxius ac tristis, sed vitæ spes mortis horrorem temperet. Hæc sensum indicat carmen quod sequitur.

Tristia cuncta exuperans aut animo aut amico.

Amicus
solitor.

Hæc vita præterquam quod multis miseris exposita est, nihil habet tristius quam quod mortem habet certissimam, diem mortis incertissimum. Sed omnia superanda sunt, aut animi fortitudine, aut amicorum alloquijs. Nullum enim in dolore remedium præsentius, quam curas æstusque animi in amicorum sinum effundere, quorum & consolatio, & communis dolor maximam mali partem tollit.

30 Beneficij dati obliuisci decet, accepti meminif.

se. Vulgus hominū contra facit. Si quid cui bene fecerunt, & sine fine prædicāt, & sine modo exaggerant: si quid in ipsos collocatū fuerit officij, mox aut obliuiscuntur, aut dissimulant, aut eleuant. Carmen Ausonij sic habet.

Tu bene si quid facias, non meminisse fas est.

Eidem hanc tribuit sentētiam, optabilem esse senectutem iuuenilem, molestā esse iuuentutem senilem. Maxima malorum pars ob quæ male audit senectus, a vitijs hominum proficiscitur. Habet autem ex sese nōnulla commoda, plurimarū rerum vsum ac memoriam, cōsulendi facultatē, reuerentiam & auctoritatem: hæc si adsint commoda, absintq; incommoda, ea senectus optabilior est multorum iuuentute, vitijs & inertia marcente. Videas autem in nonnullis iuuenibus senilem imbecillitatem, senilem somnolentiam, senilem ignauiam, senilem morositatem: horum iuuentus peior est senectute. Nam quum senecta careant, senio tamen abūdāt. Ausoniani versus sic habēt. Grata senectus homini, quæ parilis iuuentæ. Illa iuuentus grauior, quæ similis senectæ.

Plinius & illud oraculi vice celebratū ascribit Chiloni, ἰγγύα, παρὰ δ' ἄτη, sponde, sed noxa præsto est.

Aulus Gellius Noctium Atticarū Lib. 1. Cap. 3. ascribit illi quod dicā, idq; autore Plutarcho in libro de anima: quendam prædicantē, sibi nullum esse inimicum, rogauit, an vllum etiam haberet amicum, sentiens amicitias & inimicitias inuicem sese cōsequi, nec fieri posse, quin qui multos habet amicos, cōplures habeat & inimicos. Sit hic huius conuiuij secundus missus, si videtur, cui

Amicitia tū
et a inimicis
lib.

subijciemus philosophos, nō omnes, ne nullus sit finis, sed aliquot eximios, vt varietas excludat lectionis tædium. Quōd si quem huius patinē maior auiditas tenet, huic Diogenes Laërtius facile stomachum explebit, si modo non habeat nimis fastidiosum.

LIBER TERTIVS.

Socratica.



AD LAONICAM INDOLEM mihi proxime videtur accedere Socrates, nō tantū integritate morū, decretis ac dictorū sale, verū etiam tolerantia, vt dicas patria quidem Atheniensem, ingenio vero Spartanū, nisi quōd Laconicā breuiloquentiā nō affectauit, magis studens virtutē persuadere q̄ præcipere. Ad id potissimum vtebatur similibus & inductionibus, quas Græci vocant *ἰσορροπίας*, cui generi non conuenit illa Laconica breuitas. Vt autem hac parte vincitur à Lacedæmonijs, ita sanctitate dictorum superat illos, quorum aliquot recensere non ab re fuerit.

1 Dicebat, deos omnium optimos ac felicissimos, ad horum similitudinem quo quisque propius accederet, hoc & meliorem esse & beatiorē. Si corrigas vnus vocis numerum, nihil dici potest Christianius.

2 A dijs nihil petendum, nisi bona simpliciter, quum vulgus petat bene dotatam vxorē, opes, honores, regnum, longam vitam, quasi prescribē.

Deus imitā
dus.

Vota qualia

tes numini quid oporteat facere. At deus optime nouit, quid nobis bonum sit, quid non.

Sacrificia volebat quæ minimis impendijs constare, quod dii, ut non egent rebus hominū, ita magis spectant affectus immolantium, quam diuitias. Alloqui quum improbissimi quique maxime abundēt diuitijs, actū esset de rebus humanis, si malorum potius quæ bonorum victimis delectaretur. Eoque versum hunc magnopere probare consuevit, καὶ δὲ ὑναμίπ' ἀ' ἐρ' εἰς ἡ' ἀθ' ἀνέροισι θεοῖσι. Hoc dictum & ad nos Christianos pertinet, qui immodicis impendijs ornamus templā, peragimus sacra & parentalia, gratius facturi deo, si quod ultra frugalem mundiciem superest, fratribus egenis erogaremus. Eandem frugalitatem adhibendam docuit in excipiendis hospitibus, eodem utens versiculo, καὶ δὲ ὑναμίπ' ἀ' ἐρ' εἰς ἡ'.

Quum admoneretur ab amico, quod excepturus hospites admodum tenuē fecisset apparatus, Si boni sunt, inquit, satis erit: sin minus, plus satis. 4 Argute.

Docuit abstinendum à cibis, qui non esurientem incitarent ad edendum: & à potu, qui non sitientem inuitaret ad bibendum. His enim rebus non est utendum, nisi quatenus corporis necessitas exigit. 5 Frugalitas

Dicebat optimū condimentū esse famem, quod & optime edulcaret omnia, & nullius esset impediens. Vnde ipse semper iucunde edebat ac bibebat, quia neutrum faciebat nisi esuriens ac sitiens. 6 Frugalitas.

Quin & ad famem ac sitim tolerandam exercebat sese: post sudorem enim è palæstra collectū, quum alij potum vehementer appetunt, nunquam bibebat de primo cratere: rogatus quam ob rem id faceret, ne consuescā, inquit, obsequi affectibus, 7 Affectus exhibiti.

Interdū enim licet sitias,noxium est bibere.Hic quum ratio suadet abstinentiam, affectus hortatur vt bibas, magis obtemperādum est rationi.

8 Dicebat eos qui se ad continentiam ac frugalitatem exercuissent, & longe plus habere voluptatis,ac minus dolorum,quā qui summa cura vndiq; pararent oblectamenta:quòd voluptates intemperantium præter animi sibi male conscij cruciatum,præter infamiam ac paupertatē, frequenter ipsi etiam corpori plus adferant molestiæ q̄ delectationis.Contrā quæ sunt optima, eadem sunt iucundissima,si quis assuerit.

Voluptates
virtute.

9 Aiebat esse turpe,si quis sua sponte seruiēs voluptatibus,talem se faceret,quales nemo domi suæ vellet habere seruos. Talibus autem nullam salutis spem reliquam esse,nisi si pro eis deos cōprecarentur alij,vt bonos dominos nācisci possent,quando prorsus decretum erat seruire. Existimabat autem nullos foediorem miseriorēmq; seruire seruitutem,quā qui & animo & corpore seruirent voluptatibus.

Set ire volu
ptatibus.

10 Interrogatus quam ob rem ipse non administraret rempublicam, quum administrandi rationem optime sciret, respondit, eum vtiliorem esse ciuitati,qui multos efficeret idoneos gubernandæ reipubli. quā qui ipse recte gubernaret. Idem mihi respondit Nicolaus Leonicensis Ferrariæ,demiranti quur artem medicandi quā profitebatur ipse non exerceret.Plus,inquit,ago docens omnes medicos.Nec dissimile mihi respondit vnicus studiorum meorū Mecœnas Guilhelmus archiepiscopus Cantuariensis sacerdotium improbe recusanti,dicentique,Qua fronte fruar

Prodesse
pluribus.

illorum pecunijs, quibus vt linguæ ignarus nec concionari possum, nec monendo, nec consolando adesse, nec vllum boni pastoris officium præstare? Quasi, inquit, nõ plus efficias, qui libris doces pastores omnes, quàm si vni rusticanæ plebe culæ inferuias. Falsus sum amicè dictum, mihi tamen non persuasit.

Rogatus quo pacto quis posset honestam asseri famã, Si talis, inquit, esse studeas, qualis haberi velis. Vluti si quis bon^o tibicen haberi cupiat, ea præstet oportet, quæ à probatis tibicinib⁹ fieri viderit. Quæadmodum qui medendi est imperitus, nõ ideo medicus est, quæ pro medico asscit⁹ est, & vulgo medicus appellatur: ita non statim princeps est aut magistrat⁹, qui populi suffragijs declaratus sit, nisi sciat artẽ gubernandę ciuitatis.

Dicebat, vehemẽter absurdũ esse, quũ artes sedentarias nemo p̄senteatur absq; dedecore qui eas non didicerit, neq; quisq; serinũ faciũdum locet ei, qui rudis sit eius opificij: ad publicos magistratus admitti, qui nunq̄ dederunt operam disciplinis, sine quibus nemo potest recte magistratum gerere: cumque nemo non detestatur sit eum qui clauo assideret ignarus artis nauticæ, multo magis detestandos, qui remp. capefferent ignari politicæ philosophiæ. Neq; eum putabat appellandum impostorem, qui à persuaso quopiã pecuniam aut vasculũ acciperet, quod non posset redere: sed illos magis impostores habendos dicebat, qui dolo persuaderent se idoneos gubernandę reipub. quum sint homines nihili. Hoc dictũ multo magis ad principes, magistratus & episcopos Christianos pertinet, q̄ ad ethnicos.

l.ij.

I. I

Fama quæ modo parãda.

I. 2

Artẽ gubernandi.

- 13 Dicere solitus est, nullam esse possessionē preciosiore[m] vero bonoꝝ amico, nec aliunde plus fructus aut voluptatis capi. Itaq; præpostere facere multos, qui pecuniæ dispendium grauius ferunt q̄ amici iacturā, quiq; se beneficium perdidisse clamant gratis collocatū, quum eo sibi conciliarint amicum quouis lucro potiore[m].
- 14 Ut illis committimus statuas faciendas, à quibus videmus aliquot statuas eleganter factas: ita non sunt admittendi in amicitiam, nisi quos cognouerimus erga alios præstitisse fidos & vtilis amicos.
- 15 Quendam acrius castigantem seruum percontabatur, quamobrem ita seuiret: quoniam, inquit, quum sit obsoniorum voracissimus, tamen ignauissimus est, quumq; sit auidissimus, tamen desidiosissimus est. Tum Socrates, nunq̄ ne, inquit, cōsiderasti, vter vestrum pluribus egeat verberibus tū ne an famulus? Vtinā sibi quisq; dicat, quod illi Socrates, quoties hoc in alijs rephēdit punitq; idē, qđ sibi ignoscit, aut si nō idē, crebro detent.
- 6 Cuidam cupiēti quidē ire ad Olympiā, sed itineris labore deterrito, quū, inquit, domi sæpenu-mero totum prope diem ambules, ante prandiū, rursus ante coenam: si domesticas ambulationes proferas ad quinque sexve dies, facile peruenies Olympiā. Docuit vir ingeniosus id quod terret ī aduendis laboribus, imaginationem esse poti⁹ q̄ ipsum laborem. Si quid honestæ rei gratia, periculi, dispēdij, aut laboris suscipiēdū est, excusam⁹, detrectamus, horremus, quū frequenter vltro in rebus nihili, non enim dicam turpibus, plus impēdamus. Ita quidam inuitati ad studia literarū,

Amicus s̄m
cerus.

Effectus lu-
dicum.

Punire in
alijs eđ ip̄i
cōmittim⁹.

Spontanei
labores.

excusant valetudinem, insomniam, impendia li-
brorum, quum interim tota noctem iudant ale-
am, potatione contrahant febrem, podagram, hy-
dropem & lippitudinem, scortatione paralytim,
aut scabiem nouam, quam Gallicam appellant.

Quendam conquerentē se defatigatum longo itinere rogauit, num puer ipsum potuerit conse-
qui. Ait. Rogauit, vacuus ne an aliquid ferēs one-
ris. Portauit, inquit, nōnihil sarcinarum. Quid, in-
quit, queritur ne ille se defessum? Quum negaret,
an non pudet, inquit, te mollitiei, qui vacuus am-
bulans defessus fueris, quū ille gestās sarcinā nō
queratur se fatigatū? Ostendebat Socrates seruū
in hoc feliciorē domino, quōd ad labores exer-
citior minus sentiret molestiæ.

Seruus dor-
mitio melis
oe.

Admonere solet quod apud alios diceret edere
aut cōuiuari, apud Atheniēses dici *ἰνωχᾶσαι*.
qua voce dicebat nos admoneri, eo tēperamento
sumendū cibū, vt nec corpus, nec animus onere-
tur, huc opinor alludens, q̄ *ὀχᾶσαι* sonet vehi,
vnde *ὀχῆον* vehiculum, quanquam *ὀχᾶ* dicatur
& cibus, eoq̄ue additum *ῶν*, ne sarcina iusto gra-
uior imponeretur corpori.

18

Sobrietas in
edulis.

Dicebat, optime natis ingenuisq̄ potissimum
adhibendā rectā institutionem. Idem enim in his
vfu venire quod in equis, i queis qui feroces sunt
ac generosæ indolis, si statim à primis annis re-
cte instituantur, egregij & ad omnem vsum ac-
commodi euadunt: sin minus, efferati, intractabis-
les & ad nihil vtilēs. Eoq̄ sit, vt felicissima quæq̄
ingenia corrumpantur inscitia institutiētium, qui
mox equos vertunt in asinos, quōd erectis ac li-
beris animis imperare nesciant.

19

liij.

20 *Indoles ere-
cta.* Dicitabat illum imprudēter facere, qui quum
boves efficeret pauciores, postulatet tamen habe-
ri bonus bubulcus: sed multo absurdus esse, si qs
haberi velit bonus reipub. gubernator, quum ciui-
um numerum imminuat. Hoc dictum torsit in
Critiam & Chariclem, qui multos ciuium truci-
darant. Nec illos id latuit: Critias enim illi mina-
tus est, ni sileret, fore vt ipse quoq; faceret boues
pauciores: & quod minatus est verbo, re præsti-
tit. Nam huius opera Socrates perijt.

E priscis autoribus selegerat versiculos aliquot,
quos prouerbiorum vice frequenter vsurpabat,
quorum est ille Hesiodius,
Ἐργον ἢ οὐ λῆρ ὀνείδος, ἀεργὸν δ' ἐτ' ὀνείδος. i.
Non probrū est operari, aut est cessatio pbrum.
Otiosū turpe. Quo dehortabatur iuuenes, nō solum ab otio, ve-
rū etiā ab actionibus infrugiferis. Siquidē eos
appellabat otiosos, qui alea, computationibus &
scortis ætatem absumerent.

22 *Curiositas.* Idē illud Homeri, vt indicat Gellius ac Laërtius,
ὄτ τι πι ἐν μεγάροισι κακῶντ' ἀγαθῶντι τί-
τυκται. Id est,

Ædibus in nostris quæ praua aut recta gerantur.
Eo nō solū reuocauit auditorem à curiositate re-
rū alienarū, verū etiā à disciplinis nō necessarijs:
velut ab exacta cognitione astrologiæ, aut geome-
triæ, aut causarū naturalium, aut rerū ultramūda-
narum, ad cognitionē ethices, cuius sciētia præ-
stat, vt nobis ipsi noti simus, vtq; rem domesti-
cam aut publicam vtiliter administremus.

23 *Curiositas.* Eodē spectat & illud qd illi ascribit, & in pri-
mis celebrat, Quæ supra nos, nihil ad nos. Sic enī
respōdere solet admirātibus, qd de morib; semp,

de astris, deq; meteorologis nūquam disputaret.

Quum in via quidā illi per lasciuiam calcē im-
pegisset, admirātib; quōd id pateretur, quid fa-
cerem, inquit? Illis hortantibus vt vocaret homi-
nem in ius, Ridiculum, inquit: si quis asinus me
calce percussisset, diceretis mihi, voca illū in ius!
Nihil putabat interesse inter asinum & hominē
brutum, nullāq; virtute præditum: ac vehemen-
ter absurdum videri, non pati ab homine, quod
ab animante bruto passurus sis.

Quidam ab eo salutatus non refalutauit, nec
id moleste tulit Socrates: amicis autē admiranti-
bus, & ob hominis inciuilitatem indignantibus
dixit, Si quis nos præteriret, peius affectus corpo-
re q̄ nos sumus, nequaquam illi succenseremus:
quir igitur illi succenscam, qui peius affectus est
animo quā nos sumus?

Euripides obtulit Socrati librum ab Heraclito
conscriptum, eo lecto rogauit quid illi videretur:
per Iouem, inquit, quæ intellexi mihi præclara vi-
dentur, qualia puto & ea quæ non intellexi, sed
opus est Delio quopiam natatore. Notauit per-
quam false affectatam eius scriptoris obscurita-
tem, vnde & *σκητοδωπ* cognomen inditum est.
De Delio natatore diximus in Chliadibus.

Cum Alcibiades illi spatiosam aream offerret
dono, in qua sibi domum ædificaret, quid, inquit,
si mihi calceis opus esset, num corium dares vn-
de mihi calceos cōficerem? Et si dares, an nō ipse
ridiculus essem si acciperē? Hac similitudine mu-
nus inutile recusauit.

Per forum obambulans quum aspiceret mer-
cium copiā quæ illic vendebantur, ita secū loqui

consuevit, quā multis rebus ego non egeo, aut alij cruciantur animo ita cogitantes, quā multa mihi deest. Socrates sibi gratulabatur, quod iuxta naturam viuens, ac paucis assuetus, aurū, purpurā, gemas, ebur, aulacā, reliquāsq; diuitū delicias, nec cuperet, nec egeret, quas dicere solet magis necesse fatias agendis tragœdijs quā ad vsum vitæ.

In hanc sententiam vsurpabat versus Iambicos poetæ nescio cuius,

Τὰς ἀργυρώματ' ἰσιπ, ἢ τε πορφύρα
 Εἰς τὰς τραγῳδίας χρῆσιμ', οὐκ ἐς τὸν βίον.
 Argentea isthæc vala simul ac purpura
 Tragœdiarum accommoda hiltrionibus
 Sunt, ad beatam conferunt vitam nihil.

- 29 Dicere solitus est, eū esse dijs simillimū, qui quā paucissimis egeret, quā dij omnino nullius egeat rei. At vulgus diuites dijs proximos existimant, quorū delictijs nihil satis est. De his enim dictū est in comœdia Terentiana: quā vos facillime agitis. Hoc autem Homerus dijs tribuit, quos appellat ἥϊον ἔχοντας, id est, facillime viuentes. Facillime autē viuit, qui paucissimis contentus est.

30 Dicebat, qui suauiter ederet panē, huic nō esse opus obsonio, & qui suauiter biberet quēlibet potū, huic nō desiderare poculū præter id quod adest. Fames enim & sitis optime condit omnia.

- 31 Dicebat, cuiuis esse promptum, si quid rerū in signum haberet proloqui, quā difficillimū esset nominare quos possideret amicos, quum hac possessione nulla sit charior. Hoc dicto taxabat præposterum vulgi de rebus iudicium, qui hoc negligentissime haberet, quod omnium plurimi faciendum erat. Ditior sibi videtur cui pecuniæ nō

nihil obtigit, & damnum deplorat cui perijt: at Amicus
sincerus.
qui sibi parauit bonum amicū nō videtur sibi fa-
ctus beator, nec iacturam deflet qui perdidit.

Euclidī contentiosarū argutationū admodum **32**
studioſo, Sophiſtis, inquit, ō Euclides vti poteris,
hominibus non poteris. Indicans Sophiſticē inu- Sensit cōs
munit.
tilem ad publicas functiones, quas qui affectat,
eum non oportet gryphis & inanib⁹ argutijs lu-
dere, sed hominū moribus semet accōmodare.

Scientiam dicebat vnicū esse bonū, contrā vni **33**
cum malum ignorantiam: quōd quicunq; cōmit-
tunt rem iniultam, hoc peccant, quōd ignorant
quid cuiq; sit tribuendū: & qui fortes sunt, non
alia re fortes sunt, nisi quōd sciūt ea expetenda,
quæ vulgus existimat horrēda: & qui intēperan-
tes sūt, hoc errāt, q̄ ea putāt suauia aut decōra,
quæ minime sunt. Summum igitur bonū esse dī-
cebat, scientiā rerū expetendarū ac refugiendarū.

Cuidam dicenti, Antisthenē philosophū ma- **34**
tre Threicia prognatū esse, velut hoc probrum
impingenti viro quōd hybrida esset, patre quidē Facete.
Atheniensi, sed matre barbara, Quid, inquit, an
tu putas virum adeo præclarum ex vtroq; parē-
te Atheniensi nasci potuisse? Notans corruptis-
simos Atheniensium mores, vt citius ē Thrace
Scythāve nasci posset vir probus, quā ex Athe-
niensi: & hoc quod habebat probitatis Antisthe-
nes, matri tribuendum putauit.

Dicebat otium possessionum omnīū optimā, **35**
Otium autem sensit non ignauiam, sed a tumul-
tuosis negotijs, & a cupiditatibus animi trāquilli- Otium hoc
nestum.
tatem vitiantibus esse quietum.

Illud omnīū maxime celebrat quod dicebat, **36**

Moderate

se nihil scire, nisi hoc vnū, quod nihil sciret. inquit
 rebat enim de singulis, tanq̄ ambigens, nō quod
 reuera nihil haberet certo cognitū: sed hac ironia
 & suam declarabat modestiam, & aliorū redar-
 guebat arrogantiam, qui se profitebātur nihil ne
 scire, quum reuera nihil scirēt. Sophistæ quidam
 publice profitebantur sese ex tempore respōsu-
 ros ad omnē propositam materiā, Horum arro-
 gantem inscitā sæpenumero confutabat Socra-
 tes. Atq; ob hoc ipsum, vt ipse quidem interpre-
 tatur, ab Apolline iudicatus est sapiens, quod q̄-
 uis omnium rerum ignorantiam cū cæteris ha-
 beret communem, eo nomine tamen illos supe-
 raret, quod suam inscitiam agnosceret, quum illi
 hoc quoq; nescirent, se nihil scire.

37 Laërtius & hoc illi tribuit. Cœpisse, dimidiū
 facti esse. Dicebat enim dimidiū operis peractū
 ei, qui iā esset aggressus, Sūt enim qui cōtando ac
 deliberādo vitā omnē absumāt. Est autē Hemi-
 stichiū Hesiodium. *Ἀρχὴ ἡμῶν παντός.*

Contatio
mala.

38 Qui res præcoces magno emerent, eos aiebat
 desperare, quod ad tēpus maturitatis essent per-
 uenturi. Alioqui stultū est, & pluris & deteriores
 emere, quū paulo post liceat & minoris & melio-
 res. Ita nusquam non reuocabat hominū cupidi-
 tates rationis expertes ad sobriū iudicium.

Festinatio.

39 Quodam tempore quum Euripides ita de vir-
 tute differeret, vt diceret,

Virtus quæ
tenda.

Κράτισον ἀκὴ ταῦτα ἰὰρ ἀφεμίνα id est.
 Hæc missa temere est optimum relinquere.

Quasi virtus inueniri vix posset, surrexit So-
 crates dicens ridiculum esse, quum mācipium si
 non protinus inueniatur, operæpretium existi-

memus inuestigare, virtutem nulla inuestigatione dignam iudicare, si non protinus contingat homini.

Rogatus ab adolescente quodam vtrū melius ⁴⁰ censeret, vxorem ducere, an non ducere: vtrum- ^{Matrimonium.} cunq; inquit, feceris, pœnitebit: indicans & cœlibatū & coniugiū habere suas molestias, ad quas perferendas esset præparandus animus. Cœlibatum comitatur solitudo, orbitas, generis interitus, hæres alienus. Matrimonium perpetua solitudo, iuges querelæ, dotis exprobratio, affinium graue superciliū, garrula focrus lingua, subseffor alieni matrimonij, incertus liberorū, euetus, aliæq; innumera incommoda. Proinde nō hic est electio qualis est inter bonum & malum, sed qualis inter leuiores & grauiora incommoda.

Quendā ex amicis conquerentē, quōd Athenis ⁴¹ omnia magno venirent, vinum enim Chium minima, purpuram tribus minis constare, mellis herminam quinque drachmis: manu illius prehensa ^{Frugalitas.} duxit in penū farinariam, obolo inquit, semis sextari⁹ venit, vilis igitur annona est. Hinc ad oleariā deducēs, duob⁹, inquit, areis sextari⁹ Nō magno igitur in vrbē vāneūt omnia. Qui paucis ac necessarijs contentus est, sibi facit vilem annonā.

Archelaus rex Socratem ad se vocarat, multa ⁴² pollicens. Socrates respondit, se nolle ad eū venire, a quo acciperet beneficia, quū illi reddere paria non posset: Hoc dictum improbat Seneca, ^{Munera cōtempta.} philosoph⁹ persuadēs auri argentiq; cōtemptū, plus dat, quā si det aurum & argentum.

Quodam tempore reuersus è foro, inter amicos ⁴³ dixit, Emissem palliū si nummos habuissem.

Vitronea be
neficentia.

Nihil postulauit, tantū verecunde admonuit ege-
statis. Mox inter amicos ambitus erat, a quo So-
crates acciperet. Et tamen post eam vocem quis-
quis properauit, vt ait Seneca, sero dedit.

44 Cuidam querēti quòd peregrinationes sibi ni-
hil profuissent, Non immerito, inquit, tibi istud
euenit. Tecū enim peregrinabar. Multi putant
longinquis peregrinationibus colligi prudentiā,
quā Horatius clamat, Cœlum nō animū mutat,
qui trans mare currit: congressus sapientiū con-
fert prudentiam, non montes aut maria.

Peregrina-
tio inutilis.

Patenter.

45 Colapho percussus a quodā in via, nihil aliud
respondit, q̄ quòd homines nescirent quādo pro-
dire deberent cum galea. Simile quiddam Laer-
tius ascribit Diogeni.

Lepide.

46 Aiebat se mirari, q̄ quā statuarum artifices id
summo studio cōmiterētur, vt lapis q̄ simillimus
homini redderetur, nō pariter hoc curarēt ne ipsi
lapidib⁹ similes & viderētur & essent. Sūt autē
qui putent Socratē priusquam ad otium philoso-
phiæ sese conferret, statuarū opificē fuisse.

Cult⁹ animi

47 Adhortabatur iuuenes vt se subinde ad specu-
lum contuerentur, quo si essent egregia corporis
forma, cauerent ne quid ea indignū cōmitterēt:
sin minus, quod corpori deesset, id ingenij cultui
morūmq; honestate pensarent. Adeo vir ille vn-
decūmq; rapiebat occasionem ad virtutis stu-
dium adhortandi.

Simile itē.
Frugalitas.

48 Aduocarat diuites aliquot ad cœnam: ob id so-
licita Xātippe, q̄ apparatus esset p̄ q̄ exiguus. Bo-
no animo es, inquit. Nā si frugi temperatēsq; sūt,
boni consulent: sin minus, nulla nobis horū cura
debet esse. Hoc dilēma nobis merito excuteret

operosam & sumptuosam ambitionem in excipiendis conuiujs.

Dicebat, multos in hoc viuere vt ederēt biberētq; se cōtrā, ob id edere ac bibere vt viueret, quòd his reb⁹ nō ad voluptatē, sed ad naturę necessitatē vteret. Hanc sententiā retulit Satyric⁹. Non viuas vt edas, sed edas vt viuere possis. 49

Eos qui multitudini imperitæ fidē habebant, aiebat perinde facere, ac si quis tetradrachmum vnū contēnens reijceret, & aceruū ē similib⁹ cōgestū probaret reciperētq;. Cui nō fideres soli, ei nihilomagis fidendū est in turba similiū. Nec enī refert q̄ multi sint, sed q̄ graues. Numerus adulterinus, etiā i quīs magno acervo adulterin⁹ est. Hoc aduers⁹ turbā testitū, & idocti vulgi iudicia. 50

Cum Æschines ambiret esse de numero discipulorū Socratis, excusaretq; verecunde paupertatem suam, ac moleste ferret, quòd qui ceteri Socratis amici diuites multa largirentur, sibi nihil esset quod daret præter seipsum: An non intelligis, inquit, quā magnum munus mihi dederis, nisi forte teipsum paruo æstimas? Itaq; mihi curæ erit, vt te tibi reddam meliorem quā accepi. Alij Sophistæ quum meras nugas docerent, nullum admittebant discipulum nisi magna mercede, Socrates nihilo minus libenter recepit inopem, quā opulentos. 51

Cū quidā illi diceret, Athenienses te morti adiudicārūt: & illos, inquit, natura. Sentiēs non esse magnū malū, si quis adigatūr ad mortē, paulo post moriturus etiāsi nemo interficiat. Quāquā hoc dictum quidam ad Anaxagoram referunt. 52

Vxori muliebriter cōploranti dicētīq;, Mī vir, 53

Mors non
deflenda.

innocēs morieris: Quid, inquit, vxor num me nocentē mori malles? Mors bonorū ob hoc ipsum minus deflenda est, quod præter meritū occiditur: bis vero deplorandi sunt, qui ob malefacta dant pœnas: sed longe miserius est, meruisse pœnas quàm dedisse.

Funeris
cura.

54 Eo die quo Socrates bibitur⁹ erat venenū Apollodorus ei palliū multi pretij ad solatiū obtulit, vt eo indutus moreretur. At ille recusans donū, quid, inquit, hoc meū palliū quod viuenti conuenit, mortuo non conueniet? Dominans quorundā ambitionem, hoc miro studio prouidentium, vt quàm honorificētissime efferantur ac sepeliātur.

Moderate.

55 Nuntianti quod quidam de ipso male loqueretur, Nimirum, inquit, non didicit bene loqui. Linguae morbum non malitiæ tribuēs, sed inscitiae: nec ad se iudicauit pertinere, quid de se dicerent qui morbo animi non iudicio loquuntur.

Sordes glori-
osæ.

56 Cum Antisthenes Cynicus palliū haberet pertusum, idq; obuertens fissurā omnibus daret inspiciendam: per fissurā, inquit Socrates, pallij tui video tuam inanitatem: eleganter notans, turpio rem esse ambitionem & vilitate cultus, q̄ ex amictu splendido. Atq; vtinam inter Christianos nō sint multi Antisthenes, qui sub veste fusca, vili, fordidaque, plus celent gloriæ quàm alij diuites habeant in holosericis ac byssinis.

Moderate.

57 Cuidam admirati quod nihil in eum commoueretur, a quo cōiitijs incessabatur: Mihi, inquit, non maledicit, quandoquidem ea quæ dicit, mihi non adsunt, nec in me hærent. Atqui ob hanc causam hominum vulgus magis commouetur, siquid dicitur in immerentē. Boni quū male au-

diūt, sibi gratulantur, quòd puri sint ab his malis quæ ipsis impinguntur, nec in se dici interpretantur: nihilo magis quàm si quis oculorū errore Platonem appellet Socratem, & in Socratē cōgerat maledicta, is non maledicit Platoni, sed ei quem existimat esse Platonem.

Maledictus
prodest.

Vetus comœdia solet nominatim in ciues di- 58
cetera iacere. Horum libertatem quā pleriq; metuerent, Socrates dicebat expedire, vt quis semet illis sciens ac volēs obijceret, Nam si quid, inquit, dixerint in nos, merito reprehendendū, admoniti corrigemus, & profuerint: sin falsum conuivium in nos iaculabuntur, nihil ad nos.

Socrates quum Xanthippen diu rixantem tu- 59
lisset in ædib⁹, ac tandem fessus confedisset ante fores, illa magis iritata quiete viri, de fenestra perfudit eū lotio. Ridentib⁹ qui præteribant, & ipse Socrates arridebat, dicēs: Facile diuinabam, post tantum tonitru sequuturam pluuiam.

Lepide &
leniter.

Alcibiadi demiranti quòd Xanthippen supra 60
modū rixosam domi perpeteretur, ego, inquit, iā pridem his sic assueui, vt non magis offendar, quàm si totæ quæ aquam educit è puteo stridorem audiam. Nam is stridor molestissimus est insuetis, eūdem qui quotidie audit, adeo moleste nō fert, vt audire nesciat.

Assuetudo
mitigat.

Eidem simile quiddam dicenti, At tu, inquit, 61
Socrates, nōne domi tuæ toleras gallinarū gloscientium strepitū? Tolerō, inquit, Alcibiades, sed gallinæ mihi pariūt oua pullōsq;. Et mihi, ait Socrates, mea Xanthippe parit liberos.

Vxor quare
ferenda.

Sunt qui putent Socratem simul aluisse domi 62
duas vxores. Myrtō & Xanthippen. Proinde

demiranti cuidam in quem tandem vsum aleret
 duas mulieres, præfertim rixosas, nec eas domo
 exigeret: Hæ, inquit, me domi docent tolerantiam,
 qua mihi in publico vtendū est: harū morib⁹ ex-
 ercitatus, cōmodior ero ad aliorū cōsuetudinem.
 Hūc percōtatorē A. Gellius facit Alcibiadem.

Lenitas.

63 Cum Xanthippe in publico palliū marito de-
 traxisset, ac familiāres admonerēt, vt tantā iniu-
 riam manu vlisceretur: pulchre, inquit, nimirum
 vt nobis colluctantibus nobis acclametis, alius
 Eia Socrates, alius Eia Xanthippe. Nā huiusmo-
 di vocibus spectatores animāt duos inter se cō-
 missos. Maluit autem vir sapiens, tolerantia ex-
 emplum de se præbere, quā ridiculum exhibe-
 re spectaculum viri cum vxore concertantis.

Lenitas.

64 Percōtanti quor Xanthippen moribus incom-
 modissimis scēminam haberet domi, dicebat, sic
 habendam consuetudinem cum morosis vxorib⁹
 bus, quemadmodū qui se ad studiū equestre ex-
 ercent, parāt equos ingenij ferocioris, quos si sub-
 egerint, ac perpeti possint, cæteris vtuntur cō-
 modius: ita qui morosę coniugis mores ferre dīs
 dicerit, multo facilius cū quibuslibet habebit cō-
 suetudinem.

Lenitas.

65 Cum Socrati Lysias orationē quam in eius de-
 fensionem composuerat recitasset: præclara, in-
 quit, & elegans oratio est, sed non cōuenit Socra-
 ti, Erat enim forensi instituto aptior quā philo-
 sopho, ac tali philosopho. Rursus Lysia percon-
 tāti, quor si bonā iudicaret orationē, putaret sibi
 nō conuenire: nōne, inquit, fieri potest, vt amis-
 ctus aut calceus elegans sit ac pulcer, qui tamen
 alicui nō conueniāt: Hoc ipsum Val. Maximus

Decorum
personæ.

narrat odiosius minúsq; Socratice. Sic enim Ly-
sía respondisse memorat. Aufer quæso istā. Nam
ego si adduci possem, vt eam in vltima Scythiæ
solitudine perorarem, tum meipsum morte mul-
ctandum concederem.

Cum iudices inter se disceptarent, qua poena 66
dignus esset Socrates. Ego, inquit, ob ea quæ feci
dignum me censeo, qui publicitus alar in Pryta- Fiducia bene-
nefactorū.
neo. Nam hoc honoris haberi solet, qui præclare
de rep. fuissent meriti.

Xenophontē in angiportu quodam Socrates 67
habuit obuium, quūq; videret adolescentem ra-
ra indole, porrecto baculo vetuit ne præteriret:
vbi constiterat, rogauit vbi fierent viderenturq; Cultus animi
variæ merces, quibus vulgo vtuntur homines: ad
id quū prompte respōdisset Xenophon, percon-
tatus est, vbi homines fierent boni: cū adolescens
respondisset, se id nescire. Me igitur sequere, in-
quit, vt hoc discas. Ex eo Xenophon coepit esse
Socratis auditor. Absurdum est scire vbi parare
queas honestam vestem, aut poculum, & ignora-
re vnde tibi comparare possis animi cultum.

Quondam pro foribus deambulanti conten- 68
tius vsq; ad vesperam, quum prætereuntiū quis-
piam dixisset. Quid agis Socrates? Obsonium, Frugalitas.
inquit, mihi comparo in cœnam: de fame senti-
ens, quam agitatione corporis excitabat. M. Tul- Tusc. quest.
lib. 5.
lius sic explicat. Quo melius cœnem, obsono am-
bulando famem.

Aiebat vnguenta relinquenda fœminis, in iu- 69
uenibus nullum vnguentum melius olere quàm
oleum, quo inter exercendum vtentur. Nam
amaracino, aut foliato, protinus idē olent feruus

& ingenuus. Rogatus quid senes olere deceat, p^{er}bitatem, inquit. Rogatus, ubi hoc unguentū videretur, recitavit Theognidis carmen.

Εὐθλὸν μὲν γὰρ, ἀπὸ ἰσθλὰ δ' ἰσθαίεται. id est. Qui bonus est, ab eo bona discito. Huius generis quaedā cōgerit Xenophon in conuiuio.

- 70 Cum diues quidam filiū adolescentulū ad Socratem misisset, vt indolem illius inspiceret, ac pædagogus diceret, Pater ad te ὀ Socrates misit filium, vt eū videres: tum Socrates ad puerū, Loquere igitur, inquit, adolescens, vt te videā: significās ingeniū hominis nō tam in vultu relucere, quā in oratione, quōd hoc sit certissimum, minimeq; mendax animi speculum.

Oratio speculū animi.

- 71 Dicebat muliebrem sexum nō minus esse docilem & ad disciplinas, & ad omnem virtutem, etiā fortitudinem, quæ tanquam viris propria Græcis à viro dicitur ἀνδρία, si diligenter instituat. Id collegit ex puella saltatrix, quæ inducta in cōuiuium, mira arte trochos duodecim in altum proiectos excipiebat, ita temperato altitudinis spatio, numerisq; pedum, vt nunq; falleret eadem inter acutissimos gladios, nō sine horrore spectantium, impauida saltaret.

Fœmineus sex^{us} ad omnia docilis.

- 72 Cum iret ab Agathone vocatus ad cōuiuium soleatus & vinctus, idq; præter morē, & ab amico quodam obuio rogaretur, quid esset solito nitidior, ludēs dixit, vt pulcher eā ad pulchrū, quū nullus esset ab huiusmodi affectibus alienior.

- 73 Eo die quo bibiturus esset venenū, quū detrahitis compedibus ex frictu sensisset voluptatem, dicebat amicis. Quām mire hoc natura comparatum est, vt hæ duæ res sese inuicē comitētur,

Voluptas doloris comit.

voluptas ac dolor: nisi enim præcessisset molestia, non sentirem hanc voluptatem.

Carceris ministrum porrigentē in poculo cicu 74
tam interrogavit, quomodo sumendū esset hoc
pharmacū, quod eius artis esset peritus: alludens Hilaritas i
re tristi. ad ægrotos qui à medicis discunt, quādo & quo
modo oporteat sumere quod ab illis temperatū
est. quumq; puer respondisset, semel totum hau-
riendum si posset, deinde tantisper in ambulandū
donec sentiret grauedinē in cruribus, post
in lecto decubendū supino corpore, ibi pharma-
cum effecturū quod solet: Socrates rogavit, lice-
ret ne inde aliquid libare, quod in conuiujs mos
sit, effusa vini portiuncula, nominatim alicui deo
libare: minister respondit se tantum miscuisse,
quantum opus esset: hoc sermone innuens, nihil
esse quod effunderetur. Tū Socrates, sed & phas
est, & oportet orare deos, vt felix faustaque sit
hæc mea migratio.

Quū puer illū detexisset, quod illi iam frigerēt 75
præcordia. Debemus, inquit, ô Crito, gallum Æ- Hilaritas in
morte. sculapio, quem persoluere ne neglexeris: perinde
quasi sumpta potione medica cōualuisset. Nam
Crito hoc summis viribus egerat, vt Socrates vi-
tæ suæ confuleret. Adeo inerat illi viro natiua
quædā vis vrbauitatis, vt moriens etiā iocaretur.
Nam hæc ferūt illi fuisse supremam vocem.

Docuit animorum formam magis amandā q̄ 76
corporum, eamq; voluptatē quā in nobis gignit
conspicua formosa facies, ad longe pulchriorem, Amor castus
sed latentem animi speciem esse trāfferendam.
Verū vt hæc videamus, philosophicis oculis opus
esse. Notabat φιλία Græcā vocē ancipitem
m.ij.

esse ad osculandum & ad amandū, quorū prius est corpus amantium, alterum mentem.

77 Critoni vehemēti studio suadenti, vt si vitam ipse suam negligeret, certe liberis etiā nū par- uulis, & amicis ab ipso pendentibus se seruaret incolumem. Liberi, inquit, deo qui mihi eos dedit curæ erūt: amicos hinc discedēs inueniam vobis aut similes, aut etiam meliores, ne vestra quidem consuetudine diu cariturus, quandoquidem vos breui eōdem estis commigraturi.

Mors facta

78 Eos qui corpus tantū amarent similes esse aie- bat medicis, qui semper egerent, semper instarēt aliquid flagitātes: rursus qui amici essent potius q̄ amatores, similes esse his qui propriū fundum possiderent, quem semper studēt reddere melio- rem. Amator suam quærit explere voluptatem, amicus haud quaquā ad se spectans, hoc se putat ditio- rem, quo meliōrē reddiderit amicum.

Amor castus

79 In cōuiuio apud Xenophontem singulis dicere iussis, quo artificio quōve bono sibi præcipue pla- cerent, quū ordo venisset ad Socratē, ioco dixit, se maxime gloriari de lenocinio, sentiens se tra- dere veram virtutē, quæ potissimum cōmendat habentem, quæq; tum priuatim, tum publice cō- ciliat homini beneuolentiam & amorem.

Lenociniū.

80 Physiognomon qui se profitebatur ex habitu corporis, & oris lineamentis posse hominis inge- nium certo deprehendere, inspecto Socrate pro- nūtiavit, illū esse hominē bardum ac stupidum, tum mulierosum, ac puerorū amoribus impurū, vinolentum, & intemperantē. Cum amici vehe- menter indignati minarentur homini, Socrates illos cohibuit dicens. Nihil, inquit, mentitus est,

Philosofus
phila natu-
rā mutat.

omnino talis eram futurus, nisi me philosophiæ gubernandum tradidissem.

Quum Aristippus Socratis discipulus ex quaestu, quem Socraticorum primus facere instituit, præceptoris misisset viginti minas, remisit ilico Socrates ad illū pecuniā, dicens, ipsius genium hoc nequaquā permittere. Dicebat enim Socrates sibi peculiarem esse dæmonē, à quo prohiberetur arcano signo, si quid tentaret parum honestū. Genium autē illum opinor fuisse rationem. Atque interim ciuilitate indicauit Aristippo, sibi non probari, quòd philosophiam doceret mercede, còque donum ceu sacrilegiò partum reiecit.

Socrates è Palæstra redeūtem Euthydemū casu factus obuius, duxit ad cœnam. Illis autē inter se multa commentantibus. Xanthippe irata surrexit, multaque in maritum dixit conuitia, quibus quū ille nihil cōmoueretur, tandem & mensam subuertit. Cū autē Euthydemus valde perturbatus surgens abire cœpisset. Quid habes, inquit Socrates, Nōne nuper hoc idē accidit dormi tuæ, vt gallina subuolans euerterit, quæ erant in mensa? Nos tamen ob id non indignabamur.

Quum in Aristophanis comœdiâ cui titulus Nebulæ, multis & acerbis conuitijs proscindere-
tur, & adstantium quidam diceret. Non hæc iniquo fers animo Socrates? Nō per Iouem, inquit, ægre fero si in theatro, perinde vt in magno cōuiuio salibus mordeor. Mos hic etiamnum durat apud quosdam Germanos, vt in celebribus conuiujs adhibeatur dicax aliquis, qui in cōuiuas iaciat scommata, quibus commoueri vehementer inciuile habetur.

m. iij.

81

Pecuniæ cōtemptus.

82

Patentia.

83

Comœdiæ libertas.

- 84 *Exercitatio moderata.* Dicere solitus est, saltatione mouenti corpus spatiosa domo opus esse, ad exercendum sese: at qui cantu, aut oratione sese exerceat, huic vel stanti, vel accubenti quemuis locū sufficere. Hoc dicto probabat moderatas exercitationes, præsertim à cibo sumpto, turbulentiores improbabat.
- 85 *Salte.* Socrati acrius obiurganti familiarem quēpiam in conuiuio, Plato dixit. Nonne satius erat hæc illi dixisse seorsum? Cui Socrates. Et an non tu quoque rectius fecisses, si hæc mihi seorsum dixisses? Salsissime taxauit hoc ipsum reprehendendo committentem, quod reprehendebat.
- 86 *Delic. ix.* Socrates in conuiuio videns adolescentem auidius vescentem obsonio, ac subinde panem in ius immergentem, & conuiuæ, inquit, quis vestrum pane utitur pro obsonio, obsonio pro pane? Hinc orta inter conuiuas disputatione, sensit iuuenis & erubuit, cœpitque moderatius obsonio vesci.
- 87 *Modus.* Rogatus quæ esset præcipua iuuenum virtus, ut, inquit, ne quid nimiū tentent. Nam calor ætatis vix finit illos seruare modum. Huc Terentius spectauit in iuvene Pamphilo.
- 88 *Memoria.* Literas quas vulgus putat repertas iuuandæ memoriæ, dixit vehemēter officere memoriæ: Olim enim homines si quid audissent dignum cognitu, non libris sed animo inscribebant: hac exercitatione confirmata memoria facile tenebāt quicquid volebant: & quod quisque sciebat, habebat in promptu. Post reperto literarum vsu, dum libris fidunt, non perinde studuerūt animo insigere quæ didicerant. Ita factum est, ut neglecto memoriæ cultu, minus viuida esset rerum cognitio, & pauciora quisque sciret: quandoquidem tantū scimus,

quantum memoria tenemus.

Quum iam tempus vrgeret moriendi rogatus 89
 à Critone, quomodo sepeliri vellet. Multam, in-
 quit, ò amici operam frustra consumpsi, Critoni
 enim nostro nondum persuasi, me hinc auolaturo, Anima imo
mortalis.
 nec quicquam mei relicturum. Verùm tamē
 ò Crito, si me assequi poteris, aut sicubi nactus
 eris, ut cūq; tibi videtur, sepelito. Sed mihi crede,
 nemo me vestrum quum hinc excessero conse-
 quetur. Sensit Socrates, animum esse hominem,
 corpus nihil aliud esse, quàm animi vel organū,
 vel domicilium. Eòque stulte facere illos, qui so-
 liciti sunt quomodo sepeliantur.

Idē dicere solet mortē esse similit̃ p̃fūdo som- 90
 no, aut diutinæ peregrinationi. Sōnus profundior
 adimit omnem sensum, & animus à corpore di- Mors &
sōnnus.
 gressus, aliquādo in suū domiciliū rediturus est.

Idem dicere solet, ut omnes omniū hominum 91
 calamitates in vnū conferrētur, mōxq; singulis
 ex eo aceruo portiones æque distribuerētur. Ita Sua cuique
fors dispali-
cet.
 fore, ut suas quisq; calamitates recipere malit, q̃
 equam ē cōmuni portionei. Hoc aduersus vul-
 gares hominum mores, qui alienę inuidēt, suam
 deplorant sortem.

Didicit fidib⁹ canere iā natu grādiōr inter pue 92
 ros, id admirātib⁹ velut absurdū, negauit absur-
 dum esse, quæ quis nesciret ea discere. Nulli enī
 vitio vertitur, ea sibi parare, quib⁹ opus est, si de-
 sint: nec hic spectanda est ætas, sed egestas.

Dicebat bene incipere, nō esse pusillū, sed iu- 93
 xta pusillū: Græce sic habent, ἀρχεὸς ὀδὸν ἀμικ-
 ρὸν μὲν μὴ εἶναι, παραμικρὸν δ' εἶ, qd Laertij i-
 terpres ita reddidit, Bene incipere parū nō esse,
 m. liij.

sed maximū. Quāq̄ aliud exprimūt verba Socratis, sed sentit, ni fallor, bene incipere non esse quidem paruum, sed parui fieri. Aut, recte incipere non esse pusillū, sed iuxta pusillum. Paulatim enim incipiendū, eo quòd qui in initio præproperi sunt, serius perueniant ad finem, vt alludat ad Hesiodum iubentem, vt pusillū pusillo addamus. Dicti argutia est in Græcis vocibus, eaque latine reddi non potest.

- 94 Admonebat esse dandam operā geometriæ, do nec quis possit mensura terrā & accipere & tradere. Græca sic habet, *ἴφασκε δ' εἰρ γεωμετρίῃ, μίχι ἄν τις μίτρῳ δ' ὕνηται γὰρ παραλαβεῖν τε καὶ παραδ' ἔναε*. Opinor eū sensisse, moderatos agros esse parandos, quos & tibi comodū sit à maioribus accipere, & hæredibus tuis tradere. Nā immodicæ possessiões, vt nō sine negotio parantur, ita nō absq; lite perueniūt ad hæredes. Dicti argutia est in verbo *γεωμετρίῃ*, quod anceps est, ad artem geometricam, & ad agrorum mensores.
- 95 Cuidā moleste ferenti quòd negligeretur, quo tempore triginta tyranni temp. occuparāt. Nūquid est, inquit, cuius te poenitet? Sentiens nō esse moleste ferendum, si quis cōtemnatur ab improbis, nec hoc nomine sibi quēq̄ oportere displicere, sed si quid cōmisit ob qd merito & sibi & alijs bonis displiceat. Malis enī displicere, laudis est.
- 96 Quū in somnis quidā ipsi visus esset dicere. *ἤματι μὲν τρίτῳ φθίηρ ἐξέβωλον ἴκοις*. Ad Phthiam venias simul ac lux tertia surget. Æschini dixit, tertio die moriar: versus Homericū pro oraculo interpretās: idq; euenit. Phthia

erat patria Achillis, & amici conati sunt persuadere Socrati vt in Thessaliam fugeret, quòd illuc haberet bonos amicos.

Dicebat viros oportere ciuitatis parere legib⁹, 97
vxores autē maritorum quibuscum viuunt moribus. Norma coniugis vir est, quæ recte viuit, si ille publicis legibus obtemperet.

Admonebat voluptates nō aliter q̄ Sirenas esse prætereundas ei qui properat vt virtutem veluti patriam conspiciat. Allusit ad Vlysses, qui cera obturatis auribus præternauigauit Sirenas, vt Ithacæ fumum sublilientem cerneret. 98

Quum audiret recitare Lysidem Platonis, deū inquit, immortalē, q̄ multa de me mentitur adolefcens: siue quòd ob modestiam non agnosceret laudes quas ipsi tribuebat Plato, siue quòd in dialogo multa de Socrate fingeret. 99

Æschinem qui premebatur inopia solet admonere, vt à seipso sumeret mutuū siue vsurā *κατὰ τὸν ἰαυτοῦ δαυτέξειοθαί*, & addidit modū, sibi ipsi subtrahendo cibaria. Iuxta illud, magnū vectigal parsimonia. Expeditissima ratio est augendi census, detrahere sumptibus. 100

ARISTIPPVS

Arbitror cōuenire vt discipulū & ætate & auctoritate primū præceptorī iūgam⁹, quo nemo fuit inter philosophos vel ingenij dexterioris, & ad oēm vitæ habitū accōmodationis, vel i dictis vrbanius, aut festiuus, tametsi nō præstitisse videt cā morū sanctimoniam quā in Socrate mirantur oēs.

Inter hunc & Diogenē Cynicum nōnulla fuit æmulatio ob diuersum vitæ institutū. Diogenes Aristippū appellabat canē regiū, quòd Dionysiu⁹ Libertas.

Siciliæ tyrānum coleret. In quæ vicissim Aristippus, Si Diogenes sciret vti regibus, nō veleretur crudis holeribus. Contrā Diogenes, Si Aristippus didicisset esse contentus crudis holeribus, non esset canis regius.

Argute

2 Quum aliquādo perdicem quinquaginta drachmis iussisset emi, cuidā detestāti luxū in philosopho, Et tu, inquit Aristippus, si obolo venalis esset, nō emerēs? Quū is respōdisset se empturum, Et mihi, inquit, tāti sunt quinquaginta drachmæ. Quod ille luxus nomine dānabat, hic detorsit ad laudē contēptæ pecuniæ. Siquidē qui pretij magnitudine deterretur ab emendo, is non contemnit cibum, sed pluris facit pecuniam. At philosopho nihilo pluris æstimabatur quinquaginta drachmæ, quā illi obolus. Aristippus itaq; oblonij cupiditate par, superior erat despectu nummorum.

Lepide.

3 Quum Dionysius illi tres venustas meretrices obtulisset admonēs, vt ex his quā vellet eligeret, omnes apprehēdit dicens, ne Paridi quidem fuisse tutum, vnā cæteris prætulisse: ac puellas deduxit ad aulae vestibulum, dimisitq; , non minus in contemnendo facilis, quā in amplectendo.

4 Strato, siue, vt alij tradunt, Plato, dixit Aristippo, Tibi vni & chlamydem, & pannū ferre datum est. Chlamys vestis est Satraparum, pannus mendicorum. Id notauit Horatius quū ait. Omnis Aristippum decuit color. Apud Dionysium saltauit in purpura, interdum vilis pallio utebatur, semper tamen decori memor.

5 Consputus à Dionysio, æquo animo tulit: ob eam contumeliā indignantibus, piscatores, inquit, vt gobionem capiant, aqua marina se patiun

tur aspergi, ego vt balenam capiam, non patiar me aspergi saliuas Balenæ vocabulo regē signās, quem sua patiētia conabatur ad philosophiæ studium allicere. Plurimum autē vtilitatis ex principum sapientia nascitur.

Rogatus quid fructus cepisset ex philosophiæ studio, q̄ cum quibuscumq; libere loqui pos-
 sim. Nec enim metuebat potētes, nec fastidiebat
 humiles. Quoniam animum habebat spe pariter
 ac metu liberum, nemini seruebat, neq; cuiquā
 assentabatur præter animi sententiam. Libertas.

Quum quidam illi probro darent, quòd splendide exquisitèq; viueret philosophus, id, inquit, si
 vitium esset, in celebritatibus deorum nequaquā
 fieret. In his enim & magnifice vestiri, & lautissimo
 ciborum apparatu solēt vti. Porro quum dii
 sint infensi vitijs, non placarentur, sed iritarentur
 eiusmodi magnificentia, si ea cum vitio esset cō-
 iuncta. Sic ille quidem elusit conuitium, non ostēdit
 quid esset optimum. 7
Argute.

Percontanti Dionysio, quid eximiū haberent
 philosophi præ cæteris hominibus, Vt, inquit, eti-
 am si omnes leges aboleantur, tamen æquabili-
 ter victuri simus. Vulgus legum præscriptis arce-
 tur à peccando, philosophus rationē habet pro
 legibus, non ideo quod rectū est faciens, quia lex
 iussit, nec à scelere temperās quia lex vetuit, sed
 quia nouit illud per se rectū esse, hoc p se turpe. 8
philosophiæ
fructum.

Vterq; Dionysium coluit Aristippus & Pla-
 to, sed Aristippus à delicijs aulicis quū adessent
 non abstinerebat, Plato etiā inter regalē luxū fru-
 galitatem seruare nitebatur. Itaque quum Pla-
 to reprehenderet Aristippum, quod adeo lauti- 9
Lepide.

cij indulgeret: rogauit qd sentiret de Dionysio, nū vir bonus videret. Quū respōdisset videri bonū, atqui ille, inquit, me multo viuūt lautius. Proī de nihil vetat eūdē & laute viuere, & bene viuere.

- 10 Percontanti Dionysio qui fieret, vt philosophi diuitū limina tererēt, nō contrā. Quoniā, inquit, philosophi norūt quibus egeāt, illi nesciūt. Philosophi sciūt absq; pecunia viuū nō posse, itaq; petunt eos qui quod opus est dare possunt. Quōd si diuites æque intelligerent se egere sapientia, multo magis tererēt philosophorū limina. Miserior enim est egestas animi q̄ corporis, atq; hoc miserius egeni sunt diuites quōd nō intelligant, quā preciosa quāmq; necessaria re careant.

Philosophia
necessaria.

- 11 Rogatus quo differrēt docti ab indoctis, Quo, inquit, equi domiti ab indomitis. Quemadmodū equus indomitus ad omnem vsū incommodus est ob inscitiam ac ferociam, ita qui rapitur affectibus quos sola domat philosophia, ad omnem vitæ consuetudinem inutilis est.

philosophiæ
fructus.

- 12 Quum aliquando adiret scortum, sensit quendā ex adolescentulis qui aderant erubescere, quasi turpe esset philosophū ingredi fornicem: ad hūc versus, huc, inquit, ingredi turpe nō est adolescēs, sed egredi nō posse turpe. Sensit ignoscendum si quis moderate vtatur licita venere, non ignoscendum si quis addictus voluptati seruiat. Hoc dictum illo seculo probari poterat, quo nulla lex vetabat cum scorto congredi, nunc præter argutiam nihil habet laudabile.

Venas moderata.

- 13 Cuidam qui proposuerat ænigma, vehementer instanti vt solueret, Quid ō stolidè, inquit, vis soluam, quod nobis etiā ligatum exhibet negoti:

Lepide.

um: *Lusit ex ambiguo. Soluitur enim quaestio, & soluitur homo aut belua vinc̄ta. Stultum autem sit furiosum hominem aut noxiam bestiam solvere, magis nocituram.*

Dicebat satius esse fieri mendicum q̄ indoctū, quod ille tantum pecunijs egeat, hic humanitate. Nihilominus homo est, cui deest pecunia: at homo non est, cui deest eruditio. Et tamen cui deest pecunia, petit ab obuijs: cui deest sapientia, nullum sollicitat vt accipiat. 14

Quum à quodam conuicijs incessetur, tacitus abijt: at quum maledicus insequeretur ab eūtem dicens, Quur fugis? Quoniam, inquit, tibi quidem potestas est male loquendi, mihi vero nō audiendi. Salsissime notauit hominis impudentiam, qui quum sibi ius sumeret male loquendi, non saltem hoc iuris concederet alteri, vt subduceret sese, desineretq; male audire. Nā vox hęc, quur fugis? erat velut ex postulantis de iniuria. 15

Quidam multa destomachās in philosophos, etiam hoc adiecit, quod conspiceret illos semper obsidere fores diuitum: cui Aristippus, Et medici, inquit, ægrotantium domos frequentant, nemo tamen ægrotus esse mallet quā medicus. Scite retorsit in diuersum conuiciū. Philosophi prædicant felicitatem quam vni sapienti vindicant, & tamen assidue versantur apud diuites aliquid venantes ab illis. Vnde colligebat diuites esse beatiores quā philosophos. Sed ille interpretatus est, philosophos ideo potissimum colere diuites, quod ob luxum ac delicias cæteris mortalibus & stultiores & corruptiores, magis egerent præceptis sapientiæ: philosophus autem animo 16

Eruditio vtilis.

Maledico cedendum.

Philosophia medicina animorum.

rum male habentium medicus est. Porro beatius est esse medicum quam ægrotum.

- 17 *Mortis metus.* Quum aliquando Corinthū nauigasset, & orta tēpesta naufragiū minaretur, expalluit Aristippus: id animaduertens ē vectoribus crassius quispiā militaris ac philosophorū osor, sedata tēpestate cœpit insultare: quur inquiring vos philosophi qui prædicatis mortē non esse formidandā expallescitis in discrimine, nos indocti nō timemus? Quoniā, inquit Aristippus, nō de pari anima tibi mihiq; cura ac metus est. A. Gellius hoc addit, Ego timeo animæ Aristippi, tu non times animæ nebulonis: quod tamen amarulentius dictum est, q̄ vt Aristippo conueniat, cuius vrbantitas nō tantum habet nigri salis. Rebus vilissimis minime timemus, vnde prouerbiū. Hydria in foribus. Hinc Iustit Aristipp⁹, illū nō expalluisse, nō q̄ esset fortior, sed q̄ quū esset homo nihil haberetq; animū omni virtute vacuū, minimū erat detrimētū si perisset. Vir eruditus ac sapiētia præditus non perit nisi graui reipu. dispendio.

- 18 *Varia lectio* Cuidā iactanti se quod esset *πολυμαθής*, hoc est, multiplicis eruditionis, quasi nihil nō didicisset, quēadmodū, inquit, non hi qui plurimū edūt excernūtq;, melius valēt his qui sumunt quantū opus est: ita non qui plurima, sed qui vtilia legunt studiosi & eruditi sunt habēdi. Grauiter taxauit eos qui tumultuaria immodicāq; lectione semet ingurgitāt, nec ea quæ legunt traiciunt in animū, sed tantū reponūt in memoria, quare nec doctiores euadunt nec meliores.

- 16 *Philosophia* Orator quidam Aristippum reum defendit in iudicio vicitq; litem, Is quum velut artem suam

præferens philosophiæ, diceret, quid tibi profuit oratoris præ-
stantior.
Socrates Aristippe? Hoc inquit, quod oratio quæ
pro me dixisti, vera fuit. defenderat ut virum bo-
num & innocētem. Ut autē talis esset, qualis ab
oratore prædicabatur, Socrates præstiterat, à quo
philosophiam didicit. Orator non hoc efficit ut
quis sit vir bonus, sed ut talis videatur iudicibus,
etiā si non sit. Præstantius igitur est quod præ-
stat philosophus, quàm quod orator.

Aretam filiam salubribus præceptis institue- 20
bat, consuefaciens ut ubiq; quod immodicum es- Modus.
set, contemneret, quod mediocritas in omni re sit
optima, & in scēmina maximæ virtutis sit tem-
perare cupiditatibus.

Cuidam percontanti, qua re esset melior eua- 21
surus filius, si eum curaret literis erudiendum: ut
nihil aliud, inquit, certe in theatro non sedebit la- Eruditio uti-
lis.
pis super lapidem. Amphitheatra gradus habe-
bant marmorcos, in quibus sedens populus spe-
ctabat. Lapidem autem vulgo dicebant hominē
indoctum & elinguem.

Quidam cū Aristippo agebat ut filiū suū sus- 22
ciperet erudiendū: sed quū philosophus pro mer- Institutio
recta.
cede pereret quingentas drachmas, alter deterri-
tus magnitudine pretij, minoris, inquit, emerem
mancipium. At hic, inquit, habebis duo. Sensit ea-
dem pecunia illum sibi paraturū, & philosophū
utilem, & filiū obsequentem. Lepide taxauit
vulgi iudicium, qui nulquam parcius est quàm in
recte instituendis liberis, plūsq; sumptus impen-
dit curandis equis quàm filijs.

Reprehensus quod pecunias acciperet ab ami- 23
cis, ait se nō ideo accipere ut vteretur ipse, sed ut Diuitiarum
vilius.

illi discerent ad quas res vtendū sit pecunijs. Vulgus enim diuitum, aut in equos, aut in operosas estructuras, aut in luxum perdit pecuniam, quum ea bonis viris si egeant sit eroganda. Quin & aliter intelligas licebit. Aristippus non nili ad vitæ necessaria pecunijs utebatur, ideòq; à diuitibus accipiebat, vt eis demonstraret bene vtendī rationem: id non poterat, nisi illi materiam subministrassent. Veluti qui cupit artem scribendī discere, chartam & calamum porrigit docturo.

- 24 Cuidam exprobranti q; in propria causa oratore conductitio fuisset vsus, Nil mirum, inquit, & coenam apparatus coquum conduco. Alter videri volebat ob hoc oratorem præstantiorē philosopho, quod eius operam conduceret: ille retorsit in diuersum, innuens inferiorem esse qui conducitur. Oratoris enim munus inferius est quam vt philosopho conueniat.

philosopho
oratore præ
stantior.

- 25 Iussus est aliquando è sua philosophia non nihil dicere, quumq; detrectantem vrgeret Dionysius: Ridiculum, inquit, si quidem me, vt de philosophia loquar, rogas, & quādo oporteat loqui ipse me doces. Sensit hoc ipsum esse philosophi, scire quando loquendum sit, quando tacendum: at qui petit vt audiat aliquid ex philosophia, declarat se philosophiam à philosopho velle discere: rursus qui cogit ad loquendum, is videtur ipso philosopho doctior, vt qui melius norit loquendī tempus quam philosophus ipse. Ob hoc Aristippi responsum indignatus rex, iussit illū in cōuiuio infimum omnium accūbere: hic Aristippus nihil offensus, hunc, inquit, locū & rex illustrare vis ac honorificum reddere: significans non locū reddere ho-

Libere.

Locum ornat homo.

minem viliozem, sed ex dignitate hominis honorem addi loco.

Quendam sibi vehementer placentē de natan 26
di peritia, nō tulit Aristippus, Et nō te pudet, in-
quit, tam insolenter his de rebus iactare te, quæ
Delphinū sunt propria? Lepidius erat si dixisset,
ranarum. Decet hominē gloriari super his quæ
sunt hominis propria. Nihil autem magis conue-
nit hominī, q̄ ratione pollere. Nullus tam peritus
natator est, quin hic à Delphinis superetur.

Percontāti qua re differret sapiēs ab indocto, 27
mitte, inquit, ambos nudos ad homines ignotos,
& videbis. Significauit sapientē secum in pecto-
re circumferre, quo se cōmendat quibuslibet. Pro-
inde si doctum & indoctum pariter nudos mit-
tas in regionem peregrinā, vbi ambo sint æque
ignoti, sapiens proferēs opes suas protinus & rē
& amicos inueniet, nudus alter pro insano ride-
bitur, & fame periclitabitur.

Iactanti cuidam, quod multum biberet, nec in 28
ebriaretur, Quid, inquit, magni narras, quum idē
faciat mulus? Bibacitas.

Quidam Aristippo vitio dabat, quod cum me 29
retrice haberet consuetudinem. Hunc Socratica
isagoge sic confutauit, Age dic mihi, num refer-
re putas, vtrum quis accipiat domū, quam multi
inhabitarint, aut quā nemo? Cum negasset refer-
re, Quid, inquit, refert ne vtrum veharīs nauī que
multos vexerit, an quæ nullos? Cum negasset &
hoc, Quid igitur interest, inquit, vtrum consuetu-
dinem habeas cum muliere, quæ multis sui fece-
rit copiam, an quæ nulli? Et hoc dictum vt festi-
uum probari potest apud illos, apud quos simi-

plex stuprum non habetur pro crimine.

- 3^o Reprehensus à quodā, quòd Socratis discipulus contra Socratis morem pecuniam acciperet, Merito, inquit, hoc facio, nam Socrati plurimi diuites amici mittebant triticum & vinum, è quibus pauca in vsus necessarios reseruans remittebat reliquum. Nimirum habebat ille dispensatores Atheniensium primores, ego vero Eutychede seruum meum emptitium. Significabat se nihilo minus cōtēnere pecuniam quā Socratem, sed illi fuisse largiores amicos. Hoc colore se possent & hodie quidam excusare profitentes summum pecuniæ contemptum, quum apud amicos habeant depositam pecuniam, quod olim habebāt benignos peni curatores, nunc esurituros satis, si nihil sit alicubi repositum nummorum.

- 3¹ Habuisse dicitur consuetudinem cū Laide nobili scorto. Quo nomine quum vulgo male audiret, cuidā obijcanti quod philosophus haberet à Laide, Imò Laide, inquit, habetur à me, nō ego à Laide: significās nō esse turpe vti cōcessa voluptate, sed ei seruire deditūmq; esse, in turpib⁹ habēdū.

- 3² Rursum obijcanti quòd cibus lautioribus vteretur, hac ratione oclusit os, Tu, inquit, hos cibos triobolo nō emerēs s̄ cūmq; is qui volebat lautitiarum videri contēptor annuisset, Ergo, inquit, non tam ego voluptati studeo quā tu avaritię. Siquidem vsurus erat & ille lautitijs, si gratis aut minimo contigissent. Sic nationes quædam Germanis obijciūt bibacitatem, Anglis edacitatem, quum ipsis nihil sit voracius, si quando gratis datur indulgere gulæ. Auariores igitur illæ sunt, nō temperantiores. Huic simillimum quod ante re-

tuli de perdice.

Dionysij questor, nomine Sim⁹, natiōe Phryx, ostendit Aristippo suas ædes vndiquaq; splendidas, etiam pavimento pretiosis tessellis constrato: omnibus circumspectis Aristippus sputū oris reiecit in barbam Simi: & ob id indignanti hoc colore se excusauit, quòd in tota domo nihil videret ad excipiendum oris recrementū opportuni⁹: innuēs in tota domo nihil esse fœdius aut immūdius barbari facie, quā eam hominis partē oportuerit esse mundissimam. Quamquam hoc dictū magis quadrat in Cynicum aliquē quā in Aristippum, vtcunque illi ascribitur.

Delectatus aliquando insigni vnguento, male sit, inquit, malis cinædis, qui rem tam bellam infamarunt. Sentiens multa per se bona reijci culpa vtentium male.

Interrogatus quomodo Socrates obisset diem Vt ego, inquit, optarim, significans talem mortē quauis vita optabiliorem, nec potuit breuius felicem obitum describere. Dicti tamen argutia in hoc est, q̄ philosophus aliud responderit, quā expectabat percontator. Ille quærebat de genere mortis, morbo perisset, gladio, veneno, an præcipitio: ille putans id nihil referre, respōdit, illum feliciter esse mortuum.

Sophista Polyænus ingressus ædes Aristippi, quum videret illic mulieres pulchre ornatas, ac magnifice instructum cōuiuium, cœpit reprehēdere tantum in philosopho luxum. Aristippus dissimulata obiurgatione, aliquāto post, potes ne inquit, hodie nobiscum esse? Cum ille non recusasset, Quid igit, inquit, incusas? Videris enim nō

n.ij,

lautiorem mensam reprehendere, sed impendiū.
 Nam si conuiuium ob hoc ipsum displicuisset quod
 esset lautius, recusasset esse conuiuia. Porro proba
 re quidem apparatus, sed offendi sumptu, non fru
 galis, sed avari hominis esse videtur.

37 Vix credibile est quod de illo refert Bion, cum
 Philosophi^{is} famulo in itinere gestas pecuniā onere premeret,
 studium. abijce, inquit, quod nimium est, & fer quod potes.

38 Quodam tempore nauigans, ut intellexit nau
 Ingeniose. uim esse piraticam, deprompsit aurū ac numera
 re cœpit, moxque abiecit in mare, & grauiter in
 genuit, fingens sibi imprudēti & inuito excidisse
 se. Hoc ingenio vitæ suæ cōsuluit, adempta pira
 tis occidendi uinciendive materia. Sunt qui nar
 rent illū & hæc dixisse, Satius est ut hæc per Aris
 tippum, quam propter hæc pereat Aristippus.

39 Percontanti Dionysio quare Aristippus uenisset
 Libere. in Siciliam relicto Socrate, ut, inquit, quæ ha
 beo impartiam, quæ non habeo accipiam. Sunt
 qui narrent illum sic respondisse, Quum egerem
 sapientia, adij Socratem: nunc quoniam egeo pe
 cunia, ad te ueni.

40 Aristippus Platoni obiurganti quod multos pi
 Argute. sces emisset, respōdit, se illos emisse obolo, quūque
 Plato dixisset, tātū & ipse empturus erā. Vides, in
 quit, igitur o Plato, me non esse obsoniorum auis
 dum, sed te pecuniæ amantem. Similia quædam
 ante commemorata sunt.

41 Idem Æginæ in Neptunalibus consuetudinē
 Candide. habuit cum Phryne: cūque illi quispiam obiecit
 set, quod tantū pecuniæ impēderet mulieri, quæ
 Diogenem Cynicum gratis admitteret, Ego, in
 quit, illi multa suppedito, ut ipse ea fruatur, non ne

quis alius. Traditum est hoc de Phryne, quæ quæ
esset formosissima, quibuslibet tamen sui copiam
facere soleat, nullo delectu personarum, seu diui-
tes essent, seu pauperes, in neminem fastidiosa. Itaque
turbam amatorum habuit. Huc respexit Horatius.
Melibertina, nec vno contenta Phryne macerat.

Aristippum cum Phryne consuetudinem habentem sic obiurgauit Diogenes, Cum publica, inquit
muliere tibi res est Aristippe: aut igitur canem agas
quæ admodum ego, aut desinas. Hunc inductione sic
repulit Aristippus, Num absurdum tibi videtur
Diogenes inhabitare domum, in qua prius habitauerunt
alii? Quum negasset ille. Quid, inquit, num vehi
naui, quæ multos antea vexerit? Quum hoc quoque
negasset absurdum esse, quare igitur, inquit, absurdum
putas congregari cum muliere, qua plures sunt
vsi? Hoc ante commemoratum est, nisi quod
Athenæus hunc in modum retulit.

Quum prædium amoenissimum perdidisset, cui
dam deploranti tam miserabilem illius casum. Quid, inquit,
an nescis tibi unicum esse prædium, mihi vero tres
agros superesse? Quum annuisset alter, Quin igitur
tuam potius vicem deploramus? Sentiens insipientis
esse, dolere amissis potius quam gaudere relictis.

Cuidam interroganti, num tu es ubique? inquit, non perdo,
si sum ubique. Elusit Aristippus sophisticam
questionem, an idem corpus possit esse diuersis
locis, dum respondit non esse periculum, ne
perdat nauulum. Perdit enim nauulum, qui
dato pretio non peruehitur eò quod vult.

Confutatus in disputatione a quodam homine
ne audaci, sed eodem furioso ac stolido, quum
il-
n.ij.

Candide.

Relictis
gaudenti.

Lepide.

Moderate.

lum videret gestientem inflatumque victoria, ego quidem, inquit, redargutus ab eo, sed suavius dormiturus te qui redarguisti.

- 46 Helicon Cyzicenus vnus ex Platonis æqualibus solis defectum prædixerat. Qui posteaquam accidit, quemadmodum ille prædixerat, a Dionysio argenti talento donatus est. Tum Aristippus ad reliquos philosophos, & ego rem miram habeo quam possim prædicere. orantibus vt proferret, prædico, inqt, breui inter Platonē ac Dionysium futuram similitatem. Sēserat enim regem animum suum iamdudum dissimulare.

- 47 *Amicus diligendus.* Illud cum primis damnabat in hominum moribus, quod in auctioribus vasa diligenter inspicerent priusquam emerent, vitam eorum non inspicerent quos sibi in amicitiam adiungerent. At maior vtilitas est a fidis amicis, quam a vasis, & plus damni est, nisi deligas.

Cum Dionysius in conuiuio iussisset, vt singuli in veste purpurea saltarent: purpura vero tum regum erat gestamen, nunc sutoribus etiam communis: id Plato facere recusauit, his trimetris ē fabula quapiam.

*Οὐκ ἄρ' ἑνὴν ἀίμαρ θῆλυρ ἰνδύσαι σολῆρ
Ἀρῆρ πεφυκῶς καὶ γίνους δὲ ἀρῆρενος.* id est,
Muliebri ego haudquaquam indui queam stola,
Vir natus ipse & ex virili germine.

Aristippus vero non recusauit, sed indutus purpura saltaturus, hos versus recitauit ex tempore.

*Καὶ γὰρ ἐν βακχίμασιν
Ὁ νοῦς ὁ σώφρων οὐ διαφθερίσεται.* Id est,
Nam in Liberi patris sacris
Mens quæ pudica est, nesciet corrumpier.

Dum aliquando Dionysium interpellaret pro amico, nec ille preces admitteret, prostratus cœpit amplecti pedes regis, & impetrauit. Id factum quum quidam velut abiectius quam ut philosophum deceret reprehēderent, no ego, inquit, sum in culpa, sed Dionysius qui aures habet in pedibus. Ingenium iuxta promptum & ad faciendū & ad excusandum quidlibet.

In Asia cōprehenus est ab Artapherne Satrapa. Id tēporis quum quidam eum interrogaret, num & illic haberet solitam animi fiduciam, In epte, inquit, quasi vnquam fuerim fidentiori animo q̄ nunc, alloquuturus Artaphernem. Nimirū hoc illi præstabat philosophia, ne quē hominem metueret, sed cum omnibus libere ageret.

Eos qui liberalibus imbuti disciplinis, philosophiam negligenter, dicebat esse similes prociis Penelopes, quod hi cum Melanthe & Polydora ancillis rem habuerint, & omnia potius se habituros sperauerint q̄ Dominae nuptias. Sensit liberales disciplinas esse velut pedissequas philosophiæ moralis, quæ cum primis sit adhibenda, & cuius gratia reliqua discuntur omnia. Simile quiddam dixisse fertur & Aristo de Vlysse, qui quum descendisset ad inferos, ait illum cum omnibus fere manibus fuisse collocutum, quū ipsam reginam ne videre quidem potuerit.

Percontanti quæ potissimum adolescentibus essent discenda, quæ viris, inquit, vsui futura sunt. Hoc dictum & alijs ascribitur. Optima statim discenda sunt, nec rudis ætas, quæ maxime docilis est, superuacaneis est occupanda.

Posteaq̄ Aristippus magnam pecuniarū vim

- Philosoph⁹ sibi comparasset, & admiratus Socrates diceret, *diues.*
 Vnde tibi tam multar Vnde, inquit, tibi tam pau-
 cas Non enim minus admirandum arbitrabatur,
 quòd Socrates tantus philosophus & qui tantos
 haberet amicos, pauper esset, q̄ quòd ipse diues.
- 54 Scorto cuidam dicenti, Sū ex te grauida Ari-
Lepide. stippe, Istuc, iquit, nihilo magis scire possis, quàm
 per densissimas spinas ambulans dicere, hæc me
 spina pupugit.
- 55 Inculante quodā quod filium sic abijceret ne-
Liberi dege- gligeretq; quasi ex ipso natus non esset. An non
neres. inquit, & pituitā & pediculos è nobis natos ve-
 lut inutiles procul à nobis abijcimus? Sensit eos
 non habendos pro filijs, qui nihil haberent alio-
 qui quo se parentū affectui cōmendēt, nisi q̄ ab
 ipsis progeniti sint. Ita senex in comœdia, Tātū
 per te volo meū, dum id qd̄ te dignum est facis.
- 56 Cum Aristippus à Dionysio pecunia donatus
Auaritia nō esset, Plato libris, atque ob id à quodam carperet-
pecunie tā- tur quasi ad rem attentior esset q̄ Plato: Quid
tum est. refert, inquit, mihi pecunijs erat opus, Platoni li-
 bris: sentiens neutrum accusandum.
- 57 Interrogatus quā ob causam sic ipsum argue-
Veritas ret Dionysius, ob eandem, inquit, ob quam cæte-
odiosa. ri: significans philosophi libertatem omnibus es-
 se molestam, non igitur mirandum si regi: simul
 illud innuēs, regis iudicium nihil à vulgari differ-
 re, quòd fortuna non addat sapientiam.
- 58 Quondam petijt talentū à Dionysio, quūmq;
Philosoph⁹ rex redarguendi nactus occasionē, diceret, Nōn-
nullius eget ne tu prædicabas philosophum nō egere? Da, in-
 quit, & postea de hoc disputabimus. Cum acces-
 sisset pecuniā, an non, inquit, recte dixi philoso-

phum non egeret Non eget qui quum opus est,
habet unde accipiat.

Dionysio recitanti versiculū ex Sophoclis tra: 59
gœdia

Πρὸς τὸν τύραννον ὅστις ἐμπορεύεται
Κείνου· σὶ δούλος, καὶ ἐλεύθερος μόλι· id est
Quisquis tyranni ad tecta sese contulit,
Fit seruus illi, liber etsi venerit.

Aristippus correcto posteriore versiculo respōdit
Οὐκ ἐστὶ δούλος ἂν ἐλεύθερος μόλι·
Haud seruus est si liber illuc venerit.

Significans non esse vere liberū nisi cuius animū Libertas
spe metūq; liberauit philosophia. Neq; enim ve-^{vera.}
re liber est quisquis ingenuus natus est.

Quidam hoc dictum ascribunt Platoni.

Cū inter Aristippū & Æschinem incidisset si 60
multas, quidam autē diceret. Vbi nūc illa vestra
amicitia? Dormit inquit, sed eam excitabo. Itaq;
simulatē Aristippus cōmoda liberāq; appella-^{Reconcillat}
tione facile sustulit. Ne silentio malū vt solet in-^{tio.}
crudesceret, vltro adiit Æschinē. Non, inquit, q;
primū redibim⁹ in gratiā, ac nugari desinemus?
An potius expectabimus, vt scurris inter pocula
de nobis loquēdi materiā præbeamus? Cui quū
Æschines respōdisset, se lubenti animo rediturū
in gratiā, memēto igit, inquit Aristippus, q; quū
essem natu maior, prior ad te venerim. Tum Æs-
schines. Næ tu pfecto vir me lōge melior es. Sī
quidem à me similitatis, abs te sarcindē gratiæ,
fuit initium. Hoc pacto redintegrata est inter
illos amicitia.

Quodā tēpore cū ciuibus aliquot suis nauigās 61
naufragio eiectus est. Quū in litore vidisset figu-

Vera bona
animi.

ras mathematicas in harena depictas. Salua, inquit, res est amici, hominū vestigia conspicio: & ingressus ciuitatē proximā iuueitigauit qui nam essent illic disciplinarū studiosi, cū his vbi cōgrefus est, summa cum humanitate tractarunt, non ipsum modo verum & comites illius, atq; etiam viaticum ad reditum subministrarunt. Tandem quum hi qui cum Aristippo venerant pararent reditum in patriam, rogarētq; illū equid vellet suis ciuib⁹ renuntiare. Vt, inquit, studeant sibi hu iusmodi parare opes, quæ naufragio non pereūt, sed simul cum possidente enatant.

62

Libre.

Quum Socrates taxaret vnguētis delibutos, & Charondas, siue vt alijs placet Phædon, percōtaretur, quis esset ille vnguētis delibutus. Ego inquit, infelix, & me infelicior Persarum rex. At vide, inquit, vt quēadmodū hac parte nullo cæterorum animalū est superior, ita nec hominum vllō præstantior. Sensit externis bonis hominem nihilō fieri meliorem, & equus sansucino oblitus idē oleret quod rex, & mēdicus vnguēto simili delibutus, nō min⁹ bene olet, q̄ summus pōtifex.

DIOGENES CYNICVS.

Non incōcinnus, vt arbitror, ordo videbitur, si post facetā Socratis sanctimoniā, post hilarē Aristippi libertatē, Diogenē Sinopensem cōmemoremus, qui dictorū omnijugi gratia lōge superauit cæteros, quanq̄ omnes hos tres diuersis quidē virtutib⁹, ex æquo tamē suspiciēdos iudico, vt licet dissimilimi fuerint, equales tamē fuisse dicas.

I Primū Athenas profectus ad Antisthenem se contulit, a quo saepe repulsus, nullum enim discipulū recipiebat Antisthenes, nō destitit tamē hæ

Studiū
plentia.

re: adeo ut quum aliquando baculum intentaret Antisthenes, vltro baculo caput subiecerit: dicēs. Cæde si vis, at nullum inuenies baculū tam durum, quo me abs te abigas dum aliquid dixeris. Insigne exemplum adamatæ sapientiæ.

Cum murem forte conspiceret in Megarico **2** discurrentem, qui neq; cauum quæreret, neq; te nebris terreretur, neq; cibum appeteret, bellū, inquit, libertatis exemplū, mōxq; contemptis omnibus cœpit in dolio habitare. *Libertas!*

Demirantibus quod nullas haberet ædiculas **3** vbi cibum capere posset, ostendit Iouis porticū, atq; Athenienses ipsi magnificam extruxisse aulam vbi vesceretur. Quod publicum erat sibi quoque paratum interpretabatur. Neque potuit optare cœnationem splendidiorē. *Facete*

Euclidis scholam, quod arguta quidem, sed ad **4** recte viuendum inutilia docere videretur, *χολή*, id est, bilem ac molestiam appellabat, quā schola Græcis sonet otium, & Platonis *διατριβή*, id est, exercitationem, *κατατριβή*, id est, contritionem voce deprauata vocabat, quod a com muni vita semotus disputationibus insensceret, quum Diogenes in publico viuens mallet philosophice viuere quā disputare. *Artes superuacane.*

Dionysiaca certamina quæ Athenis in honorē **5** Bacchi, magnis impendijs pompāq; celebrabantur, appellabat magna stultorū miracula, quod in his nihil non ridiculum ageretur. *Pompa inepta.*

Oratores qui summo in pretio habebantur **A. 6** thenis dicebat turbæ ministros, quod ad gratiā loqui cogerētur, ac seruiliter adulari stolidę multitudini. Coronas autē dicebat esse gloriæ pustu. *Oratores*

Ias, *Ἰθανθήματα*, qualia nonnullis progerminat in naio vultuque ex bile.

7 Quoties considerabat in hominū vita, ciuitatū gubernatores, medicos ac philosophos, dicebat nullum animal homine sapientius. Idem cōtempans somniorū interpretes, coniectores, diuinos, & huius generis ceteros, aut qui gloria diuitissimae seruiret, aiebat sibi nihil homine videri stultius: indicans hominis ingenium ad res optimas accōmodū si exerceatur, sin ad vitia degeneret, longe esse infra mutas pecudes.

Homo animal stultissimum.

8 Dicere solitus est sepius in vita parādum λόγος ἢ βρόχος, id est, sermonem quae laqueum. Qui desponderunt animū, ad laqueū confugiunt, quū ad consolatoriū sermonē potius sit cōfugiendū. Nā animo aegrotati medicus est oratio. Nec absurdus fuerit sensus si λόγος accipias pro ratione.

Ratio.

9 Quum in opiparo conuiuio videret Platonem nihil attingentem lautitiarū, sed oleis duntaxat vescentem: Quid accidit, inquit, vir sapiētissime, vt quum ob huiusmodi mensas in Siciliam profectus sis, hic a paratis abstineas? Ad haec Plato. At Hercle, Diogenes, & in Sicilia huiusmodi ferē cibo contentus eram. Quid igitur, inquit Diogenes necesse erat Syracusas nauigare? An tum Attica non ferebat oleas? Hoc dictum quidam ascribunt Aristippo.

Philosophus gulosus.

10 Diogenes aliquādo Platoni occurrit caricas edens, ei que offerens dixit, licet participē esse: cum acceptas edisset, participem esse dixi, inquit, nō deuorare, μετασχίρου καταφαγίμ. Hic iocus ad rem seriam potest accommodari, videlicet in eos qui principis, praceptoris, aut parētum per-

Concessis abuti.

missu abutuntur ad inconcessa. Veluti si quis admonitus non esse inutile degustare dialecticam, totam vitam ei impendat studio, dictum ita refertur a Laertio, ut dubites vter alteri obtulerit caricas.

Plato frugalis quidem erat, sed tamen amans mundiciem, contra Diogenes sordidus. Itaque calcans Platonis culcitram presentibus aliquot Dionysij amicis quos Plato inuitarat ad conuiuium, dixit, I I

calco Platonis ambitionem. Mox Plato. At quanta superbia tumes ipse Diogenes dum alienam superbiam te calcare putas. Hoc ipsum ab alijs narratur lepidius. Diogeni dicenti. Calco fastum Platonis. Calcas, inquit Plato, sed alio fastu. Nam hoc ipsum fastus erat, quod iactabat mundicie contemptum: & qui sordibus gloriatur, non minus ambitioni sunt quam qui splendide vestiuntur, sed aliter. Turpior est autem ambitio ex furo virtutis laudem captans. Sotio tamen hoc non asserit Diogeni, sed Platoni Cynico. Gloria res
cra.

Diogenes a Platone petierat vini paululum, tunc & caricas. Plato misit lagenam, cui Cynicus hunc in modum gratias egit. Quum interrogaris quot sint duo & duo, respondes, vigintiita nec secundum ea quae rogaris das, nec ad ea quae interrogaris respondes. Notauit Platonem ut immodice loquacem, quod idem in illius scriptis notauit Aristoteles. I 2

Percontanti in qua parte Graeciae vidisset bonos viros. Viros, ait, nusquam, sed Lacedaemone vidi pueros. Notans totius Graeciae corruptissimos mores, adeo ut apud Lacedaemonios, gentem in corruptissimam, tantum in pueris resideret prisca integritas. Simul illud innuit in reliqua Graecia ne pueros quidem esse bonos: tum & illud, viros esse I 3

Liberalitas
nastia.

Pauci boni

pueris deteriores, quum ab his oporteat pueros ad probitatem institui.

- 14 Quum aliquando de re seria differens, nullum haberet auscultatorem attendentē, coepit ineptā cantionem canere veluti saltaturis. Vbi iam pluri concurrissent, obiurgauit illos, quòd ad stulta & inepta frequentes & alacres accederent: ad seria vero & ad bene viuendum vtilia, nec alacriter conuenirent nec diligēter auscultarent. Huic simillimum est, quod Demostheni quidam ascribunt de umbra asini.

ῥηοτις
ῥῆπ.
Ridicula
preferitur
salutaribus

- 15 Reprehendebat homines quòd lucta, calcitrando alijsq; his similibus semet exercerent, vt periti euadant, nullos autem in hoc incumbere, vt probi & honesti euaderent.

Cura prae-
postera.

- 16 A nullo deniq; hominū genere linguæ dicacitatem temperabat. Grammaticos aiebat se demerari, qui tanto studio mala Vlyssis perquirent, sua ipsorum mala ignorarent. Olim Grammatici potissimum versabantur in Homeri rhapsodijs, at is in Odyssea cōmemorat varios Vlyssis errores. Musicos item accusabat quòd in cithara diligenter aptarent chordas ad cōcentus, mores haberent incōcinnos. Reprehēdebat & mathematicos, q; solē, lunam, ac stellas intuerentur, nō videntes ea quæ essent ante pedes. Oratores carpebat, quòd studerent iusta dicere, sed eadem facere negligenter, Auaros obiurgabat, quòd pecuniam verbis vituperarent, quū eam animo pluri mi facerent. Est enim hoc auaris peculiare, quòd nulli magis detestantur auaritiā quā ipsi.

Præpostera
studia.

- 17 Taxabat hominum vulgus quòd bonos viros hoc nomine laudarent, quia pecunias contemne-

rent, nec interim imitarentur quos laudibus ex
 tollerent vehemēter, sed pecuniosos magis seque-
 rentur, quos vituperabant. Destomachabatur in
 eos, qui pro bona valetudine sacrificarent, & in
 ipso facto epulis immodicis semet ingurgitātes,
 facerent bonæ valetudini contraria. Dicebat se
 mirari seruos, qui cū viderēt dominos plus æquo
 voraces, non illis eriperent cibos, Nam hoc esset
 dominorum valetudini consulere, & seruis ma-
 gis conuenit edacitas.

Haftenus dictum est, quos quibus nominib⁹ 18
 reprehenderit, nūc audi quos laudarit. Probabat
 eos qui vxores ducturi nō ducerent, qui nauiga-
 turi non nauigarent, qui pueros alturi nō alerēt, *Quæ in via*
 qui ad rempu. accessuri non accederent, qui se ad *ta fugiēdas*
 conuiuendum præpotentibus componerent, nec
 tamen accederent: significans ab his omnib⁹ ab-
 stinendum, eōq; prudentes videri, qui ad ea solis
 citati, tempestiue vertissent sentētiam, quod se-
 mel aggressis non sit integrum mutare consiliū,
 etiam si pœniteat instituti. Qui duxit vxorem,
 iam sui iuris non est: qui se mari commisit, ven-
 torum arbitrio feratur oportet: qui semel accessit
 ad rempublicam scenæ seruiat oportet, & vt cu-
 piat, tutum non est ad priuatam redire vitam.

Illi tribuitur & hoc ænigma, manus non esse
 porrigendas amicis complicatis digitis, innuens 19
 nō satis esse si comes nos præbeamus amicis, sed
 comitati comitē adiungēdam benignitatē. Qui *Benignitas*
 comiter tractant amicos dicuntur Διξιοῦδ' αλ,
 quasi dicas dextrate.

Quū captus venderetur in Creta, præconi ro- 20
 ganti quid sciret, & quo titulo eum commenda-

ret emptori, dic, inquit, te vendere hominem qui sciat imperare liberis. Quidam Xenia des Corinthius admiratus præconij nouitatē, adiit Diogenem percontans num sciret qd profiteret. vbi ex sermone hominis cōperit esse sapientē ac doctū, mercatus duxit domū, eiq; suos liberos erudiendos tradidit: quos ille susceptos liberaliter instituit, primūq; tradidit artes liberales, mox docuit equitare, arcū tendere, fundam rotare, iaculari telum. In palestra vero nō permittebat, vt pædotriba illos grauioribus laborib⁹, in morē athletarum exerceret, sed hæctenus quantū ad ruborem bonamq; corporis valetudinē conduceret. Curauit vt ex poëtis aliisq; scriptorib⁹ optima queq; ediscerent, quòd ea modo vere scimus quæ memoria tenemus: breuiter totius doctrinæ summā illis redegit in compendiū, quo & citius perciperent, & fidelius memoria cōplecterentur. Eisdē instituit domi ministrare parentib⁹, cibo leui vilisq;, & aquæ potu cōtentos esse, quūq; cæteri cæsariē alant ad formæ cōmendationē, ille iussit illos radere comā: & si quando procedūm esset in publicū, incōptos producebat absq; tunicis, incalceatos ac tacitos. Quin & ad venatum illos instituebat. Lacedæmonios imitat⁹. His reb⁹ factū est, vt à pueris obseruaret, p⁹ illos parēti cōmēdaret. Alij narrāt præconē Diogenis iussu ita prædicasse, est ne quispiā qui velit emere dominum

12 *Quū sederet in auctione, vetitus est sedere ac iussus est stare, ob id opinor, vt facili⁹ inspiceret emptor qd emeret. At Diogenes quid, inquit, refert, quādo pisces quocūq; modo faceant emuntur: notans vulgi stultitiā, qui empturi seruū ca-*

uent, ne quod corporis vitium fallat, nec simili cautione explorant mentis habitum. Is autē deprehenditur ex oratione.

Aiebat sibi videri mirū, quod quum ollam aut operculum non emerent homines, nisi pulsu ac tinnitu exploratū, in emendo homine solo aspectu essent contenti: significans hominē nulla ex re melius cognosci quā ex oratione. Vt igitur qui vas fictile teruncio parant emere, digito pulsant, atq; ex tinnitu reddito dignoscūt, sit ne integrū, probæ argillæ, ac bene coctū: ita priusquā minis aliquot emāt hominē oportebat ad dicendū prouocare, atq; ex oratione deprehēdere qualis sit. Eodē pertinet dictū superius: piscis mutus est, nec refert quomodo iaceat, quum nihil aliud sit quā piscis: ita non refert quo corporis habitu emas hominem, si silentem emas.

Xeniadæ a quo fuerat empt⁹, dicebat. Mihi licet seruo obtēperes necesse est, propterea quod qui nauclerū aut medicū habet seruū, ei tamen parere cogitur, si velit ex eo capere vtilitatem.

Apud hunc Xeniaden fertur consenuisse, & a suis discipulis sepultus esse. Rogatus a Xeniadē, quomodo sepeliri vellet. In faciē, iquit. Percotātī causam, quoniā, inquit, paulopost futurum est, ut inferiora fiant superiora: huc alludens qd id temporis Macedones rerū potirētur, atq; ex humilibus fierent excelsi: quod si inuenterentur omnia, fore ut cadauer etiā ex prono fieret supinū. Fortassis illud sensit, nihil referre quo statu corpus exanime sepeliat, qua i re magna erat vulgi superstitio. porrectis in portā pedib⁹ efferebantur: stātes cremabātur, & hodie stātes vt audio sepeliū

tur Iudæi, cert e supini sepeliunt omnes Christiani.

- 25 In foro quondam stans clamabat. Adeste homines, veluti concionaturus apud populū: quūmq; iam frequentes cōuenissent, nec ille desineret clamare. Adeste homines, quidam indignati, En adsumus, dic aliquid. Tum Diogenes baculo illos abigens, homines, inquit, adeste iussi, nō sterquilinia. Non putauit hominis cognomen competere in eos, qui non uiuerent iuxta rationē, sed brutorum in morem agerentur affectibus.

Homines
pecudū si-
miles.

- 26 Alexander magnus quum esset Corinthi, adiit Diogenem pro dolio sedentem, cūmq; eo multa collocutus est: a quo digressus indignatibus amicis quōd rex illi canī tantum habuisset honoris, qui tāto principi nec assurgere dignaretur. Imō, inquit, nī Alexander essem, Diogenes esse vellē. Adeo demiratus est animū illū liberū, ac rebus humanis omnibus superiorem, vt nihil regno similis esse iudicaret. Præcipua regū felicitas est, quōd nulli seruiūt, sed quicquid volunt facile efficiūt, tum quōd nullius egeant: atqui hoc ipsum homini præstat philosophia, multo verius, q̄ regnū monarchis. Quāq; Alexandrū esse, Alexandrē malus quiddā existimabat q̄ regem esse.

- 27 Negabat illos debiles ac mæcos appellandos, qui surdi essent aut cæci, sed qui perā non haberent. Lusit autē affinitate vocū. Nam ἀνάπηρος Græcis dicitur mæcus aut mutilus, ἀπηρος qui perā caret: innuens opinor hominē ad omnē vitæ functionem inutilem esse qui expers sit philosophiæ. Pera enim Cynicorum penus erat.

Philosophia

- 28 Ingressus aliquando iuuenum conuiuium, capite semitonso, non solum non comiter exceptus

est, sed multis plagis onustus dimissus est. Quos ille hac ratione est vitus. Nomina iuuenū a quibus fuerat cæsus albo inscripsit, itaq; obambula-
bat soluto pallio: plagarū notæ loquebātur quid esset passus, & album prodebat autores. Hoc pacto iuuenes inhumanos omnibus obiurgādos ac reprehendendos exposuit.

Quoniā Cynicus erat, canis dictus est, & hoc vitæ genus a multis laudabatur, nemo tamē imitabatur. Itaq; dicere solitus est se canem esse laudantium, sed laudatorum neminem cum laudato cane audere venatum ire.

Lactante se quopiam ac dicente. Viros supero in Pythijs. Equidē, inquit, viros, tu vero mācipia. Lusit rursus affinitate vocū, quæ est iter ἀπὸ πᾶς & ἀπὸ πάντων. Mācipia autē appellabat quicunq; seruirēt cupiditatib⁹. Has philosophiā vincere pulchri⁹ est, q̄ in Pythijs ludis vincere viros,

Cuidā admonēti, vt iā senex quiesceret a laboribus. Quid, inquit, si in stadio currerē, vtrū oporteret iam metæ vicinū cursum remittere, an magis intendere? Recte sensit virtutis studium hoc magis intendēdū quo minus superest, quòd turpe sit tum ab honesto instituto refrigescere.

Aliquando vocatus ad cœnam, negauit se venturum. Rogāti causam, quoniā, inquit, heri mihi non sunt actæ gratiæ. Vulgus hominum postulat sibi veluti pro magno beneficio gratias agi si quem admiserint ad conuiuium. At Diogenes licet pauper, existimabat sibi deberi gratiā quòd non grauaretur interesse cōuiuio, quia nusquam iret a symbolo, sed lautius philosophiæ sermonibus pasceret conuiuatoris & conuiuiarum anti-

mos quàm ille corpus epulis.

- 33 Demosthenem aliquãdo in publico diuersorio prandentẽ deprehendit: quĩmquẽ ille conspecto Diogene sese subduceret. Tãto magis, inquit, in diuersorio futurus es: significans hoc illũ magis fore conuiuarũ fabulam, quòd nõ solum ibi versaretur, sed etiam tanquam in re nefaria deprehensus sese subduxisset. Hoc enim memorabili⁹, quàm quòd illic potaret. Alij narrãt hoc cuidam adolescenti dictum, Is potuit & Demosthenes esse: simplicior autẽ sensus est, vt accipiam⁹ adolescentulum admonitum, ne intrò fugeret, sed foras. Nam quo interius sese abdebat in popinã, hoc magis erat in popina.

- 34 Hospitibus quibusdam celebrem illum Demosthenem videre cupientibus, porrecto medio digito, hic est, inquit, ille Demosthenes Atheniẽsium orator. Digitus pollicis proximus index dicitur, quòd hunc intendentes solemus aliquid cõmonstrare. Digitus autem medius apud priscos infamis habebatur, ob causam hic non referendam. Porro Demosthenes vulgo male audiebat, quasi parum vir esset. Id significãs Diogenes ma-
Hic est ille. luit illum medio, quàm indice demonstrare.

- 35 Cuidam exciderat panis: cũmquẽ reliquit, quòd puderet recipere. Hunc castigare volens Diogenes iniecto fune collo traxit vrceum per ceramis cum, hoc faciens in poculo, quod ille in pane facere erubescibat.
- Pudor inu-
tilis.

- 36 Cum multis videretur immodice philosoph⁹, respondit sese imitari chori magistros, qui tonũ legitimum excedere solent, vt alij congruum arriperẽt. Quod enim excedit modum, tametsi vbi
- Exempla
insignia.

tiosum est, tamen ad excitandam aliorum socordiam conducibile est. Ita pallium ac dolium Diogenis, diuitibus suas delicias exprobrabant.

Dicebat plurimos insanire præter digitū. Nā 37

si quis assidue medium digitum intēdat vice indicis, vulgo habetur insanus: si quis indicem, ^{Infantia ge} ^{nera.} ^{Infantia ge} ^{nera.} nus videtur. At plurimi sunt homines qui graui⁹ insaniant in rebus serijs, quā si digitum pro digito porrigant, & tamen hi vulgo non habentur insani. Quemadmodum & hodie, parentes in liberis pro graui peccato castigant, si læua pro sinistra vtantur. Atqui non itidem castigant eos, quum turpia pro honestis eligunt.

Taxabat & in hoc hominum insaniam, quod 38

res pretiosas minimo emerent venderentque, vilissimas plurimo. Statuam enim tribus nummum milibus emi, quum farinæ chœnix duobus æreis veniret. At statua nihil opus ad vitam, sine farina viuere non licet. Cōueniebat igitur farinam multo statuis esse cariorem. Philolophus pretia rerū estimabat vsu naturali, vulgus æstimat stultia persuasionē.

Quod supra retulimus de Xenia de quidam 39

ita narrant. Quum esset emptus Diogenes, perinde quasi ipse Xeniadem emisset, dixit illi. Vide vt iussis meis pareas. Quūque ille diceret, ^{Seruis prou} ^{dētior beto} *ἀνω ποταμῶν*, significans rem præpostere agi, si seruis imperet hero. Si medicum, inquit Diogenes, emisses æger, non illi præscribenti obtemperares, an diceres *ἀνω ποταμῶν*? Si herus corpore male affectus auscultat seruo rei medicæ perito, multo magis decet animo ægrum auscultare seruo philosophiæ perito: quod enim ars me-

dica præstat corpori, hoc philosophia præstat animo. Illa medetur feбри, hæc prauis cupiditatibus. Quanto autem animus præstat corpori, hoc illius morbi sunt quàm huius grauiores. Laërtius addit, quum à præcone rogaretur, quo titulo vellet prædicari, itq; respōdisset, se scire imperare liberis, vbi vidisset prætereūtem quendam bene cultum, huic, inquit, me vende, nā is eget domino.

40 Cuidam ambienti à Diogene in philosophiæ disciplinā recipi, admissio explorandi gratia pernam in via ferendam dedit, lēq; iussit sequi. Ille præ pudore, abiectio quod gestabat, furtim se subduxit. Aliquādo post, forte fortuna illi factus obuius, ridens, tuam, inquit, ac meam amicitiam perna diremit: indicans illum nō esse idoneum philosophiæ discipulum, qui stultum pudorem non posset contemnere. Neq; enim turpe est gestare pernam, sed ab honesto recedere turpe est. Diocles hoc ipsum paulo secus narrat. Quum quidā ambiens esse Diogenis discipulus dixisset illi. Impera mihi Diogenes, admissio in famulitium casei frustum portandum dedit. Id quū ille ob pudorem recularet, nostram, inquit Diogenes, amicitiam paululum casei diremit.

41 Quū aliquando vidisset puerū caua manu bibentem, hic puer, inquit, me frugalitate superat, qui supellectilem superfluā mecū circumferā: & educitū ē pera poculū ligneū abiicit, nesciebam inquit & in hoc nobis prouidisse naturā. Quū alterum puerum vidisset vasculo fracto, cauo panis excipere lenticulam, abiicit & catinū ligneū, vt superuacaneū. Hęc patiar videri ridicula, modo fateamur, immodicū simplicitatis exemplū

Pudor inuicibilis.

Frugalitas.

in hoc vtile, vt nos nostri luxus pudeat.

Sapienti nihil deesse colligebat hoc syllogismo. 42

Deorū omnia sunt, Deorum autē amici sunt sapiētes, & amicorū cōmunia sunt omnia, sapiētū igitur sunt omnia. Sed eodē syllogismo reijci poterat petens aliquid. Quis petis, habens omnia?

Sapientia
dicitur.

Cum vidisset fœminā dijs procumbentem, ita curuato corpore, vt à tergo quædam apparet

43

quæ nudari non decet oculis hominū, adiit illam dicens. Non vereris mulier ne stante post tergū tuū deo: nam illius plena sunt omnia: parum decenter te geras? Æsculapio percussorē consecrasse dicitur, qui accurrens procidētes in faciem cōtereret, hoc figmento deterrēns homines à superstitione, qui credūt deos non audituros, nisi ipsis indecoro corporis gestu supplicent.

Decorum
vbi que.

Solitus est ioco dicere, sibi tragicas execrationes occurrisse, quod esset, *Ανίσιο, ἀπολις, ἀπα*

44

τρικς, πτωχός, ἀλήτης, και ἡμερόβιος, id est, domo, ciuitate patriæque carens, pauper, erro, & in diem viuens. Alludens ad locum aliquē è tragicæ dijs. De Oedipi execrationibus nobis dictum est in Chiliadibus.

Paupertas
tragica.

Quin & illud dixisse fertur, quod fortunæ op-

45

poneret animi fiduciam, legi naturam, affectibus rationem, eo quod his tribus paratur ac seruetur hominū tranquillitas. Aduerſus fortunæ procelas tuetur sapientē animus impavidus, naturam pro lege sequit, cui si repugnet lex, cōtemnit eā, Porro cupiditatum tumultus ratione compescit.

Philosophia
vita.

Quū Alexander magnus inuiseret Diogenē, reperit eum in cranio sedentem pro dolio, ac laceras schedas glutino committentem: posteaquā

36

o.iiij.

rex multa cū illo colloquit⁹ pararet abire, dice-
rētq;. Cogita Diogenes quid à me velis petere, nā
quicquid optaris feres. Mox, inquit, de alijs, inte-
rim secede paulisper. Cū rex secessisset, putans il-
lum velle deliberare, diutius silenti repetijt. Pete
quod vis Diogenes. Hoc, inquit, volebā, nā prius
arcebas mihi solem, ad id quod ago necessarium.
Alij narrant illum dixisse.

47 Ne mihi feceris vmbra, quòd vellet apricari.

Philosoph⁹
pauca eget

Memoratur & illud Alexandrum ita fuisse lo-
quutum. Adsum o Diogenes tibi subuenturus,
quandoquidem video te multis egentē: cui Dio-
genes. Vter nostrum pluribus eget: ego qui vltra
peram & pallium nihil desidero: an tu qui nō cō-
tentus patrio regno, tot periculis temet obijcis,
vt latius imperes: adeo vt vix totus orbis tuæ cu-
piditati videatur satis futurus?

48 Quodam tempore quum diutissime legens tās
dem cō venisset vt videret chartam vacuam. Bo-
no, inquit, animo estote viri, terram video. Allu-
dens ad longa navigatione fessos, qui recreantur
animo quum ipsis procul apparet portus.

Lepide.

49 Cuidā sophisticis argutationibus colligenti, q⁹
Diogenes haberet comua, frontē ac tēpora ma-
nu cōtrectans, atq;, inquit, ego nō video, iride-
re maluit friuolum enthymema q̄ soluere.

Argutie
frivole.

50 Quum Zenon in scholis differens, acutissimis
rationibus probaret nullum esse motū, nec esse
posse. Diogenes surgens cœpit inambulare. Id
admiratus Zenon. Quid, inquit, agis Diogenes?
Cōfuto, iquit, tuas rationes. Taxans interim in-
anem ingenij ostentationem.

Sophista quidam volens apud Diogenē ostē-

tare acumen ingenij, hunc in modum ratiocinatus est, Quod ego sum, tu non es. Cum annuisset Diogenes, Ego, inquit, sum homo, igitur tu nō es homo. Tum Diogenes, *Αἰνε*, inquit, incipe, & recte collegeris. Non dignatus est aperire, quid haberet vitij ratiocinatio, sed maluit irridere de tā friuolis nugis sibi placentem. Si sic sumpsisset, tu es homo, sequebatur sophistam nō esse hominē.

Cuidā ad ostentationem ingenij multa de reb⁹ cœlestibus differenti, q̄ nuper, inquit, de cœlo venisti? Socratem in hoc retulit, cuius est illud, *Que supra nos nihil ad nos.*

Eunuchus quispiam contaminatæ famæ inscripserat ædibus suis, *μηδ' ἐν εἰσιτῶ κακῶν*, ne qd ingrediatur mali. Id videns Diogenes, *Ἄδιῦ*, inquit, dominus, quā ingredit? Eunuchus boni omnis gratia posuerat titulum, ne quid infelicitatis attingeret domum. Id Diogenes detorsit ad mala animi, quæ sola vere mala sunt.

Nactus vnguentum eo pedes inunxit præter morem publicum. Id demirantibus dixit, Quoniam vnguentum capiti infusum exhalatur in aërem, à pedibus autem ascendit ad nares. Similiter alius reprehendit publicam consuetudinem, qua coronas capiti imponunt, quum magis conveniat infra nares ponere, quòd fragrantis vapor non tam descendat quàm ascendat.

Athenienses hortabantur Diogenem, ut mysterijs initiaretur, addentes quòd initiati apud inferos principatum tenerent. Ad quæ Diogenes: perquam ridiculū est, inquit, si Agesilaus & Epaminondas in cœno degunt, & Patetion fur ac vilissimi quicq; homines, q̄ initiati sint, in beatorū

Argutia fri
uolij.

52
Ignota loq

53
Mala vera.

54
Ridiculum

55
Initiari nō
est satis.

infulis erunt. Grauiter taxauit sacerdotum mores, qui quæstus gratia blandiebantur hominum imperitorum superstitioni, persuadentes initiationem conferre felicitatem post hanc vitã, quã ea parata sit his qui pijs & egregijs factis eã promeruerint, siue sint initiati, siue non sint.

Lepide. 56 Cum primum coepisset philosophari, quum in dolio sicco mucidõq; pane vescens solus, audiret totam urbem lætitia perstrepentem, erat enim dies festus, sensit animo nõnihil tædij, diũq; secum de relinquendo vitæ instituto cogitauit. Sed quũ tandem mures videret adrepentes panisq; mias edere, Quid tibi displices, inquit, ò Diogenes! fat magnificus es, ecce etiam parasitos alis.

Canis conuulsum. 57 Platonĩ ipsũ ob vitæ sordes canẽ appellãti, Sane, inquit, nam ad eos qui me vendiderant recurri. Solent enim canes si vendantur, ad veteres dominos recurrere. Non offensus est cõuitio, sed commode interpretatus est. Quum Æginam nauigaret, interceptus est à piratis, atq; in Cretam perductus, ibiq; venditus. Eos piratas puto fuisse Corinthios, aut Athenienses, aut certe Æginetas.

Homines non homines. 58 Quum è balneis redeuntem quidã rogassent, num illic esset multum hominum, negauit esse. Rursus percõtatus, an illic esset multa turba, annuit: significans hominis vocabulum in paucos competere.

Ridiculum. 59 Narratur & illud vix credibile: Plato sic definiãt hominem, homo est animal bipes absque pennis. Ei definitioni quum discipuli Platonis applauderent, Diogenes gallum gallinaceum pennis ac plumis nudatum produxit in scholam. En inquit, hic est homo Platonis, Itaq; definitioni

adiecium est, latis vnguibus, quòd aues eiusmodi non habent.

Percòtanti qua quis hora pràdere debeat, Si dies est, inquit, quum vult: si pauper, quum potest.

60
Festinum.
61
Educatio.

Apud Megarèses quum videret arietes pellibus tectos aduersus frigoris iniuriã, ipsorum autem filios nudos, Satius est, inquit, Megarensis esse arietem quàm filium. Traditum est de Megarensibus quod indiligenter habent filios suos.

Quidã in publico gestãs longã trabẽ per imprudentiã percusserat Diogenẽ, moxque ex more dixit, Caue. At Diogenes, Num, inquit, me vis iterum percutere? Alii sic narrat: dicenti caue, baculum iniegit in caput, & post ictum adiecit, caue: par pari referes. Nam ante lesionẽ dicendum erat, caue.

62
Sera manio.

Quodam tempore lucernam accensam gestãs obambulabat in foro clarissima luce, quærenti similis. Rogantibus quid ageret, hominem, inquit, quæro: notans publicos ciuitatis mores, vix homine dignos.

63
Homo rarè inuentu.

Cum aliquando perfusus esset aqua, statetque toto distillans corpore, circumstantes aliquot, vt fit, commiserabatur hominem indigna passum. Quibus Plato, nã & is forte tum aderat, Si vultis, inquit, commiserari Diogenem, abite, notans in philosopho gloriæ cupiditatẽ. Hoc igitur spectaculo quoniam delectabatur felix erat potius quàm miserandus: at si nullo teste perfusus fuisset, tum vere fuisset miserabilis.

64
Gloria testis.

Colaphum impingenti, profecto, inquit, nesciebã me capite galeato ambulare. Ludens maximum pronam galeam dixit. Nec aliter vltus est percussorem. Nisi forte legendum est, nesciebã ca-

65
Moderate.

pite galea tecto incedendum esse.

- 66 *Par pari.* At nō eadem patiētia tulit Midiam, qui impa-
cto illi colapho dixerat, Tria milia tibi in mensa
sunt posita: per ludibriū illi gratulans, quōd pro
colapho tantū nummorum ex mulcta ad ipsum
esset rediturum si lege ageret. At Diogenes pos-
tridie sumpto pugilum loro, eōq; impacto Mi-
diæ totidē verbis dixit, Tria milia tibi in mensa
sunt posita. A. Gellius narrat de quodam, qui pro
delectamento habebat manu depalmare homi-
nes, mōxq; è crumena quam in hoc circumfere-
bat, iussit numerari mulctā. At Diogenes declara-
uit nō oēs esse ea patiētia, vt mulcta cōtēti sint.
- 67 *Salle;* Philosophi vulgo hoc nomine male audiebāt,
quōd deos aut nō crederēt esse, aut contēnerent.
Hoc innuēs Lysias interrogabat Diogenem, cre-
deret ne esse deos. Cui Diogenes, Qui conuenit,
inquit, vt non credam, quum persuasum habeā,
te dijs inuisum esse. Hoc dictū quidam attribu-
unt Theodoro. Non respondit ad quæstionē, sed
in contumeliose interrogantē retorsit sermonē.
- 68 *Superstitio.* Conspicatus quendā se religionis causa asper-
gentem aquis fluuiialibus, Nam hoc ritu prisca so-
lent purificari, si quid piaculi commissum crede-
rent, Infelix, inquit, quum erras in Grāmatica, nō
absolueris aspersus: multo minus aspersio te libe-
rabit à vitæ criminibus. Recte notabat hominū
superstitionem, qui crederent sensibili elemento
purgari maculas animi, nisi prauas cupiditates
amputassent.
- 69 *Vota stulta.* Eos summopere reprehendebat, qui si quid se-
cus euenisset, fortunam incusarent, id quod vul-
gus hominum solet: dicens, ipsos homines poti⁹

incusandos, qui postularent à fortuna nō quæ vere bona essent, sed quæ ipsis bona viderentur. Nā si permetterent dijs, quæ ipsi iudicāt optima, dare, darent: nunc acceptis his quæ flagitarunt, impudenter inculant deos.

Superstitionem hominum qui in somnijs terre 70
rentur hoc pacto deridebat, Quæ vigilantes, inquit, agitis, ea non curatis: quæ vero dormientes somniatis, solícite perquiritis. Ad felicitatē enim aut infelicitatem hominis, non tam refert quid patiat in somnis, quàm quid agat vigilans. Ibi quoties aliquid turpe committit, oportebat metuere deorum iram, ac tristem euentum, non si quid dormientibus sit visum.

In Olympijs præconem ita pronūtiatē, Do: 71
xippus viros vicit, correxit Diogenes, Hic inquit, ens mancipia, sed ego viros: significās eos qui certarent Olympia, non esse viros, sed gloriæ mancipia. Solus philosophus vincit viros. Simile huic est quod supra retulimus. Victoria pulchra.

Cum Philippus exercitum haberet apud Che 72
roniam, venit eò Diogenes, & cōprehēsus à militibus deductus est ad regem: qui cōspecto Diogene ignoto iratus exclamauit, Explorator. Cui Diogenes, prorsus, inquit, explorator, nam huc veni inspecturus insaniam tuam, qui non contentus regno Macedonū, aliena captās temet in difcrimen cōiicis, ne & regno & vita priueris. Rex admirat⁹ hominis libertatē iussit illū abire liberū. Ambitio,

Alexander Macedonū rex miserat epistolā ad 73
Antipatrū, per quendā nomine Athliam: quum id temporis forte adesset Diogenes, qui Cynico more dixit, Athlius ab Athlio per Athliam ad

Athlium . Porro Athlius Græce miserum sonat multisque laboribus afflictum, unde & Athletis nomen . Sensit philosophus principes ob ambitionem assiduis bellis tumultuantes vere miseros esse : æque miseros qui illorum cupiditatibus inservirent.

Libere. 74 Inuitatus ut ad Alexandrum veniret, recusavit: at Perdicæ præfecto minitanti necem ni veniret, Nil, inquit, magni feceris, siquidem & cætharis & phalangium idem possunt. Cantharis pusillum est insectum non dissimile scarabeo, sed præsentaneum habens venenum: phalangium aranei genus est nocētissimum. Nec dubitavit vicissim minitari Perdicæ, se feliciter victurum, si sine illo viveret: indicans infelices esse qui cum Perdicæ viverent.

Voluptas. 75 Aiebat faciles esse deos ad donandam hominibus vitam, cæterū hanc ignorari ab his, qui quæ sunt dulciaria, unguenta, aliâsq; hoc genus delicias. Hic enim qui fruuntur, credunt se vivere, quā veram vitam, trāquillam ac suavem sola præstet sapientia. Non igitur dii sunt incusandi, sed homines, qui per stultitiam non postulāt ab illis vitam, sed voluptates.

75 Conspiciens delicatum quendam à seruo calcari, nondum, inquit, sat beatus es, nisi te etiam abstergat: id erit, si mācus fueris. Visum est Diogeni nō multo minus absurdum in calcatu abuti opera famuli, si quis ipse sibi hoc præstare valeat, quā si post exoneratam aluum adhibeat famulum abstergēdo podici, Quanquā intelligi potest & de abstergendo naso. Philosopho ethnico prodigiōsæ deliciæ videbantur, ethnicum cal-

ceari à famulo: at ego noui Christianū, sacerdotē,
ac Theologū, cui quū nullū esset membrū man-
cum, tamen aditurus latrinā famulos accersebat
qui soluerent ligulas, item reuersus qui alligarēt.
Id ego videns, sic mecum cogitabam, Vtinam
hic adesset spectator Diogenes.

Conspicatus duci quendam, qui phialā ex æra 77
rio furatus sustulerat: Ducebatur autem à magi-
stratibus, quos illi *ἱερομνημοναοὺς* appellant: Ma-
gni, inquit Diogenes, tures paruum ducunt. Vti-
nam hoc non possit vere dici in magistratus ali-
quot Christianos, à quibus ad laqueum adigitur
interdum qui X. drachmas sustulit, ipsi impune
magnis furtis, vel peculatu potius ditescunt.

Videns adolescentem lapides iacentem in cru 78
cem, Euge, inquit, scopum attinges. Innuens fo-
re, ut aliquando in crucem ageretur. *Salfe.*

Cum adoleſcētuli circūstantes Diogenē accla- 79
massent, Canis, canis: ac mox territi fugere cœ-
pissent, rogatq; quur fugerēt, dixissent, ne mor-
deas nos canis. Bono, inquit, animo sitis filioli, ca-
nis nō edit betulā. Tecte illis exprobrās mollitiē. *Salfe.*

Cuidam sibi placenti, q; Leonis exuuio tectus 80
incederet, Non tu desines, inquit, virtutis stragu-
las pudefacere? Indecorum esse censuit, quod ho-
mo mollis Herculis amictū sibi vindicaret. Idē *Hypocritis.*
dici potest ijs, qui prodigioso amictu profitētur
sanctimoniam, vita non respondente.

Prædicantibus beatum Callisthenem philoso- 81
phum, quod apud Alexandrum apparatu splen-
dido exciperetur, Imò, inquit, infelix est, quod il-
li prandendum cœnandūmq; sit, cum Alexādro
vīsum fuerit: sentiēs nihil esse beatū si absit liber

tas. Hic est Callisthenes Aristotelis discipul⁹, quē
 Alexāder tandē cōiecit in carcerē, vbi & periit.
 Quidā pro Callisthene supponunt ipsum Aristo-
 telem, cuius felicitatem prædicātibz q̄ cū regis
 filio viueret: Aristoteles, inquit, prandet quū vult
 Alexander, Diogenes quum vult Diogenes.

82 Si quando egebat pecunijs, eas ab amicis acci-
 piebat: at suggillātibus eū, q̄ præter philosophi
 dignitatem peteret, quod esset mendicorū, Imò
 inqt, nō peto, sed repeto, ἐν τῷ ἀπαι-
 τῷ. Repetimus enim mutuū aut depositū. Ami-
 cus autem egenti amico dans nō donat, sed red-
 dit quod debebat. Quisquis enim in tali calu pe-
 cuniam seruat, rem alteram detinet.

83 Quum adolescens quidam comptior Diogeni
 proposuisset quæstiunculam, Non tibi prius, in-
 quit, responsurus sum, quā sublati vestibus as-
 stenderis vtrum masculus sis, an fœmina. Ex cul-
 tu parum virili notauit illius mollitiem.

84 Alteri cuidam adolescenti, lusum quendā ama-
 torium eleganter in balneis exhibēti, quod Græ-
 ci vocant κούρην, Diogenes, quo melius, in-
 quit, hoc deterius. Damnās improbatam artem,
 qualis est & alea, cuius quo quisque est artifex
 melior, hoc vir est deterior.

85 Quum Diogenes adesset conuiuio, qui accu-
 bebant appellātes illum canem, ossa illi projicie-
 bant, quod id canibus fieri consuevit: at ille disce-
 dens à tergo commingebat accumbentes: signi-
 ficans & hoc esse canum.

86 Oratores ac cæteros omnia ad gloriā facien-
 tes, appellabat τριτογενῆς, id est, ter homi-
 nes, ancipiti dicto, Nam vt vulgus hominem es

se negat, qui nec doctus est nec humanus ita philosophus hominem vocabat miserum, qui nihil haberet supra hominē. Siquidē iuxta Homerum, nullū animal homine miserius. Proinde ter homines dixit, ter miseros, qui sua studia omnia cōferret ad rē inanissimam, ac populari multitudinī, multorū capitū beluæ seruirent seruitutem.

Diuitē quendā indoctum, sed splendide vestitum, χρυσόμηλον appellabat, hoc est ouem aureo vellere. Nam tales fuisse proditum est à poetis, qui minimum valerent ingenio, ouillis moribus etiā prouerbio dicebantur.

Præteriens prodigi cuiusdam ædes inscriptionem habentes, venales: Facile, inquit, diuinabam fore, vt præ immodica crapula domum euomeret. Iam enim domū absumpserat antequam venalem proscriberet. Vomitus igitur erat ille verius quā venditio.

Adolescenti conquerenti quoddā à multis perturbaretur, Desine, inquit, & tu perturbationis indicia præ te ferre: significās nulla re melius improbitatem lædentium finire, quā si qui læditur dolorem dissimulet. Etenim qui ob id incessunt hominem, vt illum discrucient, desinent si viderint illum nihil commoueri. Et Græcis suspicor alium esse sensum: Quum enim adolescens quereretur sibi turbam esse molestam, πᾶσι γὰρ ἰσχυρῶς inquit, ἢ σὺ τὰ λέγματα τῶν πεισχυρῶντος περιφίρῃ. id est, At desine tu quoq; signa mollis & effœminati circumferre.

Citharœdum imperitum obesoque corpore & ab omnib⁹ vituperatū, solus Diogenes laudabat. Demitantes quam ob rem id faceret, Laudo,

inquit, quod quum talis sit, maluerit se cithara quàm latrocinijs exercere: significās illū corpore validū, ingenio rudem, latrocinijs aptiorem esse quàm musi: cæ: locus est ab inexpectato.

91 Alterum citharædū, qui quoties caneret ab auditoribus deserebatur, obuiū ita salutabat, Salue galle. Quū ille offensus salutationis nouitate diceret, Quid ita? Quoniā, inquit, cantu tuo excitas omnes. Locū captauit ex ambiguitate verbi Græci: *ἀντὶ ἀρπυ* enim dicitur, & qui excitat dormientem, quod solent galli gallinacei male canentes: & qui sedentem excitat ut surgat, quod ille solet.

92 Cum adolescentē quendam in ligni forma plurimi intuerentur, Diogenes incuruato corpore sinum lupinis implebat. Ad hoc spectaculum conuersis omnium oculis, dicebat mirari se, quur adolescentulo dimisso, sese intuerentur: obiter notās illorum intemperantiam.

93 Cuidā vehemēter superstitioso, ac lemurū laruarūmq; terroribus obnoxio, necem ipsi minanti, dicētisq;, vnico ictu tibi perfringam caput, At ego, inquit, si id feceris, tibi sinister astans, ut contremiscas efficiā. Significās se mortuū etiā illū terere posse, à quo viuus cōtēnebat. Hic tamē affectus & hodie plurimos habet, qui cū sint aduersus viuos feroces, aduersus vmbas sunt formidolosissimi.

94 Ab Hegesia rogatus, ut ipsi libros aliquot comodato daret, Nō sapias, inquit, Hegesia, qui quū caricas nō pietas sed veras eligas, vera exercitatione neglecta ad scriptā te conseras. Hoc dicto notauit eos, qui per omnē vitā nihil aliud quàm legunt philosophorū libros, recte viuēdi præcepta cōti-

Salte:

Superstitio.

Lectio mortua.

nentes, quū virtus magis vsu discatur q̄ lectione. *ἡ ἀρετὴ* Græcis anceps vox est, ad scribere & ad pingere. Itaq; virtus libris expressa, quodāmodo picta virt⁹ est. Absurdū autē videt̄, in caricis habere delectum, in virtute non item.

Cuidā illi probro obijciēti q̄ exularet à patria, 95
 Miser, inquit, istius rei causa philosophatus sum: siue q̄ exiliū cōpulisset Diogenē ad philosophā Exiliū vtiq;
 dū, siue q̄ ideo didicisset philosophiā, vt exilium similēsq; casus æquo animo perpeti posset.

Alteri cuipiam per conuitium dicēti, Sinopen 96
 ses te exilio damnant, At ego, inquit, illos māsio-
 ne: significans se quōd solum vertere iuberetur, nihil infeliciorē esse his, qui in patria manerēt nec exilium æquo animo pati possent. Tā enim miserum est manere coactum, q̄ exulare coactū. Philosophus cui quæuis terra patria est, si iubeatur ire exulatum, vnus tantū ciuitatis exul est. At qui nusquam potest viuere nisi in patria, plurimarum regionum exul est. Diogenes autem ob adulteratam, vt putant, monetam solum vertere iussus est. Erat autem Sinopenis. Hoc ita refert Plutarchus in libello de exilio, Te Sinopenes Ponto exulem esse iusserunt, At ego, inquit, illos hac damno pœna, vt in Ponto extremisq; Euxini litoribus inclusi perpetuo maneat. Diogenes mutarat patriā, sed in melius: exulabant potius, qui infelici regioni erant ascripti.

Quū Olympioniceū, hoc est, in Olympijs cer- 97
 tare solitum, offendisset pascentē oues, Quām ce- Faceto,
 leriter, iquit, d̄ præclare ab Olympijs ad Nemea-
 te contulisti: ludens affinitate vocū. Nam *νίμω*
 certamina dicūtur à loco quē admodū Olympia.

DIOGENIS

ὄμιον vero Græcis pasco sonat, & *ὄμιον* pascu.

- 98 Interrogatus quam ob rem Athletæ nihil sentirent, Quoniã, inquit, suillis ac bubulis carnibus educati sunt. Nã Athletæ crassioribus cibis enutriuntur, qui corpori quidem robur conferunt, sed mentis acumen ebetant. Vocis autẽ ambiguitas dedit ioco locum. Nam vt Græcis *ἀιδάειος* *ἴαι*, ita Latinis sentire, tam ad animum q̃ ad corpus pertinet. At percontator ille quærebat quid esset causæ, quor Athletæ veluti sensu carentes nõ offenderentur plagis, Diogenes animorum stuporem notare maluit.
- 99 Solitus est interdum adire statuas, & aliquid ab illis petere. Demirantibus quor id faceret, vt cõsuetscam, inquit, non commoueri, si quãdo ab hominibus non impetro quod peto.
- 100 Posteaq̃ inopia compulsus cõpisset mendicare, his verbis solet aggredi, Si cui alteri dedisti, da & mihi: sin nemini, à me incipe. Significabat se nõ inferiore ceteris mēdicis: itaq; par esse vt q̃ daret quibullibet, daret & Diogeni: qui vero tam parcus esset vt nemini quicq̃ daret, huic tempus esse vt aliquando dare incipiat.
- 1 Interrogatus aliquando à tyranno, è cuiusmodi are potissimũ oporteret fieri statuas, Ex eo, inquit, ex quo fusi sunt Harmodius & Aristogiton: innuens illum esse tollẽdum, quod illi tyrannicidæ fuerint.
- 2 Percontanti quo pacto Dionysius vteretur amicis, Vt vtribus, inquit: plenos suspendit, inanes abiicit: significans à tyranno diuites occidi, pauperes negligi.
- 3 Quidam gloriosum titulũ inscripserat ædibus

ἄνευ νόου
δ' ὄμιον
ἴαι.
Stupor animi.

Vfus lenit molestiam.

Mendicitas

Libert.

Salte.

fuis, Iouis filius Callinicus Hercules hic habitat, ^{Ser.}
 ne qui d introeat mali. Diogenes ex inscriptione
 stultitiam hominis deprehendēs, adiecit, *μετὰ
 πόλεμον ἢ συμμαχίας*, id est, Post bellum auxi
 lium: indicans seram esse malorum omnium de
 precationem, posteaq̄ talis immigrasset. Coleba
 tur enī Hercules ἀλεξίκακος, malorū depulsor.
 Eū oportuit in ædes imigrare priusq̄ immigras
 set dominus ædiū, qui ipse erat magnū malum.

Luxuriosum quēpiam in diuersorio cōspiciēs ⁴
 vescentem oleis, Si sic prandisses, inquit, non ita
 coenares: sentiens nō esse frugalitatis quōd coena ^{LUCAS.}
 ret oleas, sed quōd stomachus nimis lauto pran
 dio grauatus, nihil appeteret in coena. Nam te
 nue prandium optime condit coenam.

Dicere solebat, cupiditatem esse malorum om
 nium arcem *μητρόπολις*, non procul abluēs a ⁵
 sententia Solomonis, qui dixit, cupiditatem, radi
 cem malorum omnium. ^{Auaritia.}

Bonos viros dicebat esse deorū, simulacra. Deo ⁶
 rum, quum sint optimi natura, ptoprium est be
 ne facere omnibus, nocere nemini. Hæc imago
 melius relucet in sapientibus ac bonis viris q̄ in
 statuis, quum dij sint incorporei. <sup>Boni similes
 les dijs.</sup>

Amorem dixit otiosorum negotium, quōd hic ⁷
 affectus potissimum occupet otio deditos. Ita fit
 vt dum otio vacant, in rem negotiosissimā inci
 dant, nec interim tamen quicquā bonæ rei agūt. <sup>Amor tuus
 pis.</sup>

Percontanti quid esset in vita miserrimum, Se ⁸
 nex, inquit, egenus. Siquidē vbi naturæ præsidia
 destituunt hominem, extrarijs rebus fulciēda est
 ætatis imbecillitas. Verum inter egenos haben
 dus nō est, qui bonas artes ac probos amicos sibi

parauit certissimum senectutis viaticum: ille in-
felicitissime egenus est, qui nulla virtute præditus est.

9 Interrogatus quæ bestia morsum haberet nocentissimum, Si de feris, inquit, interrogas, obtrectatoris de cicuribus, adulator. Nam obtrectator præ se fert odium, adulator sub amici persona multo etiam lædit grauius.

Salsc.

10 Conspiciēs duos centauros pugnātes in tabula pessime pictos, vter, inquit, horum deterior est? Notans pictoris imperitiam, quasi dubitaret vter esset deterius pictus. Vtius est autem voce ambigua: nā χείρω & peior dicitur, & in pugna inferior.

Bisidloquium.

11 Oratione blandā nō ex animo proficiscētē, sed ad gratiā cōpositā, dicere solet, melleū laqueum, quod blande amplectens hominem iugulet.

Venter omnia deuorās

12 Luxuriosotū ventrē, vitæ charybdim appellabat, quod omnia deuoraret, nec satiaretur vnquā. Charybdis tantū ea sorbet quæ mari vehuntur, & reuomit tandem quod absorbuisset: at luronū ventribus nec aër, nec terra, nec flumina, nec maria sufficiūt, quin & domos & agros totos absorbent, nec reuomunt.

Adulteriū.

13 Cum quidā Diogeni referret, Didymonē moechum comprehensum: Dignus est, inquit, ex ipso nomine suspendi. Porro Didymi Græcis testiculis dicitur: ab his igitur vnde nomen habebat, & quibus peccauerat, vult eum suspendi.

Auri amor.

14 Phyliscus quidā interrogauit Diogenē, quā ob causam aurū palleret: Quoniā, inquit, plurimos habet sibi insidiātes. Pallent autē qui metuunt.

Delic'ia.

15 Cum videret mulierē in lectica, dixit: Caueā non conuenire feræ: notans tam efferum ac noxiū animal ferrea cauca coercendū. Lectica ve-

ro fellæ genus est cancellatæ, vt aliquam caueæ
speciē præbeat: in hac diuites ac delicatæ sedere,
atq; etiam gestari solent.

Seruū fugitiuum videns ad puteum sedētem, 16
Vide, inquit, adolescēs ne excidas: ambiguo ver-
bo ludens, Nam excidit qui in puteū decidit, &
ἐκπίπτει, id est, excidit, ἢ de loco pellit. Arbitror
autē puteos olim fuisse sacros, & ab his nō fuisse
fas quæquam vi detrahere, quemadmodum è tē-
plis, aut à statua principis.

Cū in balneis vidisset λαπτῶδες ὑτηρ, id est, fu- 17
rem vestium, dixit illi, num ad vnctiunculam, an
ad aliud vestimentū? Rursum lusit affinitate vo-
cū, ἣ latine reddi non potest, ἐπ' ἀλφμμάτιον,
ἢ ἐπ' ἄλλ' ἰμάτιον: dictiones minimo discrimi-
ne soni inter se differunt. ἀλφμμα ab ἀλείφω,
vnguentum est, vnde & ἀλιπτα dicti, Inde ἀλφμ-
μάτιον diminutiuum: ἄλλ' ἰμάτιον duæ dictio-
nes, sed ob συναλοισίην propemodum vna vide-
tur, quam si remoueas, est ἄλλο ἰμάτιον, id est,
aliam vesticulam. In balneis enim olim vngebā-
tur, & ibidem fures suum agebant negotium, qd
positis vestibus lauare mos est. Notabat itaq; fu-
rem, quod alibi furatus vestem, eò venisset alte-
ram furaturus.

Ingressus aliquando sordidum balneum, dice: 18
bat: Qui hic lauant, vbi lauantur? Significabat il-
lic homines pueros sordidari, & ibi lotis opus esse
alio balneo quo mudentur. Sordes.

Cum aliquando vidisset mulieres ex oliua pen- 19
dere laqueo præfocatas, Vtinam, inquit, & cæte-
ræ arbores similem ferrent fructum. Erat enim
Diogenes μισογυνίς, id est, mulierū osor, eoque
osor scemi-
naturum.
p. liij.

cupiebat omnes videre pensiles.

- 20 Cemens quendam male audientem, quasi monumēta spoliaret, Homeri carmine compellauit.

τίπῃ εὖ σὺ ἄδεις φήσεις,

ἢ τινὰ σπυλίστων νεκρῶν κατατιθνεϊώτων,

Sacrilegij.

Quid tu huc venisti vir præstantissime, nū fors,
Vt spolies aliquē horū quos mors occupat atraſ

- 21 Interrogatus num seruū ancillāmve haberet, negauit. Cūmq; percontator adiecisset, Quis igi-

Sepultura.

tur te efferet si moriaris? Cui domo, inquit, erit opus. Multi superstitioſe ſolliciti ſunt, quomodo, & per quos efferātur. Hac cura prorsus vacabat Diogenes, nō dubitās quin futurus eſſet aliquis, q cadauer eijceret, vel ob id, quo domū faceret vacuā. O uanquā illi contigit honorifica ſepultura.

- 22 Cōſpiciēs adoleſcētē quēdā neglectius dormiētē, baculo pungēs illū, dixit carnē Ho. ἐγείρω,

Μή τις σοι εὖδοντι μεταφρίνας ἐν λόβῳ πύξῃ.

Surge. Ne quis dum dormis, à tergo infixerit hastam.

- 23 Ad eum qui obſonijs ac luxū plus æquo indulgebat, illud Homericum accommodabat,

ὠκύμορος δὲ μοι τίκος ἰορίας. Id eſt,

Luxus.

Nate mihi fueris breuis auiſiſignificans illum ſibi luxu mortem acceleraturum.

- 24 Platonis Ideas, id eſt, formas riſit & Ariſtoteles. Quodam igitur tempore quum Plato multa

Argutię nugatorię.

de Ideis diſſereret, & rem confictam cōfictis vocabulis explicare conaretur, ſubinde in ore habēs

mēſcitates, & cyatheitates, per quas voces intellegebat ſpecies menſæ & cyathi: Diogenes irridens ſubtiles nugās, Menſam, inquit, ac cyathum video, menſcitatem & cyatheitatem non video.

Tametsi sunt & hodie qui Sorteitatibus & hec-
ceitatibus sibi videntur acuti. At Plato regessit
dictum. Nec mirū, inquit: nam oculos habes qui-
bus cernuntur cyathi ac mensæ, at mentē nō ha-
bes qua cernuntur menseitates ac cyatheitates.

Interroganti quando ducenda esset vxor. Iuue- 35
ni, inquit, nondum, seni nunquam. Græce iucun-
dius μηδ' ἴποτε, & μηδ' ἐπ' ὠποτε: subindicans
prorsus abstinendū a matrimonio. At percōtator
ille discere cupiebat quo ætatis anno, aut qua an-
ni parte expediret asciscere coniugē, quē admo-
dum Aristoteles præscripsit puellæ decimū
octauum, viro trigessimū quintum: & Romani
Aprilem & Iunium existimabant auspiciatum
nuptijs, Maium inauspicatum.

Matrimo-
niū vitādū.

Percontanti quid nam vellet vt colaphū acci- 26
peret. Galeam, inquit. Et hic locus est ab inex-
pectato. Nam ille expectabat, quid mercedis pe-
teret pro colapho.

Ioc⁹ ab ina-
expectato.

Cum videret adolescentē quempiā sese oman- 27
tem. Si ad viros, inquit, frustra: si ad scēminas, in-
iuste. Hoc dictum festiuus est Græcis ob vocū
affinitatem, ἀτυχῆς & ἀδ' ἰρῆς. Nam frustra
se mas parat masculo, inter quos non potest esse
coniugium: & inique facit adolescens si cultura
formæ insidiatur infirmo sexui, quū vxor non les-
nocinio, sed honestis moribus concilianda sit.

Mollities.

Adolescenti cuiusdam erubescēti, atq; ob id per- 28
turbato. Bono animo es, inquit, fili, istiusmodi est
virtutis tinctura.

Pudor.

Cum audisset duos legum peritos inter se con- 29
tendentes, damnauit ambos, quòd alter furtum
cōmississet, alter non perdidisset: significās utrūq;

Furacitas.

dignum exitio. Argutia dicti in hoc est: qui furatus lucrifacit aliquid: is vero cui res furto tollitur, damno afficitur. At hic absurdum quiddam acciderat: alter alterius rem furatus erat, nec tamen is cui furtum est factum perdidit. quòd hoc ipse furatus esset, quod alter sustulit.

30 Percontanti quod vinum libentius biberet, Alienum, inquit, & hic τὸ ἀπροσδόκητον addit gratiam dicto. Aliud enim expectabat percontator, videlicet de genere vini sentiens.

Aliena dulciora.

31 Cuidam ipsi dicenti, Plurimi te derident. At ego, inquit, non derideor. Id autem videtur ἀδύνατον, vt aliquis te percutiat, tu tamen non percutiaris: sed Diogenes negavit se derideri, siue quòd non esset deridiculus, siue quòd existimaret hominum irrisionem nihil ad se pertinere.

Neglectus injuriarum

32 Dicenti miserum esse viuere, Non, inquit, viuere miserum est, sed male viuere miserum est. Vulgus miseram appellat vitam, laboribus, doloribus, morbis, damnis, exilijs, multisque hoc genus incommodis obnoxiam. At philosophus nihil malum aut miserum esse dicebat, nisi quòd cum turpitudine coniunctum esset.

Vita misera

33 Erat Diogeni seruus nomine Manes: is cum profugisset a domino, admonuerunt amici vt fugituum inuestigaret, At ridiculum, inquit Diogenes, si Manes absque Diogene viuat, Diogenes absque Mane viuere non possit. At multi seruos insequuntur vt vlciscantur. Diogenes spectabat vsu. Melior autem philosophus est qui paucioribus eget. Nolebat itaque hic seruo videri deterior.

Frugalitas.

34 Quodam tempore prandebat oleas, mox inductam placentam abiicit, accinens illud e tragœdia.

Deliciae pretie.

ᾧ ξίφι, τυράννοις ἐκποδῶν καθίσασο. id est, Procul à tyrannis temet hospes auferas. Itē illd Homericū, ἄλλοτε μάσι ξίφιδ' ἀλάαμ Interdum scuticis agitabat. Se tyrannum appellans, deliciarum contemptorem, quas procul abigi volebat.

Diogenes vulgo canis dicebatur. Sunt autem 35 canum multa genera, sunt enim venatorij, sunt aucupatorij, sunt custodes ouīū & aediū, sunt qui habentur in delicijs. Ergo percōtanti qualis ipse canis esset, lepide respōdit, Esuriens, inquiring, Melitæus: fatur, Molosseus: quōd cibi appetens blandiretur, saturatus morderet.

Interrogatus an philosophi placētis vescerētur. Omnibus, inquit, vt cæteri homines. Rursus hīc aliud respondit quām interrogabatur. Quærebatur percontator an conueniret philosophis frugalitatem profitentibus vesci placētis cibis delicatorū. Diogenes ἐρωτων ὑῶν ita respondit, quasi philosophi non essent homines, & tamen vescerentur cibis humanis.

Cum aliquando Diogenes in conuiuio placētam ederet, dicerentque conuiuiarum quispiam, quid comedis Diogenes? suspicās Cynicum philosophum nescire quid sit placenta. Panem, inquit, bene pistum: dissimulans se scire quid esset: alijs erat placenta, Diogeni panis erat, qui non edebat voluptatis gratia.

Percōtanti quur cæteris mendicis benigne largirentur homines, philosophis non item. Quoniam, inquit, credunt citius futurū vt claudī cæcive fiant, quām philosophi. Qui miserentur astrictorū, quales ferè sunt mendici, faciūt hoc cō-

Canis Dios
Genica.

Philosophi
homo.

Dissimular
tio.

Salse.

templatione cōmunis hominum fortis, ita cæco opitulantur cogitantes, hoc ipsum mihi poterit accidere, de philosopho nō item cogitant. Dīctū festiuus est, ob abusum verbi, sperant: vt philosophus fias sperari potest, cæcitatem aut claudicationem nemo sperat.

39 Diogenes poscebat aliquid ab homine auaro: quē vbi videret contantē ac negaturo similem, dō homo, inquit, ad cibū te postulo, nō ad cyppum, vt qua licet Græcarū vocū affinitatē reddā. Græcis enī & τροφή cibis est, & ταφή sepultura.

Contantet dare.

Error cor-
rectus.

40 Cuidam obijcienti, quōd aliquādo falso signas-
set monetam. Nam hāc ob rem, vt dīctū est, ius-
sus est exulare. Fateor, inquit, fuisse tempus, quo
talis eram qualis tu nunc es: qualis autē ego nūc
sum, tu nūquam futurus es. Notabat eos qui ius-
uentutis errores in alijs reprehendunt, quum ipsi
ne in senectute quidem corrigant suos.

Error fau-
nilit.

41 Alteri cuidā hoc ipsum opprobranti, crimē ius-
uentutis obtentu defendit, dicens. Tum celerius
reddebā lotiū, nunc nō item. Cynica circuitione
notauit iuuenilē etatē, quæ facilius reddit humo-
rem vesicæ, quā senibus molesta sit dysuria.

Ridiculum

42 Myndū aliquādo profectus quū videret portas
amplas ac magnifice extructas, quum oppidum
esset exiguū. Viri, inquit, Myndij, claudite portas
ne ciuitas vestra egrediatur: notans oppidū tam
esse pusillum vt per portas egredi posset.

Facete

43 Conspiciens furē purpuræ comprehēsum. Hō-
mericum carmen in eū detorsit.

Ἰμβασι, ἴσθ τε, πορφύριος θάνατος καὶ μοῖρα
κραταῖη. id est.

Te mors purpurea apprehendit, violentāq; parca.

Craterus Alexandri Magni præfectus homo 44
 prædiues, inuitarat Diogenem vt ad se cõmigra-
 ret: cui respondit. Malo Athenis salem lingere, q̃
 apud Craterum opipara frui mensa. Sentiens li-
 bertatem quamuis inopem omnibus diuitũ de-
 licijs præferendam, vbi minuitur libertas. Libertas

Anaximenes rhetor obeso aqualiculo erat onus 45
 stus: hunc adiens Diogenes ita loquutus est: Im-
 partire nobis tenuibus & ventrem. Nam & ipse
 leuaberis onere, & nobis commodabis. Obesitas.

Cum oraret aliquãdo Anaximenes, Diogenes 46
 prætendens pernam, auditores in se cõuertit: ob
 id indignatus Anaximenes obticuit, ab audito-
 rio destitutus. Tum Diogenes, Anaximenis, in-
 quit, disputationem oboli pretium dissoluit: signi-
 ficans illum de rebus friuolis disseruisse, quæ nõ
 admodum attentos haberent auditores. Ridiculum

Quibusdam obijciẽtibus, quod in foro cibum 47
 caperet. Quid mirum, inquit, in foro esurio: ra-
 tiocinatus à relatiue oppositis. Si fames nõ vrge-
 ret hominem in foro, fortassis absurdum esset in
 foro vesci. Sed eodẽ colore se tueri poterat in fo-
 ro deijciens aluum, aut vrinam reddens. Vesci in
 publico.

Sunt qui & illud ascribant Diogeni. Plato of- 48
 fendens illum lauante olera, dixit illi ad aurem.
 Si Dionysio morem gessisses, profecto nõ laua-
 res olera, Diogenes vicissim Platoni in aurem di-
 xit. Si tu lauares olera, Dionysio non inseruisses.
 Verum hoc videtur effectum ad similitudinem
 illius quod ante retulimus de Aristippo, quem
 admodum & hoc quod subijciam.

Cuidã dicenti, Multi te derident ò Diogenes. 49
 Et illos, inquit, fortassis asini. Altero subijciente,

sed illi nō curant asinos: nihilo magis, inquit, ego ipsos. Asinis irrisionem tribuit, q̄ subinde nudatis dentibus irrisionis speciem præbeāt. Quin & deridētes quēpiam, mota ab aure manu imitātur asininas aurículas. Videtur igitur & asinus motis auriculis irridere homines, nemo tamen offenditur.

Irrisio contempta.

50 Conspicatus adolescentulum philosophiæ dātem operam. Euge, inquit, corporeæ formæ amatores ad anime pulchritudinem auocas. Sentiens illum hoc agentem, vt animū virtutibus & honestis disciplinis exornaret, hoc cōsequuturum, vt lōge meliores amicos sit habiturus. Nihil enī sapientia pulchrius, nihil virtute amabilius.

Animi cultus.

51 Solent olim à periculis seruati, in templis suspedere donaria, velut incolumitatem suam dijs acceptam ferentes. Proinde quum Samothracen profecto ostenderentur illi donaria, quæ è bello, morbo, nauigatione, aliōve discrimine seruati dicarent. Atqui, inquit Diogenes, multo plura essent, si qui seruati nō sunt, ista dedicassent. Sensit opinor eos qui seruarentur, casu seruari, nō deorum beneficio. Quodd si dijs imputandum est si quis seruatur, iisdem imputandū est quod plures pereunt q̄ seruantur. Sunt qui hoc tribuant Diagoræ Melio impio. Samothracæ autem magna in hisce rebus superstitione laborabant.

Anathematia.

52 Adolescenti formoso ad conuiuium eunti, deterior, inquit, redibis. Reuersus à conuiuio adolescens quū Diogeni dixisset. Iui, nec redij deterior, inquit, χέρωρ μωοῦν, id est, deterior igitur, indicās fieri nō posse, quin adolescens è luxurioso temulentōq; conuiuio redeat deterior.

Conuictus improbus.

Diogenes ab Eurytio petijt quiddam magni: 53
 qui quū ex more his verbis negaret, faciā, si mihi
 persuadere possis. Si possim, inquit Diogenes, iā Libere.
 pridem tibi suavissem, vt te suspēderes. Hic prae-
 ter Cynicam libertatem nihil est quod miseris.

Inuiserat Lacedæmonem: inde Athenas reuer- 54
 sum percontabantur, vt sit, quō iret & vnde ve-
 niret. à viris, inquit, ad foeminas: notans Athenicū
 sium delicijs effeminatos mores, quum Lacedæ- Deliciae.
 monij dure instituerentur.

Redeuntē ex Olympijs quidā interrogabant, 55
 vidisset ne illis multam turbā: turbā, inquit, plu-
 rimā, sed homines perpaucos. Et hoc imitatum Homines
pauci.
 apparet ex eo quod supra dictum de balneo.

Eos qui per luxum in coquos, nepotes, scorta & 56
 adulatores facultates suas profunderent, similes
 dicebat arborib⁹ per præcipitia nascentibus, qua- Profusio.
 rum fructus homo non gultaret, sed à coruis &
 vulturibus edrentur: sentiens eos qui gulæ ven-
 tris seruiunt non esse homines.

Græci si cui precātur exitium, iubent abire ad 57
 coruos, ἰς κόρακας. At Diogenes dicere solet,
 multo periculosius esse incidere in assentatores q̄ Adulatio.
 in coruos. Dicti iucūditas perit nobis, quæ est in
 Græcarū vocū affinitate. Nam illi κόρακας ap-
 pellāt coruos, & vnica literula mutata κόλακας
 dicūt adulatores. Hoc dictū tribuit & Antistheni.

Phryne meretrix Delphis Venerem aureā di- 58
 cauit. Eam videns Diogenes, ascriptit elogium,
 Ex Græcorū intēperantia. Arguebat enim Græ-
 cos supra modū libidini deditos esse, quōd scort-
 tum ē turpi quæstu tantum auri collegisset.

Sunt qui & illud illi attribuāt. Cū Alexander 59

Libertas

magn⁹ ad Diogenem venisset, eumq; salutasset. percotatus est Diogenes quis esset: quūq; ille respōdisset, Ego sum Alexāder ille rex: at ego, inquit, sum Diogenes ille canis: nō minus superbiēs sua libertate quā Alexander suo regno. Interrogatus ob quæ facta canis nomen vulgo sortitus esset. Quoniam dantibus blandior, inquit: nō dantibus oblatro, malos etiam mordeo.

Superstitio
nulla.

60 E ficu quadā fructus decerpenti Diogeni quū horti custos dixisset, ex ista arbore ante paucos dies homo quidam se suspendit, at ego, inquit, illam purgabo. Arbitrabatur ille fore, vt Diogenes admonitus abstineret à funesta arbore, quæ gestasset cadauer, at ille liber ab omni superstitione, nihilo impuriores fructus arbitrabatur.

Voluptas.

61 Animaduertens Olympionicem quendā oculos defigere in scortum, adeo vt præteritū capite reflexo intueretur. Ecce, inquit, vt aries Martius à puella publica, obtorto collo vinc⁹ abducitur. Ridiculum existimabat, certare cū electis viris, & à vili puella veluti captiuū trahi sine funib⁹.

Scortum.

62 Formosa scorta similia dicebat mulso lethalib⁹ venenis tēperato, q̄ adferret quidem initio voluptatē, sed quam perpetuus dolor consequeretur.

Libere.

63 Quum in publica via præderet, multiq; cingerent illum ob spectaculi nouitatem, ac subinde acclamarent. Canis, canis. Imò, inquit, vos potius estis canes qui prandentem circūstatis. Nam id canibus cum primis familiare:

Ambiguo.

64 Cū mentio fieret de puero stuprato. Diogenes interrogatus, cuius esset, lulsit ex ambiguo dicēs. Tegeates, Nā Tegea ciuitas est Arcadiæ. Tegos autem interdum id quod lupanar, vnde Tegeatō

dixit philosophus scortum publicum.

Videns quendam iam artem medendi profiterem, qui prius fuerat palaestrites, sed ignauus, dixit illi. An eos qui te hactenus deiecerunt nunc vicissim deicies? Deiecit luctator quem superat: & deiecit medicus, quos in lectum coniecit, aut etiam in sepulchrum. Sensit autem Diogenes illum tam malum esse medicum, quam fuerat ignauus palaestrites. Similis iocus est apud Martialem, de eo qui ex medico factus hoplomachus, non aliud faceret hoplomachus, quam quod fecerat medicus.

Medicus
malus.

Ad puerum spurium ex meretrice natum, lapillos iacientem in populum, caue, inquit, ne patrem serias. Erat enim e scorto natus, atque ob id incerto patre.

Quibusdam predicantibus eius benignitate, qui Diogeni quiddam donarat. Quin & me, inquit, laudatis qui accipere merui? Plus enim est meruisse beneficium quam dedisse, iuxta illud Publij Mimi,

Beneficium
meritum.

Beneficium dando accepit, qui digno dedit.

Ei qui pallium a Diogene repetebat, lepidissime respondit. Si donasti, habeo: si commodasti, vtor: significans sibi non in animo reddere, siue dono, siue commodato accepisset. Turpe est reposcere quod dono dederis, & inhumanum est eripere, quo utenti est opus.

Cum supposititius quidam de Diogene dixisset, Aurum habet in pallio, recte regessit in illum conuictum, ideo, inquiens, supposito indormio. Supposititij partus dicuntur, qui simulatur esse nati ex utero unde non prodierunt. Indormimus thesauro seruandi gratia, & indormimus ei quod negligimus. Diogenes autem pallium habebat noctu a culcitra.

q. i.

- 70 Percontanti quid lucri caperet ex philosophia, ut nihil, inquit, aliud, certe hoc, quod ad omnem fortunam paratus sum, hoc dictum vix sapit Diogenem, quanquam illi ascribitur.
- Philosophus
- 71 Interrogatus a quopiam, cuius esset, respondit *κοσμοπολίτης*, id est civis mundi, significans philosophum ubicumque locorum agat, in sua patria vivere.
- Oe feli for ti patria.
- 72 Cum aliquando stipem posceret, ita *ἱρανάρχην*, id est, qui stipibus erogandis erat praefectus, Homericum carmine compellavit,
Τοὺς ἄλλους ἰνὰρι? ἀπόδ' ἕκτορος ἰσχυο χείρας. id est,
 Despolia reliquos, teneas sed ab Hectore dextram
 Dicit festiuitas in hoc est, quod pro *ἱρανίξει* dixit *ἰνὰρι?ε*, quorum prius est, da stipem, alterum armis spolia: se Hectoris noie signas. Spoliat autem, quod negat egenti. Et solet hoc hominum genus esse furax.
- Facite.
- 73 Scorta dicebat esse regum reginas, quod ab his quae quid collibisset peterent & impetrarent. Nam ideo regum reginas appellabat, non quod essent pares vxoribus, sed quod in ipsos reges regnum exercerent. Reges a populo non semper obtinent quod exigunt, at scorta nihil negatur. Tales opinor olim fuisse reges barbaros.
- Scortu im periosum.
- 74 Athenienses per adulationem decreuerunt ut Alexander pro Libero patre haberetur & coleretur. Hunc honorem irridens Diogenes, & me, inquit, Serapim facite. Ut enim Bacchus inter Satyros est, ita Serapis ab Aegyptijs specie bouis colitur.
- 75 Obiurgatus quod intraret loca spurca ac parum honesta, & sol, inquit, subit latrinas, nec tamen inquinatur. Sensit probum virum non fieri deteriorum ob loci infamiam.
- Locus non contaminat.

Cum in phano coenaret, etq; panes sordidi essent appositi, abiecit illos e phano dicēs, in templum nihil oportere ingredi sordidum. 76

Pura sacra.

Cuidam procaciter interrogāti, quur quum nihil sciret, se philosophum profiteretur, Si philosophum, iquit, simulo, hoc ipsum est philosophari, Subnotans philosophiam rem esse vsq; adeo difficilem, vt eam vel simulare magna sit philosophiæ pars. Quemadmodum multū regis habet, qui scite regis personā possit gerere. Et qui simulat imitatur, at imitari philosophos, est philosophari, hoc est philosophiæ studiosum esse. 77

Philosophiæ
si simulatio

Quidam adduxit puerū ad Diogenē, vt illius doctrinæ fieret particeps: vt autē illum philosopho cōmendaret, dixit eū excellēti ingenio optimisque moribus præditum esse. Hic Diogenes. Quid igitur eget meis? Notauit immodicū laudatorem, qui hoc tribueret adolescenti, cuius adipiscendī gratia solent pueri tradi philosophis. Satis erat probā indolē bonāq; spē i puero prædicare. 78

Immodica
dica.

Qui de virtute loquerētur, nec recte viuerent, eos dicebat citharæ similes: quæ sono prodesset alijs, ipsa nec sentiret, nec audiret quicquā. Hoc dictum non multum abludivit à dicto beati Pauli de cymbalo tinniente. 79

Doctrina sine moribus.

Quodam die quum populus theatrum egrediretur, ipse aduersus populum nitens ingrediebatur: interrogatus quur id faceret. Hoc, inquit, in omni vita facere studeo. Sentiens hoc esse philosophari, in omnib⁹ actionibus q̄ maxime à multitudine dissidere, propterea quòd vulgus hominum cupiditatibus agitur non ratione. 80

Vulgo nihil recte placet

Conspecto adolescentulo, cultu gestuq; parum 81

q.ij.

virili. Non te pudet, inquit, qui peius tibi velis quàm ipsa natura voluit. Siquidem illa te virum fecit, tu teipsum refingis in foeminam. Id in plerisque dici potest, quos quum natura creavit homines, ipsi sua sponte degenerant in pecudes.

Degeneratio.

82 Cum videret cantorem quendam vecordem, ac moribus incompositis aptare psalterium, non te tui pudet, inquit, qui sonos ligno aptare noris, vitam ad rectam rationem componere nescias? Et hoc apophthegma ex superioribus videtur effectum.

Optima negligitias.

83 Dicenti cuidam, quem ad sapientiae studium hortabatur, non sum idoneus philosophiae. Quid igitur vivis, inquit, si tibi nulla recte vivendi cura est? Non enim in hoc vivit homo, ut vivat tantum, sed ut discat recte vivere. Natura dat vivere, philosophia dat recte vivere. Natura gignit ad virtutem dociles, doctos non gignit.

Vita sine liberis incertis.

84 Ad eum qui patrem despiciebat. Non te pudet, inquit, eum contemnere, cui debes hoc ipsum quod tibi places? Dicti gratia sita est in allusione contrariorum. Pugnant inter sese, despectui esse, & sibi placere.

Impietas.

85 Audiens adolescentem honesta specie, verbis parum honestis utentem. Non te pudet, inquit, qui ex eburnea vagina, plumbeum educas gladium? Ebur olim in summo erat pretio. Animus corpore tegitur, is in oratione relucet.

Turpili equum.

86 Cum illi quispiam probri vice obiecisset, quod in caupona biberet, & in tonstrina, inquit, tonderetur: significans nihil minus honestum bibere quam tonderi aut radi. Quemadmodum nemo reprehendit in tonstrina radi, quod is locus ei rei paratus sit, ita turpe videri non debet si quis bibat in

Vescei quod vis lovo.

caupona, modo bibat modice. Nam immodice bibere quouis loco turpe est.

Opprobranti quod a Philippo rege palliū ac cepisset. Homericō versiculo respondit.

Οὗτοι ἀποβλητ' ἐσι θεῶν ἐριμνδία δ' ὄρα. id est.

Non sunt reiicienda insignia munera diuūm.

Quod Homerus de forma corporis quę deorum munus est scripsit, hoc Diogenes detorsit ad pal-
liū a rege datū. Idem carmen & ipse possem oc-
cinere calūniātibus, quę interdū a principibus, aut
episcopis accipio quę dātur honoris gratia. Nul-
lus est horum a quo quicquam vnquam petij, nec
aperte, nec oblique. Quę vero volentes deferunt
libēter accipio, non tam vt munera, quā vt tes-
timonia, pręsertim quum illorum facultates ab-
undantiores sint, quā vt hoc damni sentiant,

Diogeni de nō irascēdo accurate differēti, ad-
lescens quidam protetius, velut periculū faciēs,
an re pręstaret ea quę docebat, inspuit illi in fa-
ciem. Tulit hoc lenitet ac sapiēter. Non quidē, in-
quit, irascor, sed dubito tamē an irasci oporteat.

Conspiciens quendā meretrici supplicē vt im-
petraret, quod petebat. Quid, inquit, tibi vis mi-
seri pręstat non impetrare quod rogas. A scorto
reiçi felicius est quā admitti. Et tamē pleriq; malū
suū & ambiūt instanter & magno emunt.

Cuidam habenti capillos vnguento delibutos,
Caue, inquit, ne capitis suauiolentiā, vitę maleo-
lentiā adducat: nam Gręcarum vocū iucundam
affinitatē vtcunq; reddere studuimus, *ἰνωδία*
& *δυσωδία*. Vnguentum enī in viro arguit vi-
tę molliem. Fama porrō velut odor est homi-
nis. Simile quiddam dixit Martialis. Ne uole non

Bene olet, qui bene semper olet.

- 91 Dicebat inter seruos ac dominos malos præter vocabula nihil aliud interesse, nisi quòd mǎcipia seruirent dominis, domini cupiditatibus: significans vtrosq; esse seruos, miseriorẽ tamen seruire seruitutem dominos q̄ mǎcipia, si sint improbi. Nam qui ducitur affectuum arbitrio, & multos habet dominos & turpes, & inclementes.

Seruitus vi-
tioſum.

- 92 Græci mǎcipia, præcipue fugitiua vocant *ἀνδρῶποδια*, quæ dictio videtur cõposita ex viro & pede, quũ Grāmatici variam reddāt etymologiam. Cum igitur quidã improbus Diogenẽ interrogasset, quare mǎcipia fugitiua, dicerentur *ἀνδρῶποδια*, quoniam, inquit, pedes habent virorum, animum autem qualem tu nunc habes qui hoc percontaris: sentiens illi esse mentem nõ hominis sed pecudis

Salse

- 93 A prodigo petebat minã. Ille miratus improbam postulationem rogabat, quur quum ab alijs obolũ petere; soleas, à me minã petis? Quoniam, inquit, ab alijs iterũ me accepturũ spero, à te vero an vnquam post hac accepturus sim *θεῶν ἐν γένεσι κείται*, id est, in deorũ genib; situm est. Attenuit enim hoc Homeri hemistichium. Significauit autem hominĩ p̄ofuso periculũ imminere, ne breui redigeretur ad extremã inopiam, vt ne obolum quidem haberet reliquum.

Profusio

- 94 Quibusdã Diogeni probro vertentibus, quòd peteret, quum id Plato non faceret. Imò, inquit, petit & ille, sed

Mendicitas
occulta.

Ἀρχισχῶρ κεραιλῆρ ἵνα μὴ πρευθοῖαθ' οἱ ἄλλοι
Admoto capite, vt ne quisquam exaudiat alter.
Abusus est Homerico carmine, quo significauit

Platonem non minus esse petacem, nisi quod ille clam peteret, ipse palam.

Animaduertens quendam impetite iaculantem, 95
proxime scopum confedit: quorū id faceret interrogantibus, ne forte, inquit, me feriat: significans Ridiculum
illum quiduis percussurum citius quam scopum. At alij spectatores quam possunt longissime sese a scopo femouent, ne feriantur.

Qui scopū nō attingunt hi vulgo ἀτυχήματα, id 96
est, frustrari dicuntur. At Diogenes negauit illos frustrari, qui aberrarent a scopo, sed eos qui curas suas ad voluptatem velut ad scopum dirigerent. Nam ab his petunt beatitudinem, quā per eas deueniant in summam miseriam. Voluptas.

Interrogatus num quid mali esset mors, quo, 87
inquit, pacto malū, quum presentem non sentiamus? Quod autem abest, nulli malum est. Dum sentit homo, viuit, nondū igitur adest mors: quae si adsit, abest sensus. Malum autem nō est, quod non sentitur. Hanc ratiocinationem quidam tribuunt Epicuro. Mors quidē mala non est, sed iter ad mortem miserū est. Id si metuimus, tota hominis vita, quid aliud est quam iter ad mortem? Mors an mala.

Narrat Alexandrū magnū astantem Diogenē, 88
quæsisse ab eo, nū ipsum metueret. At ille. Quid es? bonū an malū? Alexander respōdit, bonū. quis, inquit, timet bonū? Cōuicit regē nō esse metūdum, nisi se malum esse profiteretur. Sed eodem enthymemate colligeret deū nō esse timēdum. Argute.

Eruditionem omnibus hoc sermone cōmendabat, quod diceret eā iuuenibus adferre sobrietatem, senibus solatium, pauperibus diuitias, diuitibus ornamentū: propterea quod ætatē suapte 89
q. iij. Eruditio.

sponte lubricam coherceat ab intemperantia, se-
nectutis incommoda honesto solatio mitiget, pau-
peribus sit pro viatico, non enim egent eruditi,
diuitum fortunas ornet.

100 Didymon qui vulgo audiebat adulter, curabat
oculū virginis. Ei Diogenes dixit: vide ne corrū-
pas pupillā. Hoc dictū apud nos perdit suā gra-
tiā. Apud Græcos autē κόρη & virginē sonat &
oculi pupillā. Lusit igitur ex ambiguo Diogenes.

Iocus ab
ambiguo.

I Admonitus à quodam ab amicis illi tendi insi-
dias, vt caueret. Quid facias, inquit, si similiter &
cum amicis & cū inimicis habebimus consuetus
dinem? Ab inimicis nobis cauemus, amicis fidi-
mus. Quòd si pariter ab vtrisque nobis cauebi-
mus, non est suaue viuere.

Amicis fidi-
dendum.

2 Interrogatus quid esset in vita optimū, libertas
inquit. At vere liber nō est, qui seruit vitijs. Nec li-
ber esse potest, qui multis eget: plurimis autē e-
get avarus, ambitiosus ac delicijs deditus.

Libertas.

3 Olim in scholis pingi solent Musæ ceu studios-
rum præsides. Ingressus igit scholam, quū vide-
ret multas Musas, discipulos admodū paucos, di-
xit præceptori: Cū dijs multos habes discipulos.
Ludēs ex ambiguo sermonis. Nam Græci cū dijs
dicunt, pro eo quod nos dicimus fauentib⁹ dijs.
Interdū (suo, id est cū, significat comitē: cū mul-
tis te defendi, id est, multi mecū te defenderunt.

4 Quicquid per se turpe nō esset, id ne in publico
quidē dicebat esse turpe. Hūc igitur in morē ra-
tiocinabatur. Si prandere malū nō est, nec in fo-
ro prandere malū est: sed prandere nihil mali est:
ergo nec in foro prandere malū est. Haften⁹ tole-
rari poterat Cynicus syllogismus, verū quis ferat

Turpe ubi
que turpe.

similiter colligentē, exonerare ventrē, aut redde-
re lotiū, aut habere rem cū vxore, aut exuere ves-
tes malū non est: ergo nec in publico malū est.
Probis viris vbiq; placet verecundia.

Quum in foro in cōspectu omniū fuisset ope-
tatus, vtinā, inquit, liceat sic p̄fricto vētre, à fame
quietū esse. Sentiēs agitatione corporis acui stō-
machī orexim, à qua necessitate cupiebat esse li-
ber. Itidem studiosi grauius ferunt à literis natu-
ræ necessitatibus auocari.

Dicebat vsū atq; exercitationē quē admodū
in actionib⁹ extranijs, ita & in actionib⁹ virtutis
& animi tū celeritatē quādā tū facilitatē parere.

Dicebat nec legem esse sine ciuitate, nec ciui-
tatem sine lege.

Nobilitatē atq; hoc genus alia fortunæ deco-
ra, dicebat nihil aliud esse q̄ velamenta malitiæ.
Diuites enim quum alijs nihilo sint meliores, ta-
men peccant licentius: iuxta illud Flacci de diui-
te, Et quicquid volet, hoc veluti virtute peractū,
sperauit magnæ laudī fore. Nobiles autē pleriq;
& hodie sibi nihil non permittunt.

Quū Xeniadæ seruiret, amici agebāt de illo re-
dimēdo. At ille, nequaq; inquit: an nescitis leones
non ijs seruire à quibus alūtur, sed altores potius
seruire leonibus: Nā leo vbiq; est, semp leo est.

Cū à lethali somno esset expectus, medicūsq;
rogaret quid ageretur, Recte, inquit: nam frater
fratrem amplectitur. Alludēs ad Homerum qui
θερατρον & ὑπνοσ γερμανος finxit, quòd som-
nus mortis sit imago.

Rogatus quomodo se vellet sepeliri, iussit cada-
uer abijci inhumatum. Tum amici, volucris

Bona fortu-
na.

Libertas.

Jocus i mor-
te.

11
S. pultura.

ne & feris? Minime vero, inquit, sed bacillū prope me quo illos abigam ponite. Rursus illi, Qui poteris? non enim senties. Quid igitur, inquit, mihi ferarum laniatus oberit, nihil sentientis?

12 Quum Plato laudaret quendam hoc nomine, quod erga omnes esset humanissimus, Quid, inquit Diogenes, illi tribuendū est, qui tot annos in philosophia versatus, nullum hactenus affecit dolore? Sentiens proprium philosophi munus esse mederi vitij hominum. Id autem fieri non posse, nisi metu ac dolore. Metu probri, dolore præsentis ignominia.

Leuitas ma-
la.

13 Idem in Lacedaemone peregrinum quendam conspiciens sese studiose ad festū diem componentem, Quid facis, inquit? An non quilibet dies viro bono festus est? Sensit hunc mundum esse phanum deo dignum, in quo constitutus homo semper honeste velut in cōspectu numinis omnia cernentis versari deberet. Detorsit huc prouerbium, quo dicitur pigris semper esse festum.

Festū semp
sapienti.

14 Dicere solet adolescentibus, meretricum domos ingredi, ut perspicias quā viles res, quanto emantur pretio. Huc alludit Terentius, hæc omnia nosse salus est adolescentulis.

Scotta.

15 Ad salutem opus esse dicebat, aut fidis amicis, aut acribus inimicis, eò quod illi monent, hi redarguunt, utriusque diuersis quidem modis, sed pariter sunt, dum per eos vitia nostra discimus. Hoc Laërtius tribuit Antistheni, Plutarchus Diogeni.

Obiurgatio.

16 Interrogatus a quodā, quo pacto maxime posset vlcisci inimicum, Si teipsum, inquit, probū & honestū virum præstiteris. Hoc qui facit, & sibi prodest maxime, & inimicū maxime discruciat.

Vindicta
optima.

Nam si fundum conspiciens bene cultū diseri-
ciatur inimicus, quid fiet, si teipsum viderit veris
ornatum bonis?

Cum Antisthenem morbo decumbentem in- 17
uiferet, dixit: Nunquid amico est opus? Significās
in rebus afflictis potissimum fidis amicis vtendū
qui vel re opitulentur, vel consolando molestiam
mitigent.

Amicus est
solator.]

Ad eundem aliās, quoniam acceperat illū amo 18
re vitę morbum ferre molestius, cum sica ingres-
sus est: ad quem cum Antisthenes dixisset, Quis
hiscę doloribus liberabit? Diogenes prolata sica,
hęc, inquit. contrā Antisthenes, doloribꝰ, inquit,
dixi, non vita.

Mors liberat
a cruce
ciatu.

Corinthum profectus ludum ingressus est quē 19
ibi Dionysius regno pulsus aperuerat, audiuitq;
pueros male canentes. Interim ingressus Diony-
sius, quoniam putabat Diogenē consolandi gra-
tia venisse, Humaniter, inquit, facis Diogenes, hęc
est rerum humanarum volubilitas. Imò, inquit
Diogenes, miror te etiamnum viuere, qui tantū
malorum in regno patraris: & video nihilo me-
liorem esse ludi magistrum, q̄ fuisi rex.

Qui malꝰ,
vbicꝰ malꝰ.

Idem dicebat: ceteris mortalibus quibus res 20
sunt prosperę, vita iucūda est, mors odiosior: rur-
sus infelicibus vita grauis est, mors optabilis. At
horum vtrunque tyrannis est molestius. Siquidē
vt viuunt insuauius ijs qui mortem vehementer
optant, ita mortem perinde metuunt quasi vitā
suauissime degant.

Cuidam ostendenti horoscopon, bellum, inqt, 21
hercle instrumentum ne frustremur cœna: sens-
tens inutiles esse artes geometricas cū ceteris,]

- 22 Alteri cuidā iactanti musices peritiā, respōdit:
Γνώμεις ἴδ' ἀνδρῶν ἐν μὲν οἰκῆται πολλῆς
Εὐδ' οἶκος οὐ ψαλλμοῖσι καὶ τῶν ἐτισμασι. i.
 Prudentia vires bene gubernat, at domus
 Nec cantilenis, nec modis regitur probē.
- 23 Quum Speusippus paralyti resolutus vehiculo
 deportaretur in academiā, ac Diogeni forte ob-
 uio dixisset *χαῖρι*: is respondit, At non tu sane,
 qui quum ad istum sis affectus modum, sustineas
 viuere: Sentiens esse veri philosophi sponte mor-
 tem asciscere, posteaq̄ desijt esse vsui ad vitam
 humanam. Idq̄ fecit postea Speusippus.
- 24 Quum puerum conspiceret indecore se geren-
 tem, pædagogum illius baculo percussit dicens,
 Quis sic instituis? Indicans primæ ætatis forma-
 toribus potissimum imputandum esse, si adole-
 scentes euadant male morati, aut secus. Refert
 Aphthonius ac Priscianus.
- 25 Cuidam probri gratia obijcienti paupertatem
quum ipse esset scelerosus, ob paupertatem, inq̄
 neminem vidi torqueri, ob maliciam multos.
- 26 Paupertatem appellabat virtutem *ἀυτοδίδα-
 σκαρον*, id est, quæ per se discitur. Diuitib⁹ opus
 est multis præceptis vt frugaliter viuant, vt cor-
 pus exerceant laboribus, ne corporis ambitioso
 cultu delectentur: aliâque innumera, quæ omnia
 seipsam docet paupertas.
- 27 Lacedæmonijs quibus merito prima laus de-
 betur in Apophthegmatibus, subiecimus tres
 philosophos, sed in hoc genere præcipuos, quib⁹
 addemus totidem reges, qui ciuiliū dictorum
 gratia præ cæteris celebrantur, ne lectorem tur-
 ba rerum obruamus.

Paupertas.

Paupertas.

LIBER QVARTVS.

PHILIPPVS MACEDO.

HX Græcorum regibus, mea sententia nullus fuit, quæ cum Philippo rege Macedonum Alexandri magni patre conferamus, vel ingenij dexteritate, vel dictorum urbanitate.

Is dicere solet Athenienses sibi magnopere be-
atos videri, qui quotannis inuenirent decem quos
belli duces crearent, quum ipse multis annis vnũ
duntaxat belli ducem reperisset Parmenionem.
Significans inutile reipublice subinde mutare du-
ces, sed satius esse, quem idoneum ac fidum na-
ctus sis, eum non mutare. Tum in bello nõ refer-
re quàm multi sint duces, sed quàm bello geren-
do accommodi.

Cum illi nuntium esset allatum, vno die multas
res feliciter ac prospere gestas esse: nam eodem
tempore, Tethrippo vicerat in Olimpijs, & Par-
menio Dardanenses prælio fuderat, & Olympi-
as ipsi masculum fortum erat enixa: porrectis in
coelum manibus, exclamauit, Et o fortuna, inquit,
pro tot tantisque bonis, leui quopiam malo me
affice. Vir cordatissimus non insolenter gestijt ob-
rerum successum, sed fortunæ indulgentiam su-
spectam habuit, cuius ingenium esse nouit, vt quis-
bus exitum molitur, his prius noua rerum pro-
speritate blandiatur. Huc pertinet quod de Poly-
crate Samiorum tyranno refert Plinius.

Quum subactis Græcis quidam ipsi autores es-
sent, vt ciuitates præsidij contineret, ne defice-
ret.

Boni nati
ne mutet.

Inuidia for-
tunæ.

Metus mas-
lus diuturna
nitatis.

rent, malo, inquit, diu bonus & cōmodus, quam breui tempore dominus appellari: Sentiēs regnū quod beneficijs ac beneuolētia teneretur esse p^{er}petuum, quod vi metūq; non esse diutumum.

4 Quidam petulantioris linguæ, maledicta conijcere solet in Philippum: hunc amici hortabantur, vt eijceret in exilium. At ille negauit se hoc facturum. demitantibus quid ita, ne, inquit, oberrans inter plures male de me loquat. Quod maledicum non egit in crucē, vel clementiæ erat, q̄ ignouit, vel magnanimitatis quod contēpsit: q̄ noluit expellere, prudentiæ. Plus enim nocuisset.

5 Smicythus Nicanorē deferebat apud regem, q̄ sine fine de ipso male loq̄ret: quūq; suaderēt amici vt hominē accersi iuberet, deq; eo supplicium sumeret, Philipp⁹ ita respōdit: Nicanor nō est Macedonū pessimus, videndū est igit, nec ubi nos cessemus in officio. Vt igit cognouit vehemēter afflictū inopia, & tamen à rege neglectum fuisse, iussit donum aliquod ad illum deferri. Hoc facto quum rursus Smicythus diceret regi, Nicanorem apud omnes sine fine prædicare laudes ipsius: Videtis igitur, inquit, in nobis esse sitū, vt bene aut male audiamus. Immane quantum absūt ab huius principis ingenio, qui nunquam sibi videntur satis laudari, quum nihil faciant laudandum: nec student beneficijs sibi conciliari beneuolentiam hominum, sed metui malunt q̄ amaritū: cumq; sæpenumero faciant detestanda, idque palam, tamen perijt quisquis ausus est hiscere.

6 Aiebat se his qui in republica Atheniensium administranda primores essent, plurimam habere gratiam, quod suis conuitijs efficerent, vt ipse

Maledicus
contēptus.

In nobis est
vt bene au-
diamus.

Consultator
vtilis.

tum oratione, tum moribus euaderet melior: dū conor, inquit, illos dictis pariter ac factis mendacij conuincere. O vere philosophicum principis animum, qui nouit etiā ex inimicis capere vtilitatem, nec quod vulgus solet, hoc tantum spectare, vt maledicos afficeret malo, sed vt ipse minus malus redderetur illorum maledictis admonitus.

Quū Athenienses quotquot apud Cheronā 7
 capti fuerāt gratis dimisisset, illi vero etiā vestes
 stragulasq; reposcerent, atq; hac de causa Macedones in ius vocarēt, risit Philipp⁹, dicēs: Quid
 Nōne videntur Athenienses arbitrari se a nobis in talorum ludo victos esse? Tam ciuilitertulit victor victorū ingritudinē, qui nō solū gratias nō agerent q; ipsi & incolumes & gratis fuissent dimissi, verū etiā criminarētur q; nō simul & amictus & stragulas redderēt, quali nescitēt quale esset ius belli, quasiq; nihil aliud esset certare armis, q̄ certare talis, qui ludus est puerorū.

Ingratitudo.

Quū esset illi clauicula in bello fracta, ac medicus 8
 à quo curabatur, in singulos omnino dies aliquid posceret, Sume, inquit, quantū voles, nam clauem habes: Ludens ancipiti voce, κλεις enim Græce & clauē sonat qua aperitur scrinium aut ostium, & cōmissurā humeri cum pectore. Quid hoc animo ciuilius, cui & in dolore & erga auarum medicum iocari libuit, nec ob cruciatū morosior, nec improbitate postulantis, offensior?

locus in morbo.

Duo erant fratres quorum alteri nomen Amphoterus, qd̄ Græcis sonat ambo, alteri Hecateros, qd̄ illis sonat vterq;. Philippus itaq; animaduertēs Hecateron esse cordatū ac gerēdis rebus

9
 locus ex vocabulis.

accommodum, contra Amphoteron ineptum ac degenerem, inuertit illis nomina, dicens Hecateron esse Amphoteron, Amphoteron autem esse Vdeteron, id est neutrum. Significans alterum fratrum videlicet Hecateron, duorum in se virtutes complecti, alteri nihil relictum. Itaque ei qui Amphoteron dicebatur mutauit nomen in contrarium, ut *ὁ ὑδέρης* diceretur, quasi nullius pretis.

10 Quibusdam ipsi consulentibus ut cum Atheniensibus asperius ageret, respondit illos absurde facere, qui homini cuncta ad gloriam tum agentis, tum patienti suaderent, ut gloriæ suæ theatrum abijceret: significans sese hoc agere non ut Athenas euerteret, sed ut ciuitati celeberrimæ doctissimi morum virorum copia florenti suas virtutes præbaret.

Clementer.

11 Duo pariter scelerosi sese inuicem accusabant, cognoscente Philippo: audita causa pronuntiauit, ut alter exularet Macedonia, alter illum insequeretur. Hoc Græce sonat iucundius, quod *φύγῃ* & ad fugientem pertineat, & ad exulantem: fugientem autem insequimur. Neutrum igitur absoluit Philippus, sed utrumque damnauit exilio.

Facetum iudicium.

12 Quum appareret in loco pulchro castrametari, & moneretur illic non esse pabulum pro iumentis: Qualis, inquit, est nostra vita, si etiam ad asinorum commoditatem viuere cogimur?

Militia misera.

13 Quum arcem quandam ac præsidium capere destinasset, valde munitam, atque exploratores retulissent prorsus esse difficile, atque adeo etiam impossibile: percontatus est, num usque adeo difficile esset, ut nec asinus auro onustus posset accedere: significans nihil esse tam munitum, quam auro non expugnabile. Quod ipsum poetæ significauerunt fabula

Auro nihil inexpugnabile.

Danaës à Ioue stupratæ, sed deo in aurum verso,
Vnde Flaccus, Aurum per medios ire satellites,
& perumpere amat castra potentius ferro.

Quum hi qui apud Lathenem erant, quererē
tur, indignēq; ferrent, quòd quidam ex Philippi
comitatu, dicerent ipsos proditores, Philippus re
spondit, Macedones esse ingenio parum dextro,
sed plane rusticanos, qui ligonem nihil aliud nos
sent vocare q̄ ligonē. Alludēs ad illud prouerbiū
celebre, τὰ σῦκα σῦκα, τὴν σκάφηρ σκάφηρ λίσ
γωρ. Innuuit autem illos reuera esse proditores.
Rusticana veritas quāq; rē suis noibus appellat.

Filium Alexandrū admonere solet, vt cū Ma
cedonibus comiter haberet consuetudinē, vulgo
interim conciliata beneuolentia vires ac robur sibi
parans, dum liceret alio regnante esse huma
num: prudenter intelligens, vt nulla re melius cō
stabiliri imperium, q̄ ciuium beneuolentia: ita dif
ficillimū esse iam regnū administranti erga quos
libet esse humanum, nō solū quòd regia potestas
opposita sit inuidiæ, verum etiam quòd respub.
non possit esse incolumis, nisi scelera supplicijs
coerceantur. Regibus enim hæctenus temperā
da est humanitas erga ciues, vt interim regiam
tueantur autoritatem. Nam immodica bonitas
sæpe contemptum parit.

Eidem suadebat, vt eos qui in rep. pollerent au
toritate tum bonos, tū malos, sibi cōciliaret ami
cos, ac bonis quidem vteretur, malis vero abute
retur. Præcipua regū ars est nullum reijcere, sed
ad publicam vtilitatem omnium operam accom
modare. Quæadmodum deus vnicus totius mū
di monarcha, malis genijs ac impijs hominibus

abutilur ad utilitatē ecclesiæ, Ita principes cordati norunt & probis & improbis uti: nō q̄ ipsi per malos mali quippiam faciunt, sed quod per malos puniunt malos. At multi sunt principes, qui p̄postere bonis abutuntur, malis utunt. Ad tyrannica negotia viros adhibent sanctitatis opinionone celebres, quo vulgus esse rectum ac pium quod agunt, existimet.

- 17** *Beneficētia* Idem Philippus quum Thebis obses esset, Philonis Thebani hospitio vsus est, multisque insuper ab eo beneficijs affectus. Is quum vicissim a Philippo nihil muneris vellet accipere, ne me, inquit Philippus, beneficentia superatū hac laude spoliēs, quod hactenus a nemine beneficijs victus fuerim. O animū imperio dignū. Pulchri⁹ existimauit benefaciendo q̄ potētia vincere.
- 18** *Admonitio grata.* Cum multi bello capti venderentur, Philippus in auctione sedebat, sublata veste parū decore. Quidam igitur eorum qui vendebantur exclamauit, Parce mihi Philippe, paternus enim tibi sum amicus. Philippo vero interrogante, quo pacto & vnde o homo cōflata est hæc amicitia? Tū ille, Volo, inquit, propius accedens dicere. quū admisus esset, quali arcani quippiā dicturus, Demitte, inquit, chlamidē aliquantulū, nam ad istū modū indecēter sedes. Mox Philippus, Hūc, inquit, sinite abire liberū. Nesciebā enim illū mihi vere beneuolū & amicū esse. Non offensus est rex tātus, nec simulatione, nec admonitione ignoti hoīs, sed simul & simulatiōe mutua simulationē textit, & tantillū officiū magno libertatis premio p̄saut.
- 19** Quodā tēpore ab hospite quodam inuitatus ad cœnam, inter eundem plures forte obuios se

cum adduxit umbras . Vbi sensit hospitē turbati, quoddā multis non sufficeret apparatus, præmisso ad singulos amicos puero, iussit vt placentæ seruarent locū: illi persuasi dum placentā expectant, paululū edebant . Ita factū est vt cœna suffecerit omnibus . Faceto ioco simul & elusit amicos, & hospitis pudori subuenit.

Urbanum mendaciæ

Hipparcho Euboico vita defuncto, Philippus præ se ferebat quā illius mortē acerbe ferret. Itaque cuidam volenti dolorē ipsius mitigare dicentique Attamen ille tempestiue decessit, iam natu grandis: sibi quidem ipsi, inquit Philippus, tempestiue decessit, sed mihi præpropere. Mors enim illum anticipauit, priusquam à me beneficium acceperit, nostra dignum amicitia. Perquam rarum est principem sentire gratiarum affectus, sed amicis plerique non aliter quam equis vtuntur. Dum vsui sunt curant, inutiles factos abijciunt, eosque spoliant citius quam beneficio iuuant.

20

Gratitudo.

Vbi rescituit Alexandrum filium queri, quod patet ex pluribus foeminis gigneret liberos, sic illum hortatus est, Ergo quā plures habeas regni cōpetitores da operā vt honestus ac probus euadas, vt non per me, sed per teipsum regnū obtinuisse videaris. Vt prudentia vere regia præditus, non consolatus est filium, sed metum illius auxit quo magis extimularet ad virtutem: indicans illi non aliter sperandum paternum regnum, nisi se successione dignum præberet, nec tam magnū esse regnum adipisci, quā regnum promeruisse.

21

Regni virtute ambidum.

Eundem hortabatur, vt auscultaret Aristoteli cui traditus erat instituendus, darētque operā philosophiæ, ne, inquit, multa comittas, quæ me se-

Philosophia
regi necessa-
ria.

cisse nunc poenitet. Perspexit egregius princeps neminem philosophiæ expertem regno idoneū esse. nec puduit fateri se multa per errorem fecisse se perperā, quod à teneris vnguiculis philosophiæ præceptis non fuisset imbutus. Nam qui experimentis discunt administrare regnum, licet ingenio felicissimo nati sint, tamen & sero & magno reipu. malo tandē euadūt boni reges. At qui philosophiæ præceptis præmunitus accedit, si adsit mens integra, vix poterit ab honesto deflectere. Vbi sunt interim qui literas ac philosophiæ studiū clamāt ad rēpu. administrādā, prorsus inutiles

- 23 Ex Antipatri amicis quendā in iudiciū numerū asseripserat. Verū post vbi cognouit illum tingere barbam & capillos, submouit eum dicens, qui in capillis fidus nō esset, eū in rebus gerēdis non videri dignū cui fideretur. Fuco vtebatur in tingēdis capillis vbi nō multū erat lucri, multo magis vsurus erat fuco in publicis negotijs, vbi dolus interdum ingens adfert emolumentum. Et hanc oportet regum præcipuam esse curam, vt cognoscendis causis viros præficiāt incorruptos. Id qui fieri potest, vbi vendūtur iudicādi munia, & is designatur iudex, non qui vir melior est, sed qui ad dandū prior, aut largior. At apud Philip-pum nec Antipatri tantū valebat autoritas, quin suspectum è iudicium ordine moueret.

Fuco nō cre-
dendum.

- 24 Machætæ cuiusdam pro tribunali sedens causam cognouit, sed dormitabundus, nec satis attentus ad iuris æquitatem, itaq; sententiam tulit aduersus Machætam. Verum quū is exclamasset, se ab ea sententia appellare, rex iratus, ad quem, inquit: Nam appellandi verbum monarchis est ius.

uisum. Hic Machætes: ad te ipsum ô rex, si exper
giscaris, & attentius audias causam. Ac tum qui
dem surrexit rex. Cæterum posteaq̄ causam apud
se melius perpenderit, intelligeretq; Machæta
factam iniuriã, iudicata quidem nõ reseidit, sed
pecuniã qua dånatus fuerat Machætes, ipse per
soluit. In vno facto quot regiã virtutis argumẽ
ta! Nõ perseueravit irasci & prouocanti, & som
nolentiã publice obijcienti, sed per otium rem suo
cum animo accuratius considerauit, iam ab ira li
ber. Sit hoc ciuilitatis regiãq; moderationis: illud
vero prudẽtiã, q̄ ingenioso cõmento sic dånatũ
exemit dånõ, vt regiã tamen in iudicãdo autori
tatem non proderet, multã priuatim perinde
quasi ipse damnatus esset dissoluit.

Indignãtib; Philippĩ amicis, quod Pelopone
sij in Olympiacis ipsum sibilis deriderent, præ
sertim beneficijs à rege affecti, hoc sermone Phi
lippũ extimulãtib; ad vindictã: Quid igitur, in
quit, futurũ est, si quid illis faciamus malis? Vrba
nissime amicorũ argumentũ vertit in diuersum.
Si tam prauo ingenio sunt, vt eos irrideãt, qui de
ipsis bene meriti sunt, grauius nocebunt, si quis
illos malefactis prouocet. Hoc non solũ modera
tionis & clementiã, verũ etiã eximie cuiusdam
magnanimitatis documentum fuit, ingratorum
sibilos regem negligere.

Harpalus pro Cratete propinquo ac familiari
suo qui iniuriarũ postulabatur, petijt à Philippo
vt reus multã quidem solueret, sed à causã li
beraretur, ne damnatus hominum maledictis ex
poneretur. Hic vero Philippus, præstat, inquit, vt
ipse male audiat, quã vt nos propter illũ. In
r. liij.

Index attẽ
tus.

25

Vrbane.

26

Index seue
tus.

dulgebāt amicis, sed quatenus licebāt integra iudicis opinione.

- 27 In exercitu quū multo tēpore dormisset, expectus: Tuto, inquit, dormiui, vigilauit enim Antipater. Subindicans nō esse regiū indulgere somno, p̄sertim in bello: sed tamē hoc interdū absq; periculo fieri, si rex habeat fidum ac vigilantem p̄fectum. Ita cum laude amici suam excusauit somnolentiam.

P̄fectus
vigilans.

- 28 Rursus euenit, vt interdiu dormiēte Philippo Græci qui multi simul ad ostiū conuenerāt, indigne ferrēt, regemq; incusarēt, quōd ob illi⁹ somnolentiam nō statim admitterētur ad colloquiū: hic Parmenio sic regi patrocinauit est, Ne miremini, inquit, si nunc dormit Philippus, nā quum vos dormiretis, hic vigilabat. Significās Græcis ne gligēter rē gerētibus, Philippū illis fuisse p̄sidio.

Somnus excusatus.

- 29 Quēadmodū ipse fuit vrbanus, ita aliorū salse dictis delectabatur. Itaq; quum cantorē inter cœnandum vellet reprehendere, dēq; pulsū chordinum loqueretur, Dij, inquit cantor, prohibeant ō rex, ne tu me melius hęc noris. Ciuilit̄ & sibi vindicauit de arte iudicium, & regem non offendit, meliorē illum iudicans, quā vt cū musico de fidibus contenderet.

De arte iur
dicet artū
sex.

- 30 Quin & asperius dicta, modo tēpestiue, æquo ferebat animo. Nam cum dissidium haberet cū Olympiade vxore, cūque Alexandro filio, Demaratum Corinthium ad se venientem percontatus est, quomodo inter Græcos inuicem conueniret. Hic Demaratus, scilicet, inquit, magnopere tibi curæ est Græcorum concordia, quum qui tibi sunt coniunctissimi, huiusmodi in te sint anti-

Admonitio
libera.

mo. Quid hic expectas, nisi vt rex offensus Demarati libertate, iubeat illum ab oculis suis abduci? Immo quoniam Demarati sermo ab ira ad saniora cōsilia vocabat, rex sese ad eius obiurgationē cōposuit, positāq; ira redijt cū suis in gratiā.

Anui cuidam pauperulæ Philippum appellāti vt causam ipsius cognosceret, quū hac flagitatione frequenter obstreperet illi, respōdit sibi nō esse otium. cūmq; anus inelamasset, Proinde ne rex quidem esse velis: Philippus admiratus ancilæ liberam vocem, non illi solum præbuit aures, verumetiam alios audiuit. Hoc idem Latini tribuunt Adriano imperatori.

Philippus quum audisset filium suum quodā in loco scite cecinisse, ciuilitate obiurgauit, dicens: Non te tui pudet, qui noris tam belle canere? Si significans alias artes esse rege digniores.

Idē in palæstra prolapsus, quū surgēs in puluere vidisset corporis vestigiū, Papæ, inquit, vt minimā terræ partē natura sortiti, orbē appetim⁹ vniuersum? Vtinam hoc dictū inhæsisset animo filij, cuius ambitioni orbis fuit angustus.

Philippus Alexandrum filium Macedonum beneuolentiam cōse-
laretur, Quæ te, malū, inquit, ratio in istā spem induxit, vt eos tibi putes fore fideles, quos pecunia corrueris? An tu id agis, vt Macedones te non regem suum, sed præbitorem putent?

Athenienses legationem ad Philippum miserāt. Ea benigne audita, vt humaniter dimitteret, iussit illos dicere, qua in re gratum facere posset Atheniē sibi: hic Demochares excipiēs, si teipsum, inquit, suspendas. Is Demochares vnus fuit e le-

gatorū numero ob linguæ procaciā dictus par
rhesiastes. Ob tam inhumanū respōsum indignā
tib⁹ regijs amicis, Philippus compescuit eos, iussitq;
vt Therstien illum incolumem dimitterēt.
Tum ad ceteros legatos conuersus, Renuntiate
inquit, Atheniensibus multo superbiorese esse, qui
ista dicunt, q̄ qui impune dicta audiunt. Tales
demum animi regno digni sunt.

ALEXANDER MAGNVS.

Indoles agi
lis.

1 In Philippī dictis nihil erat, qđ præter vrbani-
tē non etiā ad bonos mores cōduceret: nec video
quem Philippo iungamus congruentius q̄ filiū
Alexandrum. Is puer etiamnum, quum Philip-
pus pater multa præclare feliciterq; gereret, ne-
quaquam eo gaudebat, sed ad pueros æquales ac
collactaneos dicebat, pater mihi nihil relicurus
est. Illis contra dicentibus, Immo hæc omnia ti-
bi parat. Quid profuerit, inquit Alexāder, si mul-
ta possidens agam nihil? Iam tū cognoscas scin-
tillam indolis ambitiosæ & irrequietæ.

Regē regia
decent.

2 Idem quū leuitate corporis ac pedum celerita-
te polleret, patri hortanti vt in Olympijs stadiū
decurreret, Facerem, inquit: si reges habiturus es-
sem concertatores. Et hic agnoscas excelsum, nec
cuiquam facile cessurum in certamine laudis &
imperij. Nondum erat rex, & tamen non digna-
batur nisi cum regibus committi.

Adulteriū.

3 Quum puella multa nocte ad Alexandrū es-
set deducta, cum eo dormitura, rogauit rex vbi
fuisset tam diu: illa respōdente, se expectasse do-
nec maritus isset cubitum: ministros accitos acri-
ter obiurgauit, Reducite, inquit, hanc, parū enim
absuit, quin vestra culpa fuerim factus adulter.

Egregium castitatis exemplū, tum in iuvene, tū in rege. Nam apud illos simplex stuprum pro nullo crimine habebatur. Apparet autē tū fuisse morem, qui adhuc durat in Italia, vt vxores secubarent à viris, nisi si quando vocarentur.

Alexādro puero dijs largius facienti suffitum, 4
ac subinde ad thus accurrēti, Leonides illius pædagogus, qui tum aderat, Heus puer, inquit, tum *Profusio*
large facies suffitum, quū regionē deuiceris quæ thus gignit. Pōst quum eam regionem obtinuisset, memor eius dicti, hac sententia scripsit illi litteras, Mitto tibi thuris & casiaē talenta aliquot, ne posthac parcus sis erga deos, quum nō ignores nos potitos regione odores gignente.

Apud Granicum Martem experturus, hortabatur Macedones vt affatim pranderent, veluti postridie ex hostiū cōmeatu cœnaturi. Præsens *Fiducia*
animus ac de belli euentu fidens ac securus.

Perillus vn⁹ ex amicorū Alexādri numero, si 6
liabus suis ab Alexādro dotē petijt. Iussit rex illum capere talenta quinquaginta, quumq; is respondisset, decem satis esse. Tibi quidem, inquit, satis est tantum accipere, mihi vero non satis est tantum dare. Præclare dictum, nisi virtutis indolem ambitio vitiaffet.

Anaxarcho philosopho iusserat quæstorē dare 7
quātūcūq; ille postularet, cūmq; quæstor audita postulatione turbat⁹ Alexādro indicasset, philosophum petere centū talenta. Recte, iquit, facit, *Liberalitas*
sciens se amicum habere, qui tantū dare & possit & velit. Hic dubites vtrum potius admirari oporteat, regiam ne liberalitatem in donādo, an philosophi improbitatem in postulando, nisi ma-

lumus hanc vocare fiduciam.

8 Miletī quū vidisset multas statuas eorum quī in Olympijs ac pythijs vicerāt, & s̄q; prægrādes.

Fortitudo i
tempelitia

Et ubi, inquit, erant tā magna corpora, quū barbari vestrā urbē obsiderēt? Salse taxauit illorum *stultam ambitionem, qui gloriarētur his, qui corporum magnitudine viribūsq; præstantes in ludicris certaminibus victoriam reportassent, quū in tantis periculis nulli fuissent, qui aduersus barbaros se tales præberent.*

9 Quū regina Carū Adas illud haberet studio, vt assiduo mitteret Alexandro opsonia bellariāq;, per taliū rerum architectos coquōsq; magna arte parata. Alexander ait, seipsum habere meliores opsoniorum artifices, ad prandium quidem, nocturnum iter, ad cœnam vero, tenue prandiū.

Fragilitas

10 Quodam tempore quum omnibus ad prælium apparatus interrogaretur, nunquid aliud præter hæc fieri vellet, Nihil, inquit, nisi vt Macedonū barbæ radantur. Hoc dictum quid sibi vellet admirante Parmenione. *An nescis, inquit, in prælio nullam ansam meliorē esse quā barbæ? Significabat cominus esse pugnandum, in quo genere certaminis barbæ officiant, quòd his milites facillime possunt apprehendi.*

Barbæ bello
inutiles.

11 Darius obtulit has condiciones Alexandro, vt ab ipso acciperet talentorum decem milia, & insuper Asiam secum ex aequo partiretur. Id quū recusaret Alexander. Ego, inquit Parmenio, accepissem si Alexander essem. Et ego, inquit Alexander, si Parmenio essem. Dario vero hunc in modum respondit: neq; terrā duos soles, neq; Asiam duos reges ferre posse. Et hic animi celsitudinem

Monarchia

probare possis, nisi dictum impotentiam quamdam dominandi saperet.

Quum in Arbelis de rerum summa periclitatus esset, *conflicturus cum mille hominū militibus ad pugnandum instructis, adierunt illū milites aliquot ipsi bene volentes, deferebantq; cæteros, quòd in castris inter se miscerent sermones, conspirarēntq; ne quid prædæ in regium tentorium deportarent, sed ipsi totum in suū verterēt lucrum.* His auditis subrisit Alexander. *Fausa, inquit, nuntiatis. Siquidem audio sermones viro- rum ad vincēdum non ad fugiendum animato- rum. Nec illum fefellit diuinatio, plurimi nanq; milites regem adire dicentes. Bono animo esto rex, neq; metuas hostium multitudinem, ne pe- dorem quidem nostrum ferre poterunt.*

Idem instructa iam ad prælium acie, quū cer- neret militem quendam id temporis amentum telo adaptantem, *vt inutilem submouit ab exercitu, qui tum demum appararet arma, quū his vtendi tempus adesset.* Hoc inter stratagemata magis cōmemorandū erat q̄ inter apophthegmata, quemadmodum & hoc quod subiijciam.

Legebat Alexāder epistolam à matre missam, quæ arcana quædam & calumnias aduersus Antipatrum continebat, simulque, vt solet, cum rege legebat Hephæstion, nec eum rex vetuit legere, sed perlecta epistola anulum signatoriū è digito detractum ori illius appressit: hoc gestu admonens, vt arcana contineret. Exemplū insignis de amico fiducia, tum etiam humanitatis egres- sive, qui calūnias latius spargi noluerit, licet in- uisum haberet Antipatrum.

- 15 In Ammonis templo quū a vate dictus esset Iouis filius. Nihil, inquit, mirum, Nam Iuppiter omnium quidem natura pater est, sed ex his optimos quosque peculiariter suos facit. Modestissime interpretatus est oraculum, nam vates per adulationem dixit illum filium Iouis, quasi sic e Ioue prognatus esset, quemadmodum Hercules creditus est esse Iouis filius. Alexander fassus est Iouem natura autorem ac parentem esse omnium, sed eos demum peculiariter pro suis filiis agnoscere, qui virtute ac præclare gestis proxime ad diuinam naturam accederent. Ea est omnibus benefacere.
- 16 Quum in bello crus esset illi sagitta vulneratum, multique accurrerent, qui ipsum frequenter deum appellare consueuerant, exprofecta hilarique fronte ad Homeri carmen alludens, dixit: Hic sanguis est quem videtis. liquorque qualis diuis solet emanare beatis. Nimirum irridens adulatorum vanitatem, quum ipsa res declararet ipsum nihil aliud esse quam hominem.
- 17 Nonnullis Antipatri frugalitatem laudantibus, quod alienam ab omnibus delicijs austeramque vitam ageret. Foris, inquit, Antipater albo vitur pallio, intus vero totus est purpureus. Notans scilicet illius parsimoniam, quum esset alioqui ambitiosissimus.
- 18 Quum hyeme frigidoque caelo apud amicum quendam conuiuio acciperetur, videretque foculum exiguum & ignis pusillum, aut ligna, inquit, inferte, aut thus. Subnotans conuiuiolem lignis suis parcere, perinde quasi thus essent, quum in rigore tanto nec thuri parcendum esset: simul satis esse ignis ad faciendum suffitum dijs, at pa-

Filijs deorum
qui.

Modeste

Hypocritis.

Parsimonia

rum ad depellendum frigus.

Quum apud Antipatridem cœnaret, isque ad cœnam formosam psalteriã induxisset, Alexãder Cōtinentia aspectu motus in illam exarsit, mox rogauit Antipatridem, nunquid ipse mulieris amore teneretur: illo confitente. O sceleste, inquit, non tu protinus abduces è conuiuio mulierem? Quantum ille animus aberat à constupranda aliena vxore, qui tantopere sibi metuit ab amica hospitis?

Rursum quũ Cassander Pythonem cuius tibicini 19 nis amasium per vim osculari vellet, idque Euiũ ægre ferentem sensisset Alexander, iratus exiit Cōtinentia in Cassandrum clamans. Ita ne per nos ne amare quidem quicquam licebit? Non satis erat regi, si seipsum præstaret continentem, nisi & præceteros haberet sui similes. Quando autem passus fuisset à suis per vim constuprari filiã aut vxorẽ honesti ciuis, qui tibicini suos amores etiã ab osculo voluit esse inuiolatos? Deniq; quod duces peccarent, arbitratus est ad se pertinere.

Quum è Macedonũ numero ad mare remittetur 20 valetudinarios ac mutilos debilesq; proditus est quidam qui se inter ægrotos asseripserat quum nõ ægrotaret. Is quũ ad Alexandri cõspectum adductus esset, & examinatus fateretur, se morbum prætexuisse ob amorẽ Telesippæ, quæ Ciuititer. ad mare fuerat profecta: percõtatus est Alexander, cui negotiũ retrahẽdæ ad exercitiũ Telesippæ delegaretur. Cæterum vt cognouit eam esse liberam. Persuadeamus igitur, inquit, õ Antigenes Telesippæ, vt nobiscũ maneat. Nã vim ad mouere liberæ, non est nostrũ. Sic indulgit amori strẽnuũ militis, quẽ in exercitu retinere cupiebat,

vt ingenuā mulierē redire nollet nisi persuasam.

- 21 Cum Græci qui apud hostes stipēdium faciebant venissent in potestatem Alexandri. Athenienses quidē iussit in compedibus seruari, quòd quum ex publico stipendium haberent, tamen apud hostes meruissent: similiter & Thessalos, quòd regionem optimam nacti, non eā colerēt: Thebanos vero dimisit, dicens. His per nos nihil est reliquum neq; ciuitas, neq; agri. Ita moderatus est pœnam, vt mortem cōmeritis non indiceret nisi vincula, & culpam eorum qui necessitatem excusare poterant in se transtulit.

Moderatio
pœnæ.

- 22 Ex Indis quendam sagittandi arte cum primis celebrem, adeo vt etiam per anulū sagittam mittere diceretur, quum in bello cepisset, iussit artis suæ specimen ædere: recusantem iratus rex necari iussit. Quū du ceretur homo, dixit his à quibus ducebatur, se multis diebus nō exercuisse artem, cōque timuisse ne aberraret. Id ubi renūtiatum est Alexandro, quòd non contumacia, sed ignominia metu reculasset, admiratus ingenium gloriae studiosum, dimisit illū donatum, eo quòd mortem oppetere maluisset, quā fama sua videri indignus. Hic apparet non omnino vanum esse quod prouerbio iactatū est. Simile simili esse amicum. Alexander gloriae supra modum appetens similem affectum in alijs amabat.

Gloria vita
charior.

- 23 Taxiles vnus ē numero regum Indiae, occurrēs Alexandro, sic illū affatus est. Prouoco te, inquit, non ad pugnam neq; ad bellū, sed ad aliud certaminis genus. Si inferior es, à nobis accipe beneficium: sin superior, nobis benefacito. Cui Alexāder: Atqui, inquit, ob hoc ipsum inter nos certan-

Certamen
vere regū.

dum est, vter benefaciendo superet alterum. Et humanissime complexus illum, non solum non spoliavit ditione, sed auxit etiam.

Cum audisset de rupe quadā apud Indos, quæ ²⁴ ob sublimitatem velut aibus inaccessā ἄσπερος dicitur, quod ipse quidem locus expugnatu difficilis esset, sed qui eū teneret formidolosus. Nūc inquit, locus captu facilis est: significans nihil p̄desse munimenta, nisi vir fortis ea tueatur. Arx enim non tam fossis ac muris tuta est q̄ viris.

Viri fortis fiducia.

Cum alius quidam rupem teneret inexpugnabilem vt putabatur, semet Alexandro dedit: at Alexander non solum eius ditionis principē esse iussit, verum etiam addidit, dicens Hic homo mihi videtur sapere, qui se maluit bono viro, quam loco munito concedere. ²⁵

Fides in deditum.

Rupe capta quū amici dicerent illū egregijs ²⁶ gestis Hercule superasse, At' ego, inquit, meas res gestas in imperio, ne verbo quidem cū his quæ gessit Hercules arbitror cōferendas. Adulabātur illi, sed huius animo nulla satis faciebat adulatio.

Herculeus cōtempnit Alexander.

Quosdā ex amicis mulctavit, q̄ in ludo alexæ ²⁷ sensisset eos nō ludere. Siquidem multi sunt qui in hoc ludo velut in re maxime seria versantur. Non enim ludūt, qui fortunas suas omnes, interdum & liberos: alexæ permittunt arbitrio,

Inter amicos quos habebat præcipuos ac potentissimos, omniū maxime videbatur honorare Craterum, sed omniū maxime diligere Hephæstionē. Craterus enim, inquit, amat regē, Hephæstion amat Alexandrū. Id Græce iucūdius dicit. ²⁸ φιλοβασιλεύς φιλαλέξανδρος. Sentiēs Craterum in his quæ ad regiam dignitatem attinebāt

Amicus.

præstare fidū amicū, Hephæstionē priuato quor-
dam affectu diligere Alexandrū. Pariter itaq; li-
cet dissimiliter amātibus, diuersa ratione persol-
uit præmium. Craterum ornauit dignitate, He-
phæstionem ad intimā admisit familiaritatem.

29 Xenocrati philosopho quinquaginta talenta
Liberalitas dono militica quum ille recusasset accipere, di-
cens sibi non esse opus, iterrogauit an ne amicū
quidem vllū haberet cui esset opus. Nam mihi,
inquit, vix Darij opes in amicos suffecerunt. Hic
vtrius animum magis admirari conueniat, non-
dum statui, regis ne tam ad liberalitatē propens-
sum, an philosophi qui tantum munus a tanto
rege vltro delatum remiserit.

30 Porus rex ab Alexandro deuictus, quum ab eo
Regaliter post pugnam rogaretur dicente. Quomodo te
tractabo? Regaliter, ait. Rursus subiicienti Ale-
xandro, Num quid etiā aliud? Omnia, inquit Po-
rus, cōplectitur hoc verbū, regaliter. Alexāder &
prudentiam, & fortitudinē viri admiratus, latior-
rem ditionem illi addidit ea quā prius obtinuer-
rat. Supplici & ad pedes abiecto minus cōcessit.
Adeo diligebat animosus iuuenis impauidos
animos. Q. Curtius aliquanto secus narrat. Inter-
rogatus Porus quid ipse victorem statuere debe-
re censeret. Quod hic, iquit, dies tibi suadet, quo
expertus es q̄ esset caduca felicitas. Submonuit
regem vt modeste sua fortuna vteretur, memor
ipsi posse accidere, quod acciderat Poro.

31 Cum accepisset esse quendā qui cōiitijs ipsum
Animus vere regius impeteret. Regium est, iquit, quum facias bene,
audire male Nihil hoc dicto generosius, quāquā
idem & alijs ascribitur,

Morti proximus ad amicos respiciēs dixit. Ma 32
 gnum epitaphium video futurū: presentiens res
 ab iplo gestas multorum eloquentia celebrādas.
 Nec eum sua sefellit diuinatio.

Cum Darij filias haberet captiuas, demissis o: 33
 culis eas salutabat, idq; raro, sibi metuēs ab illa-
 rum insigni forma. Apud familiares autē dicere
 solet. Dolores oculorum sunt Persicæ puellæ.

Edicto vetuit, ne a quoquam pingeretur præ: 34
 terquam ab Apelle, aut a quoquam gre sculperes
 tur præterquam a Lysippo, artificibus illius ata
 tis præstantissimis. Nam hoc quoq; iudicabat ad *Artes.*
 principis dignitatē pertinere. Cū Cherylo poëta
 pactus erat, vt pro vnoquoq; bono veriū Philip-
 picum acciperet aureum, pro malo colaphum.

Idem interrogatus vbi suos recōderet thesau: 35
 ros, Apud amicos, inquit: significans facultates
 nusquam reponi tutius. Cum enim res postulat, *Liberalitas*
 redeunt ad te cum fœnore.

Cū nuntius quidā gaudio gestiens, porrectaq; 36
 manu accurreret, rem prospere gestam narratu-
 rus. Quid mihi bone vir magni nūtiabis, nisi nū- *Præco rerū*
 ties Homerum reuixisse; significans omniū præ- *gestarum.*
 clare gestorū gloriam abolendam, nisi contin-
 geter talis præco qualis fuit Homerus.

Ciuitas quædam vt ab armis Alexandri quie: 37
 tem haberet, obtulit illi partem agrorū, & præ-
 terea rerum omnium dimidium. Cui sic respon- *Imperioso.*
 dit. Hoc animo veni in Asiam, non vt acciperem
 quod dedissetis, sed vt vos haberetis quod reli-
 quissetem.

Alexander habebat Eudæmonicum philoso: 38
 phum, sed quouis parasito adulantiorē. Hic quū *Adulatio.*
 s.j.

aliquādo tonaret vehemēter, adeo, vt omnes ex
 pauescerent, dixit Alexādro. Quin tu tale quip
 piā facis Alexāder fili Iouis? At ille nō ferens tā
 abiecti philosophi vocem, ridens ait. Nolo enim
 formidabilis esse, quē admodum tu me doces, qui
 Satraparū ac regū capita me iubēs super cōnā
 apponere. Sic Athenæus. Plutarchus in vita secus
 aliquāto. Quid mihi succēses, quōd pisces appo
 nam in conuiuiō, ac nō potius Satraparū capita?

Adulatio.

39 Alexāder quū hyeme duceret exercitū assidens
 igni, recognoscere prētereūtes copias cōepit, quū
 que videret senem quendam horrentem frigore,
 & ad ignem stantem, considerare loco suo iussit, di
 cens. Si in Perside natus esses, ī regia sella sedere
 tibi capitale foret: in Macedonia nato cōceditur.

Clulliter.

40 Alexāder etiā nū adolefcens videns patrem
 Philippum equum præferocem, nec vllum seffo
 rem tergo patientem, velut inutilem abiectū ire.
 Qualem, inquit, equum isti perdūt, dum illo per
 imperitiā ac mollitiē vti nesciunt. Cūmq; mira
 arte sine verberibus tractasset equum, tandē cō
 scensum ad cursum admisisset, tum calcib⁹ vsus
 est, ac molliter flexis habenis quum equū redu
 xisset, descēdētis caput exosculatus pater. Aliud,
 inquit, ō fili tibi par regnū quære, quādo iam te
 non capit Macedonia. Pręsagijt vir prudens tam
 excelsæ indoli non suffecturam paternam ditios
 nem. Sed equus ille nos admonet, multa bene na
 ta ingenia perire vitio instituentium, qui ferē ne
 sciant imperare, nisi ex equis generosis reddide
 rint asinos.

Indoles ex
 ecisa.

41 Idem Aristotelem, cui puer formandus fuerat
 traditus, summa veneratione prosequabatur, di

et es, se illi non minus quam patri debere, quod a patre viuendi, a preceptore bene viuendi iustum accepisset. Pietas in preceptorem.

Quum pirata captus ad ipsum deductus esset, rogatus qua re fretus auderet infestare maria, compendio respondit. Ego, inquit, quoniam id unico nauigiolo facio, pirata nominor, tu quum idem facias magna classe, rex appellaris. Alexander admiratus intrepidum animum, donauit illi vitam. Animose.

Idem Delphos profectus, quum sacerdos negaret se consulaturam deum, quod dies essent nefasti, quibus ne oraculis quidem loqui phas esset, vi pertracta secum sacerdotem templum ascendit. quumque illa importunitate victa diceret, Inuictus es o fili, Satis, inquit Alexander, oraculi est: mulieris vocem responsi loco ducens, Oraculum.

Posteaquam in expeditionem profectus regias opes penes omnes in milites ac duces distribuisset, roganti Perdicae, Quid tibi nunc rex superest? Spes, inquit. Hic Perdica. Hec, inquit, nobis communitonibus tuis futura communis est: & praedium quod ipsi designarat Alexander, recusauit. Tanta erat fiducia bene successuram expeditionem. Fiducia euentus.

Idem initio quum in causis capitalibus sederet iudex, accusatori alteram aurem occludebat: rogatus quum id faceret, Alteram, inquit, integram seruo reo. Iudex in corruptus.

Quum Philoxenus classis praefectus Alexandro scripisset, Tarantinum quendam Theodorum esse apud se, pueros habentem insigni forma venales, si vellet emere: indigne tulit, apud aequales subinde clamitans, Quid in me Philoxenus tam obscenum animaduertit, ut mihi tantum probri conciliaret? Integritas.

In Callisthenem nequaquam sese accommodatam aut lae regiae moribus, sed & dictis & gestu praeferebantem nihil sibi placere, dixit hunc versiculum, Seruire potest.

s.ij.

Μισῶ σοφιστῆρ, ὅστις οὐχ αὐτῷ σοφός. id est,
Sapientem ego odi, qui sibi sapit nihil.

- 49 Nisam expugnaturus quū videret milites de-
terreri fluminis quod ciuitatē praterlabitur pro-
funditate, exiliit, ὦ me omnium deterrimum ex-
clamans, qui natare nō didicerim, μόχεϛ clypeo
pro subere innixus primus tranauit.

50 Ilium profectus Achillis statuā coronans. O te
felicē, inquit, Achilles: cui viuo talis ami-
cus, mor-
tuo talis contigerit præco. De Patroclo loquens
& Homero, quorū ille fidissim⁹ Achilli fuit ami-
cus, hic defunctū Iliade tota celebrauit.

51 Duabus potissimum rebus, quum deus à mul-
tis prædicaretur, se quòd mortalis esset depre-
dere dicebat, somno & coitu: quòd hæc præci-
pue proderent humani corporis imbecillitatem,
ad cetera inuictus erat. Sōnus enim mortis ima-
go est, & coitus species est morbi comitalis.

52 Darij regiam ingressus, quum vidisset sublime
cubiculum, & in eo stratum, mensas, cæteraque
omnia mirifico ornatu instructa. Hocce, inquit,
erat impetare? Sentiens non esse regium huius-
modi delicijs indulgere.

- 53 Idem lectum ingressus excussis accurate pal-
lijs dicere solet: Nūquid hic delicatum aut super-
fluum mater addidit? Adeo abhorrebat à mu-
liebribus delicijs,

54 Quum delato ad ipsum scriniolo, quo nihil in-
ter opes Darij pretiosius pulchriusve repertum
est, quæreretur in quem vsum destinandū esset.
alijs aliud suadentibus, dixit, Huic optime ser-
uandus dabitur Homerus. Sentiens nullum esse
thesaurum illo pretiosorem. Ita visum est iu-

Præcipua
bona.

Quæ nos
admonent
mortalita-
tis.

Deliciæ in-
dignæ prin-
cipe.

Literarum
amor.

ueni, qui se totum ad exemplar Achillis com-
ponebat.

Idem hortante Parmenione, ut noctu hostem 54
adoriretur, alioqui summū fore discrimen, si pa-
lām cum tanta multitudine Martē experiretur.
Siquidem ex fragore procul velut è pelago reso-
nante, coniectabant immensum esse numerum.

Non furor, inquit, victoriam, recusans tenebrarū *Ingenue*
præsidio vincere.

Quū legisset prolixam epistolam ab Antipa- 55
tro scriptā, in qua multæ inerāt aduersus Olym-
piadem calumniæ. Ignorare videtur, inquit, An-
tipater, quod vna matris lachryma multas de-
lebit epistolas.

Quum sensisset sororem suam cū iuvene quos- 56
dam eleganti forma cōsuetudinē agere, nihil of-
fensus est, sed dixit. Cōcedendū esse, ut illa quos-
que aliqua ex parte regno frueretur. Multū dis- *Candide*
sentiens ab animo Cæsaris Augusti, qui nihil as-
cerbius tulit, q̄ filix neptiūmq; lasciuiam.

Quum audisset Anaxagoram differentem, in- 57
numerabiles esse mundos, illachrymasse dicitur.
Rogantibus nunquid accidisset lachrymis di- *Ambitiosa*
gnum, An non videor, inquit, merito flere, qui *fatiabilis*
quum mundi sint innumerabiles, nos nondum
vnius domini facti sumus!

Philippus à Triballis in prælio vulneratus est 58
femore læcea traiecto: opera chirurgi liberat⁹ pe-
riculo mortis, dolebat claudicatiōis deformitatē
cōtractā manere. Cui Alexāder, Ne verearis, in-
quit, in publicū prodire, sed gradū mouens virtu-
tis tuæ potius memineris. Hoc & alijs ascribit.

Si quādo colloquijs aut cōuiujs incidisset cō 59

f. liij.

tentio de carminibus Homeri, alijs alia præferē-
tibus, hoc vnice probauit Alexander.

Cōparatio
carminum
Homericorū
Iliad. 7

Ἀμφότερον βασιλεύς τ' ἀγαθὸς, κρατιερός
τ' ἀιχμητής. id est,

Dux bonus atq; idē validus pugnator in armis;
Addebat Homerū hoc versū virtutē Agamēno-
nis prædicasse, Alexandri vaticinatum esse.

- 60 Quū trāsmissō Helleſponto Troiam inuiseret,
veterum heroū res gestas animo reuoluens, qui-
dam si vellet, pollicitus est se Paridis lyram da-
turū. Hic Alexāder, Minime, inquit, illa mihi est
opus, quū Achillis lyrā habeā. Hac vir strenuus
fortiū virorū laudes canere consuevit, quū Paris
sua lyra molles ac lasciuos modulos incineret.

Musica di-
gna duce.

- 61 Quodā tempore Darij mulieres inuisit vnā cū
Hephæstione. Hūc quū esset eodem ornatu quo
rex, corpore etiam maior, Syngambris Darij ma-
ter pro rege adorauit. Eadem quū ex nutib⁹ ad-
stantium intellexisset errorem suum, perturbata
denuo salutauit Alexandrū. Tū Alexander. Nihil
est ὀ mater quōd turberis. Nam & hic Alexāder
est. Sentiens amicū, esse alterum Alexandrum.

Humaniter

- 62 Cum in Hāmonis templum venisset, sacerdos
grandæuus illū salutauit. Salue fili, & hanc appel-
tionem à deo habeas. Tum Alexander, Accipio
eam ὀ pater, & posthac patiar tuus dici, si mihi
totius orbis dominiū concesseris. Sacerdos rece-
pit se intro, & quasi consulto deo respōdit, Iouē
certo promittere quod peteret. Hic Alexander,
Scire cupio num quis supersit inult⁹ eorū qui pa-
trem meū interfecerūt. Ad hæc sacerdos, Philip-
pi, inquit, interfectores omnes dedere pœnas, sed
patri tuo nemo mortaliū potest tēdere insidias:

Adulatio.

significans illum esse Iouis nō Philippi filium.

Cum Darius numerosissimū exercitum instruxisset, Alexāder profundissimo somno correptus est, adeo vt nec interdiu potuerit expergisci: tandem imminente periculo amici ingressi regē excitarunt, qui quū dicerent, se mirari in eo rerum statu tantam regis securitatē. Magna, inquit Alexander, animi molestia me Darius liberauit: qui vires suas omnes in vnum cōtraxit, vt liceat vno die de summa rerum decernere. 63

Animose

Alexandro Magno Corinthij per legatos ius suæ ciuitatis detulerunt. Hoc officij genus quum risisset Alexander, quidam è legatis, Nulli, inquit, ciuitatē vnquā donauimus præterquam tibi & Herculi. Hoc audito lubens accepit oblatum honorem, quem illi cōmēdabat partim raritas, partim cum Hercule laudatissimo viro societas. 64

Dum in obsidione cuiusdam vrbis infirmissima mœnium quærit, sagitta ictus est, nec tamen ab instituto destitit: mox quū represso sanguine sicci vulneris dolor cresceret, & crux equo suspensum paulatim obtorpuisset, coactus quod cœperat ommittere, ac chirurgū accersere. Omnes, inquit, me prædicant Iouis esse filiū, sed vulnus hoc hominem esse me clamat. 65

Xenophantus certis modis Alexādrum ad artem concitare. Eam musices vim admirantibus cunctis, quidam ait, Si tantus artifex est, incinat modulus quibus illū à bellis reuocet. Sentiens non esse magnæ artis hominem eò perpelere, quò suapte natura pronus est. 66

ANTIGONVS REX MACEDONVM.

Antigonus in extorquēdis pecunijs acer erat ac r
liij.

- rigidus. Cuidam itaque dicenti, at non talis fuit
 Pestiulter. Alexāder. Merito, inquit: nam ille metebat Asiā,
 ego culmos lego. Sentiens opulentissimā. Asiam
 prius ab illo spoliatam, sibi a spoliatis corradens
 dum quod posset.
- 2 Milites quosdā videns thoracibus & galeis in-
 ductos sphaera ludere, delectatus est hoc spectacu-
 lo, ac duces illos accessi iubet, vt eos corā illis lau-
 daret, verū vbi nuntiatū esset duces bibere, præ-
 fekturas illorū militib⁹. dedit, qui sphaera luserant
 armati, simul & ducum ignauiam puniēs, & mi-
 litum strenuitatem honorans.
- 3 Cum omnes admirarētur quòd cū initio regni
 durior fuisset, senex factus clementer ac placide
 Regni sta- bilicas regnū gubernaret. Prius, inquit, opus erat regno,
 nunc gloria & beneuolentia. Sentiens regnū ar-
 mis & austeritate frequēter parari, sed non nisi
 honesta opinione ciuiumq; beneuolētia retineri.
- 4 Idem filio Philippo multis præsentib⁹ percō-
 tanti ac dicenti, quādo castra mouebimus? Quid
 inquit? num metuis ne solus tubam non audias?
 Silentii in bello. Notans adolescentis imperitiam, qui hoc patrē
 multis audientibus percōtaretur, quū in bello ce-
 landa sint consilia principum: sed quoties castra
 mouenda sunt, tum omnibus tuba dat signum.
- 5 Cum adolescens institisset, vt hospitium nan-
 cisceretur apud viduam treis habentē forma de-
 cente filias, accito hospitij designādis præfecto,
 Sasse. Nō expelles, inquit, filiū meum ex loci angustia?
 Nō prodidit adolescentis affectū, qui sciebat illū
 captare quod amaret, sed excusauit ædiū angu-
 stiam, in quibus vidua cū tribus filiabus ageret.
- 6 A graui morbo posteaq; cōualuerat, Nihilō pei⁹

est, inquit: siquidē hic morbus submonuit nos, ne ^{Morbis ut} animo efferamur, quū simus mortales. Quis do- ^{lis.} cuerat ethnicū regē philosophiam Christiano dignam animo? Deplorabāt amici ceu magnū malum, quōd tā grauiter agrotasset, ille interpretatus est ex morbo plus accessisse boni quā mali. Corpus extenuarat, sed animū reddidit modestiorē: corporis robori nō nihil detraxerat, sed animo detraxit insolētiam, morbū longe periculosissimū. Proinde nō pessime res habet, quum leuior morbus arcet pellitve maiorem.

Hermodotus Antigonum in carmine scripsit ⁷ rat Iouis filium. Is hoc legēs, istius, inquit, rei nequaquā mihi conscius fuit Lasanophorus ille: per quā ^{Modeste.} facere ridens poētīcam adulationem, paritque modestia sui generis humilitatem agnoscēs. Lasanū autē matula fictilis est. Quōd si Iouis erat fili⁹, ea res haecenus sefellerat & seruum matulam in cubiculo ferre solitum, & Antigonum filium.

Quodā dicente, omnia regibus honesta iustaque ⁸ esse. Sunt per Iouem, inquit, barbarorum duntaxat regibus: at nobis ea duntaxat honesta sunt, ^{Regibus honesta tantū licent.} quae honesta sunt, & ea tantum iusta, quae iusta sunt. Grauiter retudit adulatricem vocem, volentis omnia licere regibus. Non enim rex est honesti iustique regula, sed honesti iustique minister est. Atque utinam similes voces non audiant Christianorum aures, aut si audiant, simili seueritate reijciant. Quid enim aliud dicunt, qui occidunt, quod principi placuit, legis vigorem habet, qui negant principem teneri legibus, qui tribuunt illi geminam potestatem, ordinatam & absolutā, quarum altera possit quod leges, pacta, & foedes

ra postulant: altera, quodcunque libuit.

Scute. 9 Frater Antigoni Marfyas litem habebat, sed à rege postulabat vt causâ domi cognosceretur. Cui Antigonus, Si nihil, inquit, præter ius agim⁹, melius fiet in foro, cunctisq; audientibus. Nô im petrauit hoc à rege fraternus affectus, vt vel tantillum de iure concederet. Ipsum autem hoc dilemmate constrinxit: si iniustam causam habere te scis, quur litigas? Sin iustam, quur fugis hominum conscientiam, & ad domesticas latebras re fori pertrahis, non cariturus sinistra ciuium suspicionem, etiam si bonam causam viceris?

Lenitas. 10 Quum aliquando tempore hyberno compulisset castra transferri in locum vbi non erat rerum necessariorum copia, atq; hac de causa milites quidam in regem maledicta congererent, ignari ipsum esse in proximo, virga tentorij vela diduxit: flebitis, inquit, ni longius semoti de me male loquamini. Quid hac facetia clementius, aut quid hac clementia facerius? Simulabat se nō indignari quòd male de ipso loquerentur, sed quòd tam vicini, vt exaudiri possent ab eo cui maledicebāt.

Liberalitas regum. 11 Aristodemo qui vnus ex amicorum regionum numero fuit, è coquo, vt putabatur, prognatus, suadenti vt impendijs ac largitionibus aliquid detraheret, Verba tua, inquit, Aristodeme ius olent. Subindicans coquorum esse parsimoniam, nō regum: proinde illum tali consilio non meminisse cuius esset amicus, sed quo esset patre natus.

Scute. 12 Quum Athenienses seruum Antigoni honoris gratia perinde, vt ingenuum in ciuium numerum ascripserent, Nequaquam, inquit, velim vnum Atheniensem à me loris cædi, significans per il-

los factū, vt vnū ciuē Atheniensem posset loris cedere, quippe seruū: sed Athenis esse plures vno cōmeritos, vt à rege loris caderentur, qui seruum alienum, quod in ipsis fuit, manumitterent.

Adolescēs quidā Anaximēnis rhetoris discipulus, orationē à præceptore meditatā, & ad eā recitandam subornatus, corā Antigono habebat: cumq; is inter audiendū quiddā scire cupiēs sciscitaretur, mōxq; adolescēs reticuisset, Quid ais, inquit Antigonus, num ista tibi sunt in tabulis descripta? Quod ille in adolescēte iudicauit absurdū, hoc hodie magnificū habetur, vt senes etiā apud principes orationem à rhetore quopiā conducto sex mēsis elaboratā ediscāt, eāq; pfitatorū more reddāt. Nec raro fit, vt nemine etiā interpellate, sibi excidāt, cuncti s; ridiculi sint.

13

Oratio aliena.

Alterū quendā rhetorē audiēs ita loquētem, Hora niuū iaculatrix adueniens, regionē herbis defectā reddidit, Non defines, inquit, mecū, vt cū turba ageres? Offensus est rex oratione nimis elaborata, cuiusmodi verborū apparatu solēt se veditare rhetores apud imperitā multitudinē. At idem apud regē facere, erat illius abuti patiētia. Quoniā autem affectata sermonis structura, latine non perinde potest exprimi, Græca ponam, χιονοβόλος ἢ ὥρα γνομένη, ἀποβοτανῆρ ἐποίησι πλὴν χάραρ. Pro χιονοβόλος ἢ ὥρα dicere poterat hyems, & ἀποβοτανῆρ verbū est affectatum, vixq; poëtæ concedendum.

14

Verba affectata.

Thrasyllo Cynico petenti drachmā, Non est, inquit, munus regium. Cynico subsiciente, Talētū igitur da, At nō est, inquit, Cynicum, tale munus accipe. Vtroq; cornu repulit postulatoris im-

15

Facete.

probitatē, quē existimabat nullo dignū bñficio.

- 16 Quum mitteret filium suum Demetrium cū numerosa classe, magnāq; militū vi ad Græcos liberandos, dicebat, gloriam à Græcia velut à specula in orbem terrarum accendit: iuuenem gloriæ studio extimulans, vti strenue rem gereret, q̄ eius laudis rumor non intra Græciæ fines esset continendus, sed ob Græci nominis celebritatē, per omnes mundi plagas dimanaturus.

Gloriæ filii
speculus.

Urbanitas.

- 17 Antagoram poëtam in tentorio congrum coquentem, atq; ipsum patellam versantem deprehēdit Antigonus à tergo stās, eiq; dixit, Putāsne ô Antagora, Homerū quū Agamemnonis res gestas scriberet, coxisse congrum? Contra hæc Antagoras, Et tu rex, putāsne Agamemnonem cū illas res gereret, fuisse curiosum, si quis in exercitu congrum coqueret? æquo animo rex tulit iocitacionem, quasi inter pares res ageretur.

Fides amici

- 18 In somnis Antigonus aliquādo viderat Mithridatem auream metentem messem, eòq; struebat illi insidias, vt tolleret e medio. Idq; quū indicasset Demetrio filio, iureiurando adegit vt sileret. Is vero iuncto sibi Mithridate deambulabat in litore maris, & infima hastæ parte inscripsit hærenæ, Fuge Mithridates. Is itellecta re profugit in Pontum, atq; illic perpetuo regnavit. Hoc quum nō sit apophthegma, videtur ab aliquo adiectū.

Clementer.

- 19 Antigonus amicis suædentibus, vt si Athenas caperet, validis illā præsidijs cōmuniret, ne quando deficeret, summāq; cura vt totius Græciæ basim custodiret, respondit, se semper in hac fuisse sententia, vt crederet nullum esse regni præsidium firmitus, q̄ ciuium benevolentiam.

Idem ubi audiuit reges in ipsius exitium con- 20
spirasse, insolentissime respondit, se illos omnes
velut aues semina legentes vno lapide vnôq; cla- *Insolenter.*
more disturbaturum.

Quum Antigonus in arduis ac præruptis lo- 21
cis planiciei imminentibus exercitū haberet. Pyr-
rhus positus circa Napliam castris, postridie per *Non semp*
caduceatorem, vt in campum descendens Mar- *pugnandū.*
tem experiretur prouocauit. Antigonus vero re-
spondit, suam militiam non magis armorum q̄
temporum esse: Pyrrho, si illum suæ vitæ tædiū
cepisset, satis multas ad interitum vias patere.

Antigonus interrogatus, quē ē suæ ætatis du- 22
cibus præstantissimū iudicaret, respōdit, Pyrrhū
si senesceret. Non p̄nūtiavit optimū, sed optimū
fore, si rerū experientiam ætas adiungeret.

Idem videns militem quendam alioqui stren- 23
num, & ad pericula promptū, parum bene affe-
cto corpore, rogauit quid palleret: illo confesso
morbum occultum, iussit medicis vt si quā fieri
posset, adhiberent remedia. At miles iam morbo
liber coepit detrectare pugnam, minūsq; prom-
pte semet obijcere periculis. Rex admiratus in-
terrogauit illū quæ nam esset mutati animi cau-
sa. Tū miles, Tu ipse, inquit, in causa fuisti: quū
afflicte viuerem, non magnopere metuebam ta-
li vitæ: nunc quum tua opera mihi vita facta est
charior, magis caueo ne pereat.

Antigonus senior sophistæ cuidam librū de iu- 24
stitia conscriptum porrigēti, Desipis, inquit, qui *Bellum in*
quum me videas alienas vrbes armis vexantem, *iustum.*
tamen apud me de iustitia differis. Sensit eos qui
ditionis ampliandæ gloriæve causa bellum inse-

ANTIGONI

rūt alienis ciuitatib⁹, nō posse tueri iustitię leges.

25 Antigonus senior quum frequenter Biantem moleste flagitantem tulisset, tandem victus tædio, Date, inquit, Bianti talentum, vel vi. Sentiens beneficium non impetratum, sed improbitate extortum.

26 Antigonus quum nocte quadã quosdam è militibus suis exaudisset omnia mala imprecantes regi, qui ipsos in illud iter & inextricabile lutū induxisset, accessit ad eos qui maxime laborabant: eos quum ignorantes à quo adiuuarentur explicuisset, Nunc, inquit, maledicite Antigono, cuius vitio in has miseriã incidistis: sed ei bene optate, qui vos ex hac voragine eduxit. Hac vindicta contentus erat regis vere excelsus animus.

27 Idem quum in paruulo quodam castello Græci obsiderentur, ac fiducia loci contemnentes hostem, multa in deformitatem Antigoni iocarentur, & nunc staturam humilē, nunc collisum nasum deriderent, Gaudeo, inquit, & aliquid boni spero, quãdo in castris meis Silenū habeo. Cum hos dicaces fame domuisset, quod captis facere mos est, videlicet vt qui bello sunt vtilis, i cohortes describãtur, cæteri præconio subijciãtur, negauit se vel id facturū fuisse, nisi expediret his dominū habere, qui tã malã haberēt linguam. Hoc idem arbitror esse cū eo quod refert Plutarch⁹, nisi quod aliter cōmemoratur à Seneca.

28 Idē quū accepisset instrumentū prægrandibus literis descriptū, Hæ, inquit, vel cæco perspicuæ sunt: iocās in vitiū oculorū. Erat enim luscus. Idē alius magno capitis sui periculo dixisset, qđ vsu venit Theocrito Chio, de quo postea dicetur.

Iocari in se
ipsum.

Iam ut cū Græcis utriq; paria faciamus, Alexandro Iulium Cæsarem, Philippo Augustum, Antigono M. Tullium obijciemus.

OCTAVIUS CAESAR AVGVSTVS.

Quum in conuiuio Rhymirales Thracū rex, **1**
 qui ab Antonio ad Augustum descuerat, insolē-
 tius iactaret sua erga Cæsare merita, ac sine fine ^{Proditio}
 exprobrans belli societate molestus esset, Cæsar ^{grata.}
 dissimulata illius petulantia, alteri cuidā regum
 propinans dixit, Proditionē amo, proditores non
 laudo. Significans his qui prodicione profuerunt,
 nihil deberi gratiæ: licet enim officium quod præ-
 stant pro tempore gratum est, ipsi tamen haben-
 tur pro malis ac foedifragis.

Quum Alexandrini post urbē vi captam ex **2**
 tremā se passuros existimarent, Augustus sugge-
 stum conscendit, adiuncto sibi Ario Alexandrino, ^{Clementer}
 dixit se ciuitati parcere, primū propter ipsius ma-
 gnitudinē ac pulchritudinē, dein propter Alexā-
 drum Magnū eius urbis conditorem, postremo
 in gratiam Arii amici. Rare cuiusdam clemētiæ
 fuit, non diripere ciuitatem quæ pertinacissime
 rebellarat: sed non minus laudis merebatur illa ci-
 uilitas, quod huius beneficij gratiam nō sibi vin-
 dicauit, sed vnam præcipuamq; partem ipsi con-
 cessit urbi, alteram tribuit Alexandro, cuius me-
 moriā sciebat apud Alexandrinos esse gratiosissī-
 mam: tertiā trāstulit in Arium, eius ciuitatis ci-
 uem, amicum tanto titulo suis commendans.

Quum ad Augustū delatū esset, Erotem Ægy **3**
 pti procuratorē emisse cotunicem, in pugna sū-
 perantē omnes, ac prorsus inuictā, eamq; assam ^{Seuerot}
 deuorasse: iussit acciri hominem, & discussa causa

confessum malo nauis affigi iussit: vita iudicans indignum, qui ob tantillam gulę voluptatem nõ pepcisset aui, quę pugnãdo diu multisq; potuisset esse voluptati: præterea quę læto quodã omine Cæsari ppetuã in bellis pperitatẽ portederet.

4 Lepide. In Sicilia pro Theodoro Arium præfectum instituit, sed quum Cæsari quidam libellum porrexit, in quo scriptũ erat, Caluus Theodorus Tarsensis fur erat, quid tibi videtur: lecto eo nihil aliud subscripsit, quã, Videtur.

5 Irae remedia. Athenodoro philosopho causatione senectutis flagitanti vt sibi liceret redire domum, Augustus concessit. At quũ ille Cæsari dixisset, vale, volēs aliquod philosopho dignum monumētum apud illum deponere, adiecit, Cæsar quum fueris iratus, ne quid dixeris fecerisve, priusquã Græcarum literarum xxiiii. nomina apud te recensueris. Cæsar autẽ philosophi dexteram amplexus, adhuc, inquit, te præsentem mihi opus est, totũmq; etiam annum apud se detinuit, dicens illud Græcorum prouerbiũ. Silētij sunt tuta fidi præmia: si ue approbās philosophi dictũ, quod tutum esset irã premere ne prorumpat in verba, siue sentiēs philosopho profuturũ fuisse, si hoc dictũ nõ addidisset iam abiturus. Quamq; tã salubris admonitio magnificum aliquod præmiũ merebatur.

6 Parta tueri maximum. Quum audisset, quod Alexander natus annos triginta duos, posteaquã plerasq; mũdi regiones peragrarat, dubitasset quid in reliquum vitę tempus esset facturus, demirabatur si Alexander nõ iudicasset maius opus, bene gubernare partũ imperium, q̃ amplam ditionẽ cõparasse. Recte notauit inexplebilẽ Alexandri ambitionẽ, qui nul-

lam aliam functionem rege dignam existimas-
set, quam proferte ditionis terminos: quum mul-
to tum pulchrius tum difficilius sit, regnū quod
contigit, rectis legibus, sanctisq; moribus exorna-
re, quam armis regno regnum addere.

August⁹ legē tulerat de adulteris, quomodo iu-
dicādi essent de hoc crimine delati, & quomodo
puniēdi cōuicti: post irā impotētia irruit in ado-
lescentē delatū, quod cū Iulia Augusti filia com-
merciū habuisset, eūmq; manibus verberauit. At
quū adolescēs exclamasset, Legē tulisti o Cēsari
adeo facti poenituit Cēsari, vt eo die recusaret
coenā capere. Crimen per se graue erat, tū admis-
sum in Cēsaris filiā. Quis princeps ibi dolori suo
tēperaret? Aut quis ibi legū iudiciorūmq; moras
expectaret? At tātus princeps sibi adeo displicu-
it, vt à seipso poenas sumeret, quod legi quā alijs
prodiderat, non per omnia paruisset.

Quum Caium ex filia nepotē, in Armeniam
mitteret, optabat à dijs, vt illū Pompeij beneuo-
lentia, audacia Alexandri, ipsius autē fortuna co-
mitaretur. Quod in singulis erat præcipuum, id
optabat vni contingere. Illud autem singularis
cuiusdam erat modestiē, quod vir ingenio, doctri-
na, consiliōque præitans, sua præclare gesta for-
tunæ ascribebat.

Dicebat se Romanis eum imperij successorem
relicturum, qui nunquam eadem de re bis consul-
tasset: de Tiberio sentiens.

Quum iuuenes nobiles ac dignitate claros im-
ter se tumultuāres veller compescere, nec auscul-
tarēt illi, sed tumultuari pergerēt, Audite, inquit,
iuuēnes senem, quē iuuenē senes audierūt. Augu-

7
Princeps le-
gum obsecra-
uitor.

9
Votum.

9
Præfens cō-
siliū.

10
Antortitas.

t.j.

stus enim adolescens ad reip. admotus est, summaque fuit autoritate: hac sola voce illos cohercuit, nec aliud supplicium ob concitatum tumultum exegit.

11 *Clementer.* Quum populus Atheniensium videretur deliquisse quiddam, scripsit ex urbe Aegina, Non arbitror vos latere quod vobis irascor. Neque enim Aeginae sum hybernaturus. Nec aliud illis, neque dixit, neque fecit, satis habens illis comminatum esse, si desisterent.

12 *Clementer.* Quum quispiam ex Euclidis accusatoribus, a fatim, & ad fatietatem usque dicendi libertate utens, eo tandem prouectus esset, ut tale quiddam diceret, Haec si tibi non videntur magna, iube ut mihi reddat septimum Thucydidis librum. His offensus Caesar iussit illum duci: caeterum ut audiuit illum ex Brasidae posteris reliquum esse, ad se venire iussit, ac moderate correptum dimisit.

13 *Comoda in interpretatio* Pisoni domum a fundamentis usque ad extremam contignationem accurate aedificati, Ut bono, inquit, sim animo facis o Piso, qui sic aedificas, quasi Roma futura sit perennis. Non offensus est immodico structurae apparatu, sed quod alius fuisset suspicatus ad tyrannidem spectare, ille vertit in letum Romani imperij auspicium.

14 *Lepide.* Scripserat Augustus tragoedia cui titulus erat Ajax, eam post, quoniam displicebat, spongia deluit. Itaque quum Lucius tragoediarum scriptor interrogaret, quid ageret ipsius Ajax, Caesar admodum festiuiter, In spongiam, inquit, incubuit: al ludens ad argumentum fabulae, in quo Ajax quum rescuisset quae dixisset fecissetque per insaniam, gladio incumbens sibi necem conscuuit.

15 Cuidam ipsi libellum trepide porrigenti, qui ma

num nunc proferret, nunc retraheret, Quid, inquit? An putas te assem dare elephanto? Solent enim pueri minimos nummos elephanto porrigere, quos ille non sine spectatorum admiratione proboscide sic corripit, ut pueri manum non lædat. Sic videmus pueros & in vrforum rictum manum inserere, non sine metu. Molestum erat optimo principi quod timeretur.

Quum ab eo Pacinnius Taurus munus peteret, diceretque populari rumore sparsum, pecuniã haud parua ipsi a Cæsare datam, Sed tu, inquit, nolî credere. Lepido ioco significans se nõ datum. Alter expectabat futurum ut Cæsar ipsius pudori succurreret, ne si compertum esset rumore esse vanũ, ipse ludibrio haberetur: Cæsar aliud indicauit remediũ, sineret homines loqui quæ vel lent, modo ne ipsi quod erat falsum persuaderet. 17

Alter præfectura equitum submotus, insuper & salariũ ab Augusto postulare est ausus, hoc colore, ut diceret se non lucri causa salariũ petere, sed ut tuo, inquit, iudicio videar impetrasse munus, & ita credat, nõ ab officio submotus, sed officium deposuisse, Tu, inquit Augustus, apud õnes prædica te accepisse, ego nõ negabo. Si nihil mouebat petitorẽ, nisi metus ignominia, via cõmõstrata est, qua nihilominus honori suo consulere posset, q̄ si pecuniam accepisset.

Herenniũ adulescẽtem vitijs corruptũ Cæsar caltris excedere iusserat: quũq; ille dimissus simplex ac plorabũdus apud Augustum hac deprecatione vteretur, quo ore redibo in patriam, quid dicam patri meo? Dic, inquit, me tibi displicuisse. Quoniam pudebat adulescentem fateri, quod

ipse Cæsari displicuisset, Cæsar pmisit vt sermo-
nem inuerteret, & culpam in ipsũ conferret.

- 19 Miles quidam in expeditione saxo percussus,
notabilisq; in fronte cicatrice deformatus, quoniã
honesto vulnere erat insignis, immodice sua facta
iactabat: eius insolentiam Augustus leniter casti-
gavit. At tu, inquit, caue nequando fugiens post
te respexeris. Subindicans fieri posse, vt vulnus
de quo nimium se venditabat, non in prælio, sed
in fuga accepisset.

20 Galba corpus habens gibbo deforme, de quo
vulgo iactatũ est, Ingeniũ Galbæ male habitare,
quum apud Cæsarem causam agens subinde di-
ceret, Corrige me Cæsar, si quid in me reprehen-
dendũ videris. Ego, inquit, Galba monere te pos-
sum, corrigere nõ possum. Corrigitur qd reprehẽ-
ditur, corrigitur quod ex distorto fit rectum.

21 Quum pleriq; rei quos Seuerus Cassius accusa-
bat absoluerẽtur, & is cui Cæsar forũ extruẽdũ
locarat, diu traheret illũ operis expectatione, Vel-
lem, inquit, Cassius & forũ meũ accusasset. Ioca-
tus est ambiguo verbo. Nã absoluitur quod per-
ficitur, & absoluit qui à causa liberatur: absoluit
opus architectus, & reum iudex absoluit.

22 Olim erat magna sepulchrorum religio, eaque
pars agri quæ sepulchro erat dicata non profcuis
debarur aratro. Vectius itaque quũ nihil hac re-
ligione deterritus, patris monumentũ exarasset,
Augustus facete iocatus est, Hoc, inquiens, est ve-
re patris monumentum colere. Rursus iulit anci-
piti verbo, Colimus ea quæ veneramur, & coli-
tur ager aut aliud simile. Gemina fuisset amphì-
bologia, si pro monumẽto dixisset memoriã, qd

Ioc⁹ ex am-
biguo.

ab illo dictū arbitror. Siquidē corū memoria nobis sacrosancta dicitur, quos vita defunctos veneramus, & memorias ad Græcorū imitationē vocamus defunctorum monumenta.

Quum Herodianæ crudelitatis rumor ad Augustum peruenisset, quod in Syria pueros omnes qui bimatum nō excessissent iussisset interfici, & in his etiā ipsius perisse filiū, Præstat, inquit, Herodis esse porcum q̄ filiū. Herodes Iudæus erat, & Iudæi mira religione abstinent ab esu suilla. 33
Crudelitas.

Mecœnas vir aliās laudatus in stilo lasciuiebat verbis affectatis & cōpositioni insolenti frequenter indulgens: Augustus contrā verbum insolens quasi scopulum fugiendum esse dicebat. Ad alios itaque scribens stilo simplici cōsuevit uti, Mecœnati vero quem familiariter amabat, scribēs, Mecœnatem imitari solet, adeo ut in quadam epistola, multa liberius ac dissolutius locutus, hanc adiecerit clausulam, Vale mel gentium, metuelle, ebur ex Etruria, laser Aretinum, adamas Supernas, Tyberinum margaritū, Cilneorum smaragde, iaspis figulorum, Berille Porcennæ, carbunculū habeas, *ἵνα συντίμνω πάντοι, μάλα γμοι* mœcharum. Sic irrisit parum virilis amici in scribendo delicias. Eiusdem *μυροβριχης* cincinnos iocis exagitare consuevit: voces ac sententias ineptas foetores appellare cōsuevit. Sermonē amabat purum & elegantem, qui sententiā q̄ aperitissime declararet. Nec Tiberio pepercit, interdū reconditas & exoletas voces aucupanti. M. Antoniū inerepabat velut ea scribentem quæ homines mirētur potius q̄ intelligāt. Quin & Agrippinæ neptis ingenium collaudās, hoc adijcit, Sed 24

opus est dare te operam, ne moleste loquaris.

Exorta ve-
nia.

Potitus Alexādria multis vitā donarat in gra-
tiā Arii philosophi, Soltratū tamen prōptissimā
quidē linguā virū, sed qui Cæsari displiceret, q̄
temere Academicus haberi vellet, reiecit. At is
squalidus p̄missāq; cana barba cœpit Ariū quo-
cunq; iret insequi, versiculū illum in ore habens,
Σοφοὶ σοφῶς σῶξασιν, ἄρ ὠσιν σοφοὶ. Id est,
Sapientes sapientes seruant, si fuerint sapientes.
Hac arte coëgit Cæsarem ignoscere.

26

Clementer.

Quum iam quadragesimū excessisset annum,
ageretq; in Gallia, delatū est ad illum, L. Cinnā
adolescentem nobilem ac Pompeij nepotem in-
sidias illi struere: dictum est vbi, quando, & quo-
modo aggredi vellent. Decreuerant enim sacrifi-
cantē interficere. Dictabatur proscriptionis sen-
tentia, sed Augusto interim varias ædēte voces,
ingressa Liuiā vxor, Fac, inquit, qd̄ medici solent,
qui vbi vsitata remedia nō procedūt, tētāt cōtra-
ria: seueritate nihil adhuc profecisti, ignosce. Cinnā
dephensus vitæ tuæ nocere non potest, famæ
tuæ pdesse potest. Protinus iussit accersi Cinnā so-
lū ad colloquiū, veniētī alterā cathedrā poni ius-
sit. Hoc, inqt, Cinnā primū abs te peto, ne me lo-
quentem interpelles: dabitur tibi loquendi tem-
pus. Hic commemoratis pluribus in Cinnam be-
nificijs, quod seruasset repertum in castris hosti-
um, quod patrimonium omne concessisset, quod
insuper ornasset sacerdotio, rogauit quare puta-
rit ipsum occidendū: perturbato Cinnā sic fi-
nijt obiurgationē, Vitam tibi Cinnā iterum do,
prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ. Ex ho-
dierno die inter nos incipiat amicitia, contendas

mus utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu mihi debeas. Et consulatum obtulit. Vis exitum? Cinnam habuit perpetuo amicissimum, solus illi fuit hæres. Nullis amplius insidijs ab illo petitus est.

Augustus nulli ferè ad conuiuium vocanti ne 27
gare solitus est. Exceptus igitur à quodam coena
perparca, ac penè quotidiana, quum à conuiuia-
tore dimitteretur, hoc illi tantum insurrexit, Nō
putabam me tibi tam familiarem. Alius tam ie-
iunum apparatus cōtumeliam fuisset interpre-
tatus, ille etiam pudori consuluit inuitatoris, fa-
miliaritati tribuēs, idq; in aurem, ne cæteri puta-
rent exprobratam parsimoniam. Quid hac comi-
tate amabilius in tanto monarcha, qualem nunc
vix triginta reges æquent?

Purpuram Tyriam empturus, de obscuritate 28
quereretur, quumque venditor diceret, Erige al-
tius & suspice, Ergo ne, inquit, ut me popul⁹ Ro-
manus dicat bene cultum, in solario ambulatu-
rus sum?

Habebat Augustus nomēclatorē obliuiosum, 29
quum hoc genus hominū oporteat in primis va-
lere memoria. Is ad forum iturus rogat Cæsare,
nū quid eò mandaret, Accipe, inquit, cōmendati-
onem, nam illic neminem nosti. Atqui hoc est pro-
prium nomenclatorum munus, omniū nomina,
cognomina, titulosq; dignitatū tenere, quo heris
quum opus est suggerāt. Vnde illis etiam nomē
est inditum, è Græco Latinōq; conflatum.

Augustus etiam nū adolefcēs lepide tetigit Va-
rinium: siquidē is podagræ obnoxius, videri stu-
debat discussisse vitium, ac iam mille passus ambu-
lauerat.

Jare se gloriabatur, Non miror, inquit Cæsar, dies aliquanto sunt longiores: significans illum nihilo magis liberum esse à podagra, sed dies esse longiores factos.

31

Culcitra
obarsati.

Equite Romano quodā defuncto cōpertū est illum tantū habuisse æris alieni, vt summa ducē ties mille nummūm excederet, idēq; dum uiueret celauerat. Quum igitur res illius auctiōni subijce rentur, vt ex pecunia creditoribus satisfieret, Augustus iussit sibi emi culcitram illius cubicularē: ac mirantibus hoc præceptū, Habēda est, inquit ad somnum mihi conciliandum illa culcitra, in qua ille tanto ære alieno obstrictus somnum capere potuit. Nam Augustus ob ingētes curas sæpe maximam noctis partē ducebat infonnem.

32

Graulter.

Quodam die forte venit in ædes, in quibus habitarat Cato Uticensis. hic quum Strabo quo Cæ sari adularetur, Catonis peruicaciam accusaret, quod sibi manus adferre q̄ Iulium victorem agnoscere maluisset. Quisquis, inquit Augustus, præsentem reipubli. statum mutari non vult, is & ciuis & vir bonus est. Vnico dicto & Catonis memoriam tutatus est, & sibi consuluit, deterrēs ne quis in posterū affectaret res nouas. Nam præ sens status non is dicitur, qui tum erat quū hæc loqueretur Augustus, sed qui fuerat tempore cō spirationis in Iulium.

33

Iocus in pri
cipem retor
tur.

Quemadmodū Augustus gaudebat iocis liberalibus in alios ludere, ita in se iactos aut retortos interdum liberius, patientissime tulit. Adoles scens quidā prouincialis Romā venerat, oris simi litudine tam mirifice referens Augustū, vt in se populi toti⁹ oculos cōuerteret. Cæsar hoc audito

iussit ad se perduci, eumque contemplatus, hunc in modum percotatus est, Dic mihi adolescens, fuit ne aliquando mater tua Romae? Negavit ille, ac sentiens iocum retorfit, adiciens, sed pater meus saepe. Augustus ludens suspitionem intendebat in matrem adolescentis, velut ab ipso stupratam: at adolescens protinus eam suspitionem retorfit in matrem Caesaris, aut in sororem. Nam oris similitudo non magis arguebat illum esse Caesaris filium quam fratrem aut nepotem.

Temporibus triumviralibus quum Octavius, 34
Lepidus & Antonius rerum potirentur, Augustus in Pollionem scripserat Fescenninos, ludibrij causa. Tum Pollio, At ego, inquit, taceo. Non est enim facile in eum scribere, qui potest proscribere: notans Augusti tyrannicam potentiam, nec ea libertate offensus est Augustus.

Curtius eques Romanus delicijs diffluens, quum 35
apud Caesarem cenaret, macrum turdum sustulit e patina, eumque tenens interrogavit Caesarem. Libere liceret ne mittere: quumque is respondisset, quid ni liceat? ille protinus avem misit per fenestram, iocum accipiens ex ambiguitate verbi. Nam cibus e convivio dono mittitur amicis, quod apud Romanos erat solenne, & mittitur quod abijcitur. Nec hoc ioco Caesar offensus est.

Idem aes alienum cuiusdam senatoris, quem 36
rum habebat, non rogatus dissoluerat, ac pro eo numerarat quadragies mille nummum. Senator autem ea re cognita, pro gratiarum actione nihil aliud scripsit Caesari, quam, Mihi nihil. Ioco velut Ingratitudo. exposulans etiam, quod cum numerasset omnibus creditoribus, ipsi nihil numerasset. Hinc iocum

morosior aliquis ingratitude fuisse interpretatus. Cæsar familiaritatis fiducia delectatus est.

- 37 Licinius Cæsar's libertus solet patrono nouum aliquod opus inchoanti magnas conferre pecunias. Quem morem sequutus Licinius nouum opus aggressuro centies promisit per libellū, in quo post expressam pecuniæ summam, quæ virgula superducta signabatur, spatium erat vacuū. Hac occasione Cæsar vsus, priori summæ quam scripserat libertus, alterū centies adiecit, sua quidem manu spatium quod vacabat diligēter expleto, sed affectata literarū similitudine. Itaq; duplū accepit pecuniæ, dissimulante liberto. Cæterum vbi Cæsar rursus nouū opus inchoaret, libertus hoc factū illi leuiter obiecit, dato tali libello. Confero tibi domine ad noui operis impēsam, quod videbitur. Non expressit summæ modum, vt illi liberum esset scribere quantum vellet, quādoquidem priorem summam duplicasset.

- 38 Quam censoris munus gereret Augustus, eques quidam Romanus apud illum delatus est, quasi facultates suas imminuisset. At ille citatus probauit sese auxisse. Mox eidem obiectū est, quod legibus contrahere matrimoniū iubentibus non paruisset. Ille docuit, se ex vxore trium liberorū esse patrē. Nec satis erat equiti, dimitti, sed Cæsar's credulitatē exprobrās addebat, posthac Cæsar, in honestos viros inquirens, honestis mandato, Satis aperte pronuntians, eos non fuisse viros bonos, qui manifestò falsa ad ipsum detulissent, obiter & ipsum criminans, qui vices suas mādaret sycophantis. Et hanc libertatem innocentie condonauit Cæsar.

Faceta ex
probratio.

Libertas in
nocentie.

In villa quadā inquietas noctes agebat, interru^s 39
 pente somnos ipsius noctuē cantu. Miles aucupij
 peritus curauit apprehendendam noctuā, spēq; Lenitas; ut
 cipit.
 ingentis præmij ad Augustū pertulit: laudato im-
 perator mille nūmūm dari iussit. Ille ausus est di-
 cere, malo uiuat, auēmq; dimisit. Quis non mire-
 tur hanc contumaciam impune celsisse militi?

Veteranus quidam quū vocatus in ius pericli- 40
 taretur, adiit in publico Cæsarem, rogans ut sibi
 vellet adesse. Cæsar è comitatu suo selectum ilico
 dedit, eiq; litigatorem cōmēdauit. Hic miles vo- Gratitudo
 principis.
 ciferans. At nō ego Cæsar, periclitante te Actia-
 co bello vicariū quæsiui, sed pro te ipse pugnaui,
 simulq; detexit cicatrices. Erubuit Cæsar, atque
 ipse descendit in aduocationē, veritus ne nō mo-
 do superbus, verū etiam ingratus videretur.

Delectatus inter cœnam fuerat Symphoniacis 41
 Turonij Flacci mangonis, cōsq; frumento dona-
 rat, quū alios auditos soletet largiter donare nū-
 mis, Eisdem quū postea Cæsar inter cœnam re-
 quireret. Turonius sic excusauit, ad molas, iquit,
 sunt: exprobrans illi frumentariū munus. Et hoc
 impune tulit quod dixerat nō miles, sed mango-

Quū sublimis ex Actiaca victoria reuertere 42
 tur, occurrit inter gratulantes quidam coruum
 tenēs doctū hæc verba sonare, Ave Cæsar victor. Lenitas.
 Hac salutatione delectat⁹ August⁹, auē sex mi-
 libus nūmūm emit. Socius opificis ad quē nihil
 ex ea liberalitate peruenerat, indicauit Cæsari,
 illum & aliū habere coruū, quem ut adferre coge-
 ret rogauit: allat⁹, verba quæ didicerat expressit,
 Ave victor imperator Antoni. August⁹, nihil exas-
 peratus tantū iussit, ut munus cū socio partiret.

43 Salutatus similiter à Pſittaco, & hūc emi iuffit. Idem miratus in pica & hanc mercatus est. Hoc exemplum tenuem quendam ſutorē ſolicitauit, vt coruū inſtitueret ad huiusmodi ſalutationē. Qui cum impendio exhauriretur, ſubinde ad auem non reſpondentē dicere ſolet. Opera & impenſa perijt. Tandem peruicit aſſiduitate, vt coruus ſonaret dictatam ſalutationem. Ea quū Auguſtū prætereuntē ſalutaſſet, Cæſar, ſatis, inquit, iſtiuſmodi ſalutatorū habeo domi. Tum coruus memor & illorū verborum quæ toties audierat, ſubtexuit. Opera & impenſa perijt. Ad hoc arridens Auguſtus iuffit auem emi, quanti nullam adhuc emerat.

44 Græculus quidam ita captare ſolitus eſt Cæſarem Auguſtum: deſcēdenti à palatio honorificū aliquod epigramma porrigebat. Id quum fruſtra ſæpe feciſſet, nec deſuturū videret Auguſtus, epigramma bene Græcū manu ſua deſcripſit, & Græculo ad ſe venientī obuiam miſit, veluti carmina carminibus penſaturus. Græcus acceptū legit, ac non ſolum voce, verum etiā vultu geſtūq; corporis laudauit carmē, miratūſq; eſt. Deinde quum acceſſiſſet ad ſellam qua Cæſar vehebatur, demiffa in pauperem crumenā manu pauculos denarios protulit, Cæſariq; obtulit, his verbis, *ὄν κατὰ τύχην τὴν σὺν σίβασιν, ἐπὶ πλείονι ἵχον, πλείον ἐδίδωμι*, id eſt, non iuxta fortunā tuā Auguſte, ſi plus habere, plus darem. Sequuto omnīū riſu, diſpenſatorem Cæſar vocauit, & ſextertium centū milia Græculo numerari iuffit, Bene ceſſit Græculo palam exprobrata principi parſimonia.

45 Iulia Auguſti filia quū patrem ſalutaret, ſenſerit

Soletur

rat illius oculos licentiore cultu offensos, licet ille
 dissimularet: itaq; postero die mutato cultu pa- ^{Solertet.}
 trem complexa est. Tum Cæsar, qui pridie dolo-
 rem suum continuerat, gaudium continere non
 potuit. Et quanto magis, inquit, iste cultus decet
 Augusti filiã. Tum illa. Nimirum hodie me pa-
 tris oculis ornauit, heri viri.

In spectaculo gladiatorũ conuerterãt in se po- 46
 puli oculos Livia & Iulia, comitatus dissimilitu- <sup>Cõsuetudo gra-
 uit mores
 dominæ.</sup>
 dine, Liviã cingebant viri graues. Iuliam iuue-
 nes luxuriosi comitabãtur. Pater Iuliam admo-
 nuit scripto, videret quantũ inter duas principes
 scẽminas interesset. Illa rescripsit, Et hu mecum
 senes fient. Hoc commode interpretanti Lepido:
 incommode, procaciter dictum videri potest.

Eadem mature canos habere cõeperat. Subitus 47
 autem Cæsaris interuentus oppressit cõplices,
 filiã canos sublegẽtes, deprentis super vestes ea- <sup>Caluitiũ acc-
 cessitum.</sup>
 rum pilis, quos euulserant. Id dissimulauit Augu-
 stus, & alijs sermonibus extracto tempore tan-
 dem induxit ætatis mentionem. Hac occasione
 rogauit filiam virũ post aliquot annos cana esse
 mallet an calua. Quumq; illa respondisset. Ego
 pater cana esse mallet: quur ergo, inquit, ista te
 caluam ante tempus student facere? Lepido cõ-
 mento coarguit illam mendacij.

Cuidam graui amico suadenti, vt se ad exem- 48
 plum paternæ frugalitatis cõponeret, satis pro-
 caciter Iulia. Ille, inquit, obliuiscitur se Cæsarem
 esse, ego memini me Cæsaris esse filiã.

Augustus duobus pantomimis inter se cõmis- 49
 sis, vt alternis gestibus certarent, alterũ dixit sal-
 tatore, alterũ interpellatorẽ, quod ille immodi-

ce gesticularetur, alter non gesticulari, sed saltim tem interpellare videretur.

50 *Adulatio repulsa.* Tarracōnēsisibus pro læto ostento nuntiantib⁹, quòd in eius ara palma esset enata. Apparet, inquit, q̄ frequenter accendatis. Quod illi dijs tribui volebant, ille tribuit illorum negligentiae, qui nunq̄ in ara Cæsaris adolerent incensum.

51 *Festiuus negotio.* Idē quū Galli donassent ei torquem aureū centum pondo, ac Dolobella per iocum tētans illū, tandem huc produceret iocum vt diceret, Imperator, torque me dona. Malo te, inquit, ciuica donare. Festiuiter submouit postulatoris impudentiam, qui nunquā in bello fuisset, eòq; magis illi cōueniebat corona ciuica, quæ ex quernis ilignis, que frondibus fieri consueuit, quemadmodū triumphalis ex auro, Quāq; & castrēsis & muralis & naualis ex auro fieri solet. Qua de re vide A. Gell. libr. 5. cap. 6. Ciuicam autē Augustus vt honorificentiorē per iocum obtulit. Nam Suetonius refert, eum inter dona militaria aliquanto, facilius phaleras & torques, & quicquid auro argentōq; constaret, dare solitum q̄ vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent. Hoc nisi scias, friget Augusti iocus. Tametsi de materia coronarum variant Gellius & Suetonius.

52 *Principis est ornare ditionem.* Quū urbē Romā multis modis & ornasset & cōmunisset, atq; etiā in posterū quod quidem in ipso fuit, tutam reddidisset, nō sine causa gloriās dicere solet: Romam lateritiā accepi, marmoreā relinquo. Nihil principi magnificentius, q̄ si ditionem quam accepit reddat statu meliore.

53 Quū miles quiddam ab ipso impudēter peteret, ac Martianum videret accedentem, quem

Et ipsum aliquid improbe petiturum suspicabatur, Non magis, inquit, faciam comilito quod petis, quam quod Martianus a me petiturus est.

Lex erat, ut qui patrem occidisset, culleo infueretur: nec haec poena sumebatur nisi de confesso. 54

Ab huius poenae atrocitate Caesar ut liberaret manifesti patricidij reum, sic interrogavit. Certe patrem tuum non occidisti, ansam porrigens inficiandi. Tanta erat principis in iudicando lenitas. Clementer

Dicere solet, nihil minus in perfectum ducere conuenire, quam festinationem ac temeritatem, crebroque illud iactabat, *σπειυδεις βραδύως, ἀσφαλής γὰρ εἰς τὸ ἀμείνω ἢ βραχύς στρατηλάτης*. Qua de re satis dictum est nobis in Chiliadibus. 55

Luiae uxori pro quodam Gallo petenti ciuitatem, negauit, immunitatem obtulit, dicens se facilius passurum fisco suo detrahi, quam honorem ciuitatis Romanae vulgari: nimirum reip. dignitatem anteferebat priuato commodo. 56

Quum pro concione multos videret pullatos, siue ut legendum arbitror, palliatos, indignabundus, En, inquit, Romanos rerum dominos gentemque togatam. Adeo studebat priscos reuocare mores, ut habitum quoque vestitumque doluerit immutatum. 57

Populo de inopia vini caritateque querenti dixit, a genero suo Agrippa pductis pluribus aquis satis prouisum ne sitirent homines. Fuit autem Agrippae vigilantissimum studium vndique prospiciendi vrbis de aquarum copia. Augustus autem iere populum ad aquas a vino reuocauit. 58

Timagenes historiarum scriptor, multa petulantius in Caesarem, multa in uxorem, multa in totam illius domum dixerat. Caesar illum admonuit, 59

vt moderatius lingua vteretur. Cū perseueraret male loqui, nihil aliud q̄ domo sua illi interdicit. Timagenes autē libros quos scripserat acta Cæsaris cōtinentes recitauit, & combussit, in odium Cæsaris, quasi rerum ab illo gestarū memoriam abolere cupiens. Hunc tamē palām & pertinaciter inimicitias exercentē cum Cæsare, nemo ciuium Romanorū ab ædibus suis exclusit, in domo Pollionis Asinij consenuit. Nunquam tamē Augustus cū hospite inimici sui expostulauit, nisi quod quodā tempore illi dixit, θηριότροφός, id est, alis bestiam siue viperam. Mox Pollionem parantē excusare se, interpellauit, dicens. Fruere mi Pollio, fruere. At quū Pollio nondum securus diceret. Si iubes Cæsar, protinus illi interdica domo mea. An istud, inquit Augustus, me facturū putas, qui vos redegerim in gratiā? Fuerat enim antea Timageni iratus Pollio, nec aliā habebat definendi causam, nisi quod illi Cæsar irasci cōperat. Vtriusque maleuolentiam boni consuluit principis clementia.

- 60 Coenabat Augustus apud Atediū siue Vediū Pollionem. Frogerat quidā ē seruulis vas crystallinum, illico iussus est ab Atedio rapi, & murenis obijci. Puer ad Cæsaris pedes confugit, nihil aliud petiturus, quām vt aliter periret. Cæsar motus nouitate crudelitatis, & puerū dimitti, & crystallina omnia ante se frāgi iussit, & his pro puero compleri piscinam. Amicū autē grauiter increpauit: ē couiuio, inquiens, rapī homines imperas, & noui generis pœna laceratī? Si calix tuus fract⁹ est, viscera hoīs distrahentī? Tantū ne tibi placebis vt ibi aliquē duci iubeas, vbi Cæsar est!

Sequitur ca.
sigata.

In cognitione quadam, quum Æmilio Æliano 61
 Cordubensi inter cætera crimina illud vel maxi-
 me objiceretur, quòd male loqueretur de Cæsare, Lenitas.
 conuersus ad accusatorē, Velim, inquit, hoc mihi
 probes, efficiā vt Ælianus sciat me quoq; linguā
 habere, plura enī vicissim de eo loquar. His mi-
 nis contentus, nihil postea de illo inquisiuit.

Tiberio frequēter per literas iracunde querenti 62
 de his qui de Augusto male loquerētur, recripsit, Lenitas.
 ne ea in re nimium indulgeret ætati suæ. Satis enī
 est, inquit, si hoc habemus ne quis nobis malefa-
 cere possit.

Filios suos nunquam populo cōmendauit, nisi 63
 cum hac exceptione, si merebuntur. Honorē nō Modeste.
 auctoritati, sed meritis tribui volens.

Iulias filiā ac neptē relegarat, post etiā Agrip- 64
 pam prius adoptatum, post ob sordidum ac fe- Libet mali
 rox ingeniū abdicatum. Ad omnē horum men-
 tionem solet exclamare versu Hometico.

ὄφι δὲ φιλὸν ἄγαμόσε μιν ἐμάρτυρον ἔστω ἀπολίστεται

O vtinam coelebs vixissem, orbūsq; perissem.
 Nec aliter illos appellabat, quā tres vomicas,
 seu tria carcinomata sua. Suorum enim mortem
 leuius ferebat quā dedecora. Quin & testamē
 to cavit, ne si quid accidisset Iulæ filiæ & nepti,
 sepulchro suo inferrentur.

Indigne ferebat aliquid de se cōponi, nisi serio, 6
 & a præstātissimis: admonebātq; prætores ne pa- Modestas
nomina.
 terentur nomen suū cōmissionibus mimorū aut
 histrionum obsolescere, hac quidem in parte Ale-
 xandrum magnum referens. Decet vbiq; princi-
 pis auctoritatem sartam tectam præstare.

Insulam quandam Capreis vicinam in quam è 66

Otiā

comitatu Cæsaris secedere solent, qui cuperent
otari solit⁹ est ἀπραγὸν πολιῖν appellare ἀπρα
γία enim sonat ne gotiorum vacuitatem.

- 67 Quū sentiret imminere mortem, admissos amicos
percontabatur, ecquid ipsis videretur mimū
vitæ sat commode trālegisse, sentiens de fabula
vitæ peracta, & adiecit carmen peractis comœ
dijs accini solitum, ὅτι κρόνον καὶ πάντες
ἡμῖν μετὰ χαρᾶς κτυπήσατε.

C. I V L I V S C A E S A R.

Indoles ex
cella.

- I C. Iulius Cæsar quū Syllam fugeret etiānum
adolescens, incidit in piratas Cilices: ac primum
vbi pro redemptione summā quam ab eo pete
rent pronuntiaissent, denisit prædones, velut igna
ros, quem cepissent, seq; duplum daturum polli
citus est. Deinde quū asseruaret donec adferretur
pecunia, imperavit illis vt silerent, nec sibi dor
mienti obstreperent. Eisdē orationes & carmina
quæ scribebat recitare solet, quæ cum illi nō satis
pbarēt, stupidos ac barbaros appellabat, cumq;
risu minitabat se illos acturū in crucē, quod &
perfect. Apportatis enim pecunijs quas piratæ
pro redēptione pacti fuerāt dimissus, contractis
ex Asia viris ac nauib⁹, cōprehendit eosdē præ
dones, ac suspēdit: sed prius iugulatos, ne seueris
tas careret clemētia. An nō hic statim agnoscis
indolem Alexandri magni, cui nihil mediocri sa
tis esse posset?

Vidua sui

- 2 Quū Romę maximi pontificis dignitatē am
biret, competitorē Q. Catulo primæ apud Ro
manos dignitatis ac potentia viro, matri ipsum
ad fores deducēti, Hodie, inquit, o mater, aut pō
tificem maximū habebis filium, aut exulē. Ex

cella indoles, omnibusque repulsæ impatiens.

Pompeianam vxorē, quod sinistra fama laboraret, quasi cū Clodio rē habuisset, repudiavit quidem. Cæterū quū Clodius hoc nomine reus perageretur, Cæsar citatus testis, nihil male de vxore dixit. At quū accusator diceret. Quis igitur cū illa fecisti diuortium: quoniam oportet, inquit, Cæsaris vxorē etiā calumniā puram esse. præter argutiam responsi laudari potest & ciuitas, quod repudiatæ coniugis famæ pepercit

Ciuitas

Quū Alexātri magni res gestas legeret, nō tenuit lachrymas: atque ad amicos, Hoc, inquit, ætatis qua nūc sum, Alexander deuicit Darium: mihi vero ad hūc vsq; diem nihil præclari facinoris gestū est. Suetonius tradit id accidisse quū prætor iure dicundo conuentus obiens, apud Gades in templo Herculis vidisset Alexātri magni statuā. Utinam hoc ingenium ad moderati potius quàm ad maximi principis æmulationē properasset.

Ambitio

Quū in alpibus oppidulū quoddā frigidū præteriret, ambigētib; amicis, an illic etiā essent seditiones, contentionesq; de principatu, substitit, ac secū aliquādiu cogitauit, mox mallē, inquit, hic primus esse, quā Romæ secundus. Hoc nimirū est quod Lucano poëta scriptum est, nec Cæsare potuisse pati priorē, nec Pōpeiū potuisse ferre parem.

5

Principatus amor.

Facinora quæ quoniam periculo obnoxia sunt & magna, gerenda esse dicebat, at de his nō consultandum, quod ad hæc perficienda plurimum habeat momenti celeritas. Expensio vero periculi reuocat hominem ab audacia.

Audacia

Cum ex Gallia prouincia aduersus Pompeiū tēderet, Rubicone amne transmissio, dixit, Omnis

7

V.ij.

iacta sit alea: significans se de summa rerū velle periclitari. Is enī fluvius Galliā ab Italia dirimit.

8 **Quum** Pompeius relicta Roma per fugisset ad mare. Metellus ærario præfectus, Cæsari volenti illinc pecunias tollere, obstitit & ærariū clausit. **At** Cæsar illi mortem minatus est. Ea vox quum Metellum reddidisset attonitū, hoc, inquit, o adolescēs, dictu mihi difficilius fuit quā factu. Sētiens se vel nutu posse quem vellet occidere, quū secum duceret armatas cohortes.

Minæ pot-
tentum.

Anim⁹ im-
peterritus

9 **Durachij** expectabat vt illuc ē Brundisio milites mitterentur: id quū tardius fieret, clam omnibus conscensa scapha exigua, tentauit trāsmittere pelagus, quū nauigiū vndis obruerēt, gubernatori iam animū despōdenti, quis esset aperuit, dicens: Confide fortunæ, sciāsque te Cæsarem vhere. Tanta erat animi præstantia, quasi fortunā ac deos in manu haberet. Ac tum quidē tempestate ingrauescente vetitus est quod instituerat peragere. Milites autē vbi rescuere factum, concursum fecerunt ad Cæsarem, grauitérque ferebāt si alias expectaret copias, velut ipsis diffusus.

10 **Cæterum** commissa pugna Pompeius vicit, sed victoriam non est persequutus, verum sese recepit ad exercitum. Tum Cæsar, Hodie, inquit, penes hostes erat victoria, at non habent ducē qui victoria sciat vti.

11 **Quum** Pompeius instructā aciem apud Pharsalum inibi consistere, & hostē openiri iussisset, Cæsar dixit illum errasse, qui vim, impetū, ac diuinum afflatū animorū ad incursionem paratorum mora relaxasset. Adeo Cæsari nō modo certamen erat cum Pompeio de fortuna belli, vetū

Mora noxia

etiam de bellandi peritia.

Quum Pharnacem primo congressu vicisset, **12**
amicis scripsit, Veni, vidi, vici, summam rei gestę *Celeritas*
celeritatem indicans. *cōficiendę.*

Posteaquam milites qui Scipionē in Africa se- **13**
quebantur fugissent, & Cato victus, sibi necem
Viticę cōscisset. Inuideo, inquit Cęsar, ō Cato ti- *Gloriamor*
bi mortē istam, quando tu mihi salutē tuam in-
uidisti. Cęsar existimabat sibi summę glorię fu-
turū, si vir tantus, quā bello victus esset ipsi vitā
deberet. At Cato maluit honestam mortē, quā
oppressa publica libertate cuiquā seruire. Proin-
de mortis illius gloriā Cęsar inuidebat Catoni,
quod is Cęsari, seruati Catonis laudē inuidisset.

Nonnulli quoniam suspectos habebāt Antoniū **14**
ac Dolobellam, monebāt, vt ab illis sibi caueret.
At ille nō istos, iquit, metuo, rubicūdos & obesos, *A crassis*
sed graciles illos ac pallidos, ostēso Bruto & Cas- *minus peri-*
sio. Nec fefellit illū suspicio, ab illis enī occisus *culi.*

Quum inter coenandū ortus esset sermo, quod **15**
genus mortis esset optimum, incontanter respō-
dit, inopinatum: & quod optimum iudicauit, ipsi
contigit.

In pręlio quodam, Martię legionis aquiliferū **16**
iam ad fugam conuersum, faucibus apprehēsum
in contrariam retraxit partem, dextręq; ad hos-
tem porrecta, quorsum, inquit, tu abis? Illic sunt
cum quibus dimicamus. Ac manibus quidē vnū
militem correxerit, voce tam acri, legionum om-
nium trepidationem discussit. vincique paratas
vincere docuit.

Idem posteaquam Publius Mimus in scena su- **17**
perasset omnes & in his Laberium, ita pronun-

v. iij.

tiauit, Fauēte tibi Cæsare victus es Laberī à Syro, Publius enim cōditione seruus, natione Syrus erat, Longe à tergo relinquitur, qui fauente iudice superatur.

18 Cæsar quū Romæ videret peregrinos quosdā locupletes, canū ac simiarū catulos in gremio circūferētes, eosq; habere ī delicijs, percōtat⁹ est, nū apud illos fœminę parerent liberos, Sentiens nullos catulos esse iucidiōres infantib⁹. Refert Plutarchus in vita Periclis: tametsi nō indicat cuius Cæsaris hoc dictū sit. *Suspīcor esse Augusti.*

19 Quū milites suos videret expectatione hostiū perterritos, pro cōcione dixit, Scitote paucissimis his diebus regē adfuturū cū x legionib⁹, equitū xxx. leuis armaturæ cm, elephantis ccc. Proinde desinant quidā quærere vltra, aut opinari, mihiq; qui compertū habeā credant, aut quidē vetustissima nauī impositos, quocunq; vento, in quascunq; que terras iubebo auehi. Noua ratio terrorē, excutiendi, non inficiando minuendōve, sed amplificando terroris materiā, vt certi de graui periculo sumerent animos tanto periculo dignos.

20 Proferentibus in mediū quōd Sylla dictaturam deposuisset, quum Cæsar perpetuam gereret, quod minimum aberat à tyrannide, respondit Syllam nescisse literas, eoque dictaturam deposuisse. Dictant grammatici discipulis, quum præeunt aut recitant scribenda: huc alludens dixit illum nescisse literas,

Quum triumphans subsellia tribunitia præteriret, Pontius Aquila nō assurrexit vnus omnium: id adeo indigne tulit, vt proclamaret, Repete ergo Aquila à me remp. tribunus: nec deinde per

Liberi pro
simijs.

Audacia ex
periculo.

Potestas
abdicata.

continuos aliquot dies cuiquam quicquam pollicitus est, nisi sub hac exceptione, si tamen per Pontium Aquilam licuerit. Honos, nes
gatus.

Populo per adulationem regem ipsum salutanti, Cæsar, inquit, sum, non rex. Maluit priuatū non, quā regium inuidiā obnoxium. Modeste.

Quidam è turba statuae Cæsaris coronam lauream imposuerat, candida fascia præligatam: at quum tribuni detracta fascia hominem in vincula duci iussissent, Cæsar grauius increpitos eos potestate priuauit, idē ne regnum affectare uideretur, cautatus est, per illos sibi reculandi gloriā fuisse ademptam. Cautatior

Quoniam Cæsar multos externos in senatū aliegerat, libellus propositus est: Bonum factum, si quis senatori nouo curiam monstrare uelit. Significabat quisquis is fuit, peregrinos illos ne uiam quidem ad curiam nosse, nisi commonstraretur. Scompta.

Quidā Bruti statuae subscripsit: Vtinā uiueres: quod opera Bruti Tarquinius rex urbe depulsus esset. Cæsaris statuae subscripserāt hos uersiculos, Brutus quia reges eiecit, cōsul primus factus est. Hic quia cōsules eiecit, rex postremus factus est. Tyrannis.

Quum undique uiderentur imminere insidiæ, atq; admoneretur ut sibi caueret, respondit satius subire semel quā semper cauere. Significans eū non uiuere, qui uiuit in perpetuo mortis metu. Vita anxia.

C. Cæsar post attritos Tigurinos ad urbem quandam sociorum proficiscens, quum audisset Heluetios in itinere occurrere, in locum quēdam munitum se recepit. Ibi cōgregatis copijs, instruetaque acie, equus illius cui solet insidere adductus est. Hoc inquit, post uictoriam utar in persequēdis hostib⁹, & pedes aggressus est Heluetios. Animose

- 28 *Senectus animosa.* Cæsare iam palam multa vi præterq; leges a gente, Confidius admodum natu grandis, libere dixit, ideo non conuenire senatores, quod illius arma timerent. Huic quum Cæsar dixisset, Quin igitur tu eodem metu te domi contines? Me, inquit Confidius, senectus intrepidum facit. Quum enim vitæ pauxillum super sit non est quum magnopere sim sollicitus.
- 29 *Salfe.* C. Cæsar Pöponio militi vulnus ostentanti ore exceptum in seditione Sulpitiana, quod se passum pro Cæsare pugnantem gloriabatur. Ne vnquam fugiens respexeris inquit. Tale quiddam Macrobius ascribit Augusto Cæsari.
- 30 *Salfe.* Idem quum testis ad exaggerandam iniuriam diceret femina sua a reo ferro petita: Quid enim faceret, inquit, quum tu galeam & lorica haberes? Nō ignorabat quum illam partem potissimum vulnerare voluisset, sed hoc dissimulato, tocari maluit. Galea & lorica omnia tegit præter femina.
- 31 *Arma nesciunt leges.* Idem Meteilo obsistenti ne pecunias ab arario tolleret, ac leges id fieri vetantes proferenti, non idem, inquit, armorum ac legum tempus est. Quod si hæc pati nō potes, nūc quidē hinc abscede, ac posteaquam peractis foederibus arma deposuerimus, tunc si videbitur, & plebis patronum age.
- 32 *Fame vincere.* Idem dicere solitus est, sibi idem esse consilium aduersus hostem, quod plerisque medicis contra morbos corporum. fame potius quam ferro superandi. Nam medici non nisi tentatis omnibus ad sectionem descendunt. Hic mos & hodie manet apud Italos, aduersus omne morbi genus indicunt incedunt, huic simile est, quod dicere solet Domitius Corbulo, hostem dolabra, id est, sensim esse vincendum.

Securis statim incidit, dolabra paulatim idē efficit.

Cōflavit Cæsari magnam inuidiam, quod qui- 33
dam ex his quos Romam miserat, stans in sena-
tu, simul atq; cognouit Cæsari senatum nō dare Vis pro iure
prorogationē, manu capulum percutiens, at hic,
inquit, dabit, vim reipub. minitans.

Sylla præturam adeptus cōminatus est Cæsa- 34
ri, se sua in illum potestate vsurū. Iure, inquit Cæ-
sar ridens, tuam potestatem appellas, quam tuo Potestas
empta.
ære mercatus es, notans Syllam quod cum ma-
gistratum largitionibus sibi parasset.

Marcus Tulli⁹ libro de officijs tertio scribit Cæ- 35
sarem hos versus ex Euripidis phoenissis semper
habuisse in ore, Imperium
nescit p̄feta
tis iura.

Εἰ πῶς γὰρ ἀδικῆς ἔστι, τυραννίδος πῆρι
κέλλιστον ἀδικῆς, τ' ἄλλα δ' εὐσιβῆς ἔστιν

Hos ipse vertit hoc pacto,
Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est, alijs rebus pietatem colas.

Quum Africam petens, in egressu nauis prola 36
psus esset, omen sinistrū vertit in melius, dicens:
Teneo te Africa. Frontinus id factum putat in
consensu nauis, eūque dixisse, Teneo te terra
mater. Huc opinor alludens, quod cum quodam
somnia perturbatus esset, quo sibi visus est con-
stuprare matrem, coniectores interpretati sunt
portendi totius orbis imperium.

P O M P E I U S M A G N U S.

Cn. Pompeius cognomēto magnus, tam cha- 1
rus fuit populo Romano, q̄ pater fuerat inuisus. Indoles ex
cella.
Ix etiamnum adolescēs, totū se Syllanæ factio-
ni addixit: eūmq; nec magistratus esset, nec sena-
tor, magnum tamen ex Italia cōtraxit exercitū.

Hunc quū Sylla ad se venire iussisset, non absq; spolijs, inquit, nec incruentas imperatori copias exhibebo. Nec prius ad illū venit, quā multis cōflictibus hostium duces superasset. Iam tū egregij principis, & ad res magnas nati specimē dedit. Noluī adducere numerum, sed militē virtute spectatum.

Milites innoxij.

2 Iam vero creatus imperator, quū à Sylla missus esset in Siciliam, non strennum modo, verū etiam iustū ducē agere cōcepit. Quum enim audisset milites in protectionibus ab itinere deflectentes, vim facere ac rapere, temere palantes ac circumcurritates supplicio affecit: quos vero premisisset ipse, horum gladijs anuli signum impressit, ne quem in via læderent.

Amor patriæ.

3 Mamertinos quōd hostium partibus adhæsisent, vniuersos interficere statuerat. At Sthenius eius ciuitatis princeps Pompeiū adiit his verbis, Non æquum facis Pompeij qui propter vnū noxium multos innoxios occidere pares. Atqui ego ipse sum ille, qui & amicis perluasi, & inimicos coegi Marianas sequi partes. Hic Pompeius viri fortem animum admiratus, dixit se ignoscere Mamertinis, à tali persuasus viro, qui patriam suæ ipsius vitæ antetulerit: simul & ciuitatē & Sthenium liberauit. In Sthenio habes exemplū, quem animum erga rempublicam oporteat gerere principem, si periculum incidat: in Pōpeio placibilitatis documentum, qui pietati maluerit habere honorem, quā indulgere iræ.

Honos pro merito suo.

4 Quum in Libyam aduersus Domitium transisset, cūmq; ingenti prælio superasset, militibus ipsum imperatoris titulo consalutantibus, nega-

uit se cum honorem admissurum, quoad hostiū vallum staret erectum. Hoc audito milites, licet ingens obstaret pluuia, impetu factō hostium castra adorti, expugnarunt. Recusauit honorem nondum factis emeritum.

Ab ea victoria reuersum, Sylla quum alijs ho- 5
noribus exceperit, tum Magni cognomen ipse pri-
mus illi detulit. At quum Pompeius his nō cotē-
tus vellet triumphū agere, nō passus est Sylla, eō
q̄ nondū esset ordinis senatorij. Cæterū quū Pō-
peius ijs qui aderant dixisset, ignorare Syllam, q̄
plures adorarent solē orientē q̄ occidentē, Sylla
exclamauit, triūphet. Horruit iuuenis animū, &
indies crescentē gloriā, nec dubitauit illi cedere,
quem videbat nemini cedere posse.

Sol orientis.

Interim Seruilius vir inter optimates clarus in 6
dignabatur Pompeio concessum triūphum, atq̄
etiam milites complures obsistebant ne triū-
phus ageretur: non quōd inuiderent Pompeio,
sed munera quædam poscebant, quasi largitioni-
bus ab ipsis esset emendus triūphus. Alioqui mi-
lites minabantur se direpturos pecuniam quæ in
triumpho ferretur, eōq̄ Seruilius Glauciāq̄ sua-
debant, vt eam potius inter milites diuideret q̄
diripi sineret. Verum vbi Pompeius respondit,
se citius omissurum triumphum, quā militib⁹
blanditurum, simūlq̄ laureatos falces eis obiecit,
vt illinc inciperent direptionem, Nunc, inquit
Seruilius, te Pōpei vere magnū video dignūmq̄
triumpho. Non iudicabat esse speciosum trium-
phum, nisi qui citra ambitum citraque largitio-
nes benefactis redderetur.

Animose.

Romę mos erat, vt equites qui legitimū tēpus 7

militassent, equum in forum deducerent, ad du-
 umuiros quos censores appellant, & cōmemora-
 tis expeditionibus ac ducibus sub quibus meruif-
 sent, pro meritis aut collaudarētur, aut vitupera-
 rentur. Itaq; Pompeius quū esset cōsul, ipse equū
 ad cēsores Galliū ac Lentulum deduxit. Quibꝰ
 ex more percontantibus, an omnia militaria mu-
 nia obisset, omnia, inquit, sub me ipso imperato-
 re. Significās se sic gessisse ducē, vt nihilo secius
 omnes militis partes gnauiter præstaret. Idē &
 imperator bonus, & miles strenuus, qua laude
 nulla principi potest maior contingere.

Dux & idē
 miles.

8 Quum Sertorij literas in Hispanijs interceptis-
 set, in quibus erant inclusæ cōpluriū ducū episto-
 læ, Sertorium ad nouandas res statūmq; ciuitatis
 immutandum Romam inuitantium, exussit om-
 nes, vt improbīs daret pœnitētiæ locū, & in me-
 lius mutādi consilia facultatē. Hoc vt inter mo-
 derate prudētēq; facta merito recenseretur, ita
 nō video quid faciat iter apophthegmata. Quā-
 quā eiusmodi multa reperiūtur in Plutarchi col-
 lectaneis. Si prodidisset nomina, iam metu pœnæ
sele ad vim manifestā parassent. Simūlq; deferēs
 silentiū hostium literis, docuit quantum sit cri-
 men alienas resignare literas, aut quod tibi per li-
 teras obsignatas creditum est, sub dium efferre.

Clementer

Iniuria dirī
 māt fines.

9 Phraati Parthorū regi per legatos ab ipso pō-
 stulanti, vt Euphratem Romanæ ditionis termi-
 num esse vellet, Imò, inquit, illud magis postulā-
 dum, vt Romanorum fines à Parthorum regno
 iustitia dirimat. Significās Romanis nō esse præ-
 scribendum quousq; debeāt proferre imperium,
 à quo propagando non montes aut flumina de-

beant arcere: sed ibi demum fore fines Romanæ
ditionis, vbi ius non esset vltius procedere.

Quū Lucius Lucullus post obita militiæ mu- 10
nia sese voluptatibus dederet, ac sumptuose; viue Otium tura
ret, Pōpeiū interim reprehēderet, q̄ præter æta- Pc.
tē multis negotijs appeteret iplicari, Magis, in-
quit, præter ætatē est senē delicijs vacare, q̄ ipe-
riū gerere. Grauius taxauit illorū sententiā, qui
putāt seniorib⁹ nihil agendū, quū decorū sit rēp.
gubernantē, vel stantē mori. Luxus autē & otium
in iuuenibus stultitia est, in senibus crimen.

Ægrotanti Pōpeio medicus p̄scripserat vt tur- I I
dis vesceretur. Cūmq; hi quibus datū erat nego- Deliciarum
tium negarēt inueniri, non enim erat tempus quo contēptus.
genus hoc autū capi solet, admonuit aliq̄s, apud
Lucullū inueniri posse, qui turdos toto anno so-
leat alere. Itāne, inquit Pompeius, nisi delicijs de-
ditus esset Lucullus, nequaquam viueret Pompe-
ius? Contemptōq; medico, cibus parabilib⁹ vsus
est. O vere masculum animū, qui ne vitam qui-
dem delicijs acceptam ferre sustinuit.

Quum ingens rei frumētariæ Romę esset pe- I 2
nuria, Pompeius titulo quidem annonę procura-
tor, re autem vera maris terræq; dominus decla- Patria vita
ratus, in Africam, Sardinia ac Sicilia nauigauit, chartor.
multaq; frumenti vi collecta, properabat ire Ro-
mam: verum quū ingenti tēpestare oborta nau-
cleri detrectarēt nauigationē, ipse primus nauim
ingressus iussit ancoras tolli, clamans: vt nauige-
mus vrget necessitas, vt viuamus nō vrget. Signi-
ficans patriæ periclitantis habēdam rationē po-
tiusquā priuatę incolumitatis. Siquidem repu-
blicæ subleuandę curis immoti pulchrum est, at

patriam in extremo discrimine nostra cessatione deserui, turpissimum est. Hic monemur non animalia bruta tantum omiſſa libertate venire in seruitutem, verum etiam homines indomitos fame domari. Docemur item publicæ salutis priuatam incolumitatem posthabendam esse.

Ingratitudo.

- 13 Quum iam detecta esset Pompeij cum Cæsare similtas, ac Marcellinus vnus ex eorū numero quos Pompeius euexisse putabatur, à Pompeio ad Cæsarem transtulisset animū, adeo vt non veritus sit in senatu multa in Pompeium dicere: hunc ita compeſcuit Pompeius. Non te pudet, inquit, Marcelline ei maledicere, cuius beneficio ex muto factus es facundus, ex famelico eò productus, vt vomitum non teneas? Grauius obiecit ingratitude[m] homini, qui hoc ipsum quod habebat, dignitatis, autoritatis, & eloquentiæ, abutebatur in eum cui debebat acceptum ferre. Nam hoc turpissimum ingratitude[m] genus est, sed tamen heu nimium vulgare.

Diuinatione futurorum.

- 14 Catoni acerbius insectanti Pompeium, quod quum ipse sæpius prædixisset, potentiam Cæsaris indies crescentem, nulli bono fore populari ciuitatis gubernationi, sed potius ad tyrannidē tendere: Pompeius ita respondit, Tua, inquit, Cato, magis accedunt ad diuinationē, at mea magis ac comoda sunt amicitie. Sentiens Catonē incerta loqui, quod nemo possit rerū humanarū exitū liquido præscire: se vero ea sequutū, quæ tum temporis amicitia quæ sibi cum Cæsare intercedebat, postulabat. Certū erat quid debebat amico, incertū erat, an amicus illi futurus esset inimicus. De amico vero humanius est bene sperare, quàm diuinare peiora.

De se libere profitebatur, quòd omnem magi- 15
stratum què gesserat & citius esset nactus quàm
ab alijs expectatum esset. Quòd cito suscepisset *Moderate.*
imperium, vel fortunæ fuit, vel præmaturæ vir-
tutis: quæ mature deposuit, animi moderati erat,
non ad tyrannidem spectantis, sed ad reipublice
commodum.

Post prælium in pharsalicis campis habitum, 16
in Ægyptum profugit: quúmque è triremi descē-
surus esset in Iscalmum piscatorium ab Ægypti
rege missum, conuersus ad uxorem ac filium, ni-
hil aliud dixit, quàm illud Sophocleum.

Πρὸς τὸν τυραννοῦ ὄσις ἰμποριῦται,
Κείνου' σὶ δ' ἄλλος κὰρ ἐλιύβειρος μόλη. Id est,
Quisquis tyranni ad tecta demigrauerit
Fit seruus illi, liber etsi venerit.

Præfagisse videtur imminēs exitiū. Vbi descēde-
rat in scaphā ictus gladio, semel tantū emisit sus-
piriū, & obuoluto capite præbuit se occidēdū.

Pompeius impatiens Tullianæ dicacitatis, in- 17
ter amicos dicere solet, cupio ad hostes transeat
Cicero, ut nos timeat. Notans illius ingeniū, quo *Molesta dicacitas.*
dicitur hostibus fuisse supplex, in amicos contu-
max. Hoc Pompeij dictū ita refert Quintilian⁹,
Trāsi ad Cæsarem & me timebis.

Idem rebus infelicitè gestis aduersus Cæsarē, 18
& ad summam desperationem redactus, in ten-
torium venit attonito similis, nec aliam vocem *Desperatio.*
emisit quàm hanc, οὐκ οὐρ ἐς πῆριμβολῆν, ergo
in castra: sumptaque veste præsentī fortunæ ac-
commoda, clam profugit.

Composito Siciliæ tumultu, ac ciuitatibus 19
quæ defecerant placide receptis solī Mamertini *Armatæ preces.*

postulabant audiri, recitantes leges quasdā ipsi olim à romanis concessas: non desinetis, inquit, nobis accincti gladijs recitare leges? Significans iure agere volentibus, non esse opus armis.

20 Idem quū ex literis senatus intellexisset, omnia quæ Sylla armis obtinuerat in ipsi⁹ potestatem esse tradita populi suffragijs cēturiatis, perculso femore dixit, Proh nunquā finienda pericula, quanto satius erat obscurū nasci, si à militaribus curis nunquam dabitur recedere, nec hac exuto inuidia licere cum vxore ruri vitam degere. Magnam potentiam ambit inexpertus, odit expertus. Sed deponere tutum non est.

Tediū gloriæ.

21 Quibusdā se videre negātibus quomodo posset Cæsaris impetum sustinere, hilari vultu vetuit illos hac de re esse sollicitos. Nam simul ac, inquit, solū Italiæ pede pulsauero, exilient affatim equestres pedestresq; copias. Præfens quidem animus, si fortuna respondisset.

Fiducia fallax.

Iam si nondū te cepit huius cōiuij satietas, ad demus & ex oratorū numero aliquot eximios.

PHOCION ATHENIENSIS

1 Primū igitur accipe Phocionē Atheniensem genere, sed Lacedæmoniū, & morū integritate, & orationis breuiloquētia. Socratē in hoc referebat, quod nunquā visus est cuiquā neque flere, neque ridere. Tanta erat animi cōstātia. Huic in cōcōione sedēti, quod dā dixit: Videre cogitabundus o Phocion. recte, inquit, cōiectas. Cogito enim si quid quēā detrahere his quę dicturus sum apud Athenienses. Alij solliciti sunt ut quę plurima dicāt, quo videātur disertis: illi diuersa erat cura, nimirū ut quę ad rē faciēbāt, verbis quę paucissimis complecteretur.

Sententiosa breuiloquētia.

Quum oraculum proditū esset Atheniēsis, **2**
 in ea ciuitate vnū esse virū qui cunctorū senten-
 tijs aduersaretur, ac populus vociferās iuberet il-
 lum inquiri, Phocion semet prodidit, dicens, Ego
 sum ille, quē designat oraculū. Nā vni nihil pla-
 cet omniū quæ vulgus vel facit, vel dicit. Vulgi nihil
 sanum. Quid
 hic primū admireris, impavidū ne viri animū, an
 clementiam, qui non passus sit suspicionem ad
 innocentē aliquē deuolui, an singularē sapientiā,
 qua perspexit inconditā multitudinē, quoniā af-
 fectibus agitur, nihil sani nec agere, nec loqui.

Quodā die orationē habens apud Atheniēsem **3**
 populum, placebat omnibus: quūq; videret ab
 omnibus pariter sermonem approbari, cōuersus
 ad amicos, Quid, inquit? Num mali quippiā dixi
 imprudēs? Adeo persuasum habebat, nihil place-
 re vulgo, quod à recto iudicio proficiscitur.

Quum Athenienses ad sacrificiū quod appara **4**
 bant ex more peterent à ciuibus vt cōferrent ali-
 quid, ac cæteris conferentibus, frequēter esset ap-
 pellatus Phocion, puderet inquit, si vobis adde-
 rem, & huic nihil redderem, ostēso creditore. Ple- Quod sup
 est sacris im-
 pendendū.
 riq; sunt qui putent optime collocatum, quod
 impenditur templis ac sacrificijs epulisve diuo-
 rum: at vir ille perspicax sensit multo sanctius es-
 se reddere quibus debeas: quid sensurus de his, qui
 fraudata cōiuge ac liberis extruūt sacrificijs stru-
 cturas regias, & horum otio alēdo magnā facul-
 tatum partem impendunt?

Demostheni rhetori dicenti, Occident te Pho **5**
 cion Athenienses si quando cœperint insanire, Pulchre res
 cortum.
 hūc in modū respōdit: Me quidē si insanire occe-
 perint, at te, si ad sanā mētē redierint. Demosthe-

nes enim pleraque ad gratiam apud populum loquebatur, & blanda potius quam salubria.

- 6 *Quum Aristogiton calumniator iam condempnatus in carcere moriturus esset, rogaréque Phocionem ut se inuiferet, amicis non linentibus ut ad hominem iret: Et ubi quis, inquit, libētius Aristogitoni loquatur? Amicorum argumentum argutissime torlit in diuersum: significans se nō ire ut sceleroso patrocinaretur, sed ut eius merita calamitate frueretur.*

Males inuise
fere in car-
cere iucundum.

- 7 *Quum Byzantijs irascerentur Athenienses, quum Charetem, qui cum exercitu in subsidium suæ ciuitatis missus esset aduersus Philippū, nolissent recipere: ac Phocion dixisset, nō esse irascendum socijs diffidentibus, sed ducibus quibus fides non haberetur: ipse dux electus est: atque ipsi fidentibus Byzantijs effecit, ut Philippus re infecta discederet. Diffidentiam Byzantiōrum in Charetem ducem reiecit, qui talis erat, ut nō videretur tutū sese illius fidei cōmittere prudentiæ est infido diffidere. at Phocioni probatæ opinionis viro, non dubitarunt sese credere.*

Fides in du-
ces.

- 8 *Alexander Macedonū rex centū talēta dono miserat Phocioni. is vero percōtatus est eos qui pecuniā adferebāt, Quid ita, quū essent Athenienses permulti, sibi vni illa mitteret Alexāder: illis respōdētibus, Quoniā vnū te iudicat virū & honestū & bonū: Ergo sinat, inquit, me talē & haberi & esse. Ut scite arreptū ab illis argumētū tor sit ad occasionem recusandi muneris. Iā quis hic non admiret incorrupti pectoris sinceritatem? paup erat Phocion, nec doni magnitudine quicquid mouebat. Simul autē indicat illos qui quū repu-*

Corruptela
munerum.

administrent, tñ a capiūdis muneribus non tēperāt, nec bonos esse viros, nec tales haberi debere.

Quū Alexāder ab Atheniēsisbus posceret sibi 9
 triremes exhiberi, ac populus nominatim flagitaret adesse Phocionē, vt quid cōsuleret proferret, Idem fac' es dū erat de Tutcl's.
 surgēs, inquit: Consulo igitur, vt aut armis superetis eos, aut superatiū amici sitis. Cōpēdio suasit nihil Alexādri negandū, nisi cōsiderēt se iratū posse armis opprimere. Quibus si ille videretur superior, non esse prouocandū animosum iuuenem, & repulsæ impatientissimum.

Rumor incerto autore obortus erat de morte 10
 Alexādri, mōxq; rhetores prosilierunt, hortantes ne contatētur, sed ilico bellū susciperēt. Phocionē expectare iussit, donec certius aliquid cognosceretur. Nam si, inquit, hodie mortuus est, & cras & pethendie mortuus erit, Grauiter oratorū precipitem temeritatem cohercuit. *Preceptatū consilium.*

Quū Leosthenes ciuitatē Atheniensīū ad bellum 11
 perpulisset, magnificis spebus ad nomen libertatis ac principatus erecta, Phocion illius verba dicebat esse cupssis similia, quæ sublimes quū sint ac pulchræ, fructū non habent. Nihil potuit dici accōmodatius in sermonē splendide magnificēq; pollicētē, sed ifrugiferū: quēadmodū cupssus arbor sublimi compositōque in conum vertice procul egregium quiddam polliceri videtur, at vix vlla sterilior. *Magnifica promissa, sed inania.*

Cæterū quū initia belli cessissent feliciter, ac ciuitas ob secundū nuntium dijs sacrificās grataturrogatus Phocion, an hęc ita gesta nollet. Hęc quidem, inquit, gesta vellem, sed illa decreta. Sentiens etiam inconsulta consilia nonnunquam fe- 12 *Optima det cōmenda.*

liciter cedere: id quoties accidit, gratulandum quidem esse reipub. non tamen ideo non semper utendum optimis consilijs. Fortassis & illud sen sit Phocion, nō esse protinus fidendū primis successibus, sed totius negotij euentum declaraturum, quale fuisset ipsius consilium.

- 13** *Militis officium.* Quum Macedones irrupissent in Atticam, ac maritima illius depopularentur, Phocion eduxit iuvenes ætate florentes: quorū multis ad ipsum cōcurrentibus, hortātibúsq; vt colle quodā occupato ibi collocaret exercitum, O Hercules, iquit, quā multos video duces, milites vero perpaucos: Notans iuuenilem temeritatē, quæ duci preire conaretur, quum militis sit, non dare consiliū, sed vbi res postulat bonā nauare operā. Attamē cōmisso prælio vicit, & Nicionē Macedonū ducē superauit. At nō multo post tēpore bello deuicti Athenienses ab Antipatro accepere p̄sidiū.
- 14** *Incorruptus animus.* Quum vero Menillus p̄sidiij dux, Phocioni pecunias dare vellet, indignatus Phocion dixit, nec illum Alexandro meliorē esse, & causam deteriorē ob quam nunc accepturus esset, quum tunc nō accepisset. O nullis muneribus expugnabilem animum.
- 15** Antipater dicere solet, quū duos haberet Athenis amicos, neque Phocioni vnquam persuasisse vt acciperet, neq; Demadem vnquam dando expleuisse. Hic erat Demades, qui valebat extremā dictione quū Demosthenes non nisi de scripto diceret.
- 16** Phocion Antipatro petenti, vt in gratiam suā faceret quiddam pugnans cum iustitia, Non potes, inquit, o Antipater, Phocione simul & amī

co & adulateore vti. Amicus obsecundat, quousq; paritur æquum & honestum. Nec enim amicus ab amico quod iniustum est petere debet. Adulator autem ad quiduis obsequitur.

Quum populus Atheniēsis flagitaret vt Phocion copias in Bœotiam educeret, eamq; rē Phocion nō fore è repu. iudicaret, edixit vt quotquot essent in ciuitate ab ephēbis vsq; ad sexagenarios se sequerentur. Hic reclamantibus senioribus, & ætatē excusantib⁹, Nihil, inquit, absurdū meo edicto continetur, quum ipse natus annos octoginta vnā cū ipsis dux profecturus sim. Hac arte temporarium multitudinis calorem retudit.

Post Antipatri obitum, quum Atheniensium respub. ad gubernationē populārē redisset, Phocion in cōcione capitis damnatus est. Atq; huius quidem amici cæteri qui simul cū illo dānati fuerant flentes ducebantur, Phocion autem tacitus ibat. Cui ex inimicis quispiā factus obuius, post conuitia in faciē expuit. Tum Phocion ad magistratus respiciēs, Nō hunc, inquit, cōpescet aliquis indecore se gerentē? Vir sanctissimus etiam moriturus publicæ disciplinæ curā habebat. De tam atroci contumeliā questus non est, nec flagitauit vidictā aduersus eū qui præter leges sequiret in hominē dānatum, tantū cohiberi iussit exemplum bonis moribus aduersum, & immane facinus non aliud q̄ indecentes mores appellauit.

Ex his qui cum Phocione erāt morituri, quidā indignans complorabat sortem suam. Quem ita consolatus est Phocion, Non tibi, inquit, Euipe, siue vt quidam legunt Thudippe, satis est cum Phocione mori? Phocion non tantum innocens,

verū etiā præclare de republica meritis ducebatur ad mortem. Magnum itaque solatium oportebat esse cū Phocione innocēte mori innocēte.

- 20 Deniq; quū illi poculū cicuta tēperatū porrigeretur, percontatus est quispiā, si quid filio vellet dicere. Nam is aderat ego, inquit, tibi filii præcipio, atq; etiā obsecro, ne quid ob huius rei memoriam, Atheniensibus male velis. Cæteris morientibus præcipuū solatium esse solet spes vindictæ. Huic illud curæ fuit, ne filius patris iniustam necem videretur, maluitq; illum in patriam quàm in patrem servare pietatem.

- Amicitia. 21 Nicocli petenti, ut sibi ante Phocionem venenum haurire liceret, tamen durum hoc, inquit Phocion, tamen cōcedendum est ei cui nihil unquam in vita negavi. Phocion Nicoclē inter amicos fidissimum vniice adamarat, cōq; molestum erat videre illum morientem. Eam molestiam ut vitaret Nicoeles, petebat, ut ipse prior biberet. Et hac in re commodavit amico.

- Erupta mors. 22 Quum bibissent omnes solūq; Phocion, supesset, consumpto ab alijs veneno, carnifex negabat se daturū nisi numerarentur duodecim drachmæ tantum venire cicutæ vnciam. Phocion itaq; ne per illius contentionē mora fieret mortis, accito ad se cuidam ex amicis, Quandoquidē, inquit, Athenis ne mori quidem gratis licet, quæso dato huic pretium.

- 23 Quum Demosthenes multa maledicta faceret in Alexandrum, iam Thebis imminentem, Homericō versū ex Odysseæ illum corripuit.
 ΣΧΕΤΛΙ ΤΙ ΠΤ' ἰθὺ λῶσι ριξὶ μὲν ἄρ' ἰορ' ἄνδρα λ.
 Quur libet iritare virum miserande ferocent

M. TVLLIVS CICERO.

M. Tullius, quū ob Ciceronis cognomē dicte-
rijs inceseretur, ab amicis admonitus vt aliud si-
bi cognomē ascisceret, respōdit se Ciceronis no-
mē illustri⁹ effecturū, q̄ esset Catonū, Catulorū,
aut Scaurorū. Nā hæ familiæ cū primis illustres
erāt apud Romanos, quū Tulli⁹ esset nouus ho-
mo. Cognomē autem ideo patebat caullis, q̄ à
Cicere vilissimo legumine dictū videret. Quasi
vero nō & Fabij à Fabis, & Lētuli à Lēte cogno-
men habuisse viderent. Parū illustris est, q̄ præ-
ter imagines & cognomen nihil habet nobilita-
tis: pulcherrimū autē nobilitatis genus est, quā
sibi quisq; proprijs virtutibus cōciliat. Nec fefel-
lit M. Tullius: Ciceronis enim nomen hodie de-
cantatius est, q̄ trecenti Catuli aut Scauri, cū su-
is stemmatis, itatus, & imaginibus.

Quum poculum argenteum dijs dicaret, præ-
nomen ac nomen literis signauit, sed pro Cicero
ne, Ciceris figuram insculpsit, nihil refugiens ca-
uillatorum interpretationem.

Oratores qui inter dicendū vociferantē dicebat
claudis esse similes, q̄ sic ad clamorē, vt illi ad es-
quos cōfugerēt. Hoc genus homines & hodie vi-
dere est, q̄ quū sentiūt se causa inferiores, ad fu-
riosa iurgia cōfugiāt, vt quoniā rationib⁹ psuade-
re nō possunt, improbitate metūq; extorqueant.

Quum Verres, qui filium habebat parum pu-
dice flore ætatis vtentē, Ciceronē vt parum vi-
rum ac cinædū inceseretur cōuitijs, Ignoras, inq̄t,
quòd liberis intra fores conuitiandum sit. Signifi-
cans hoc conuitium non in ipsum competere,
sed in cōuitiatoris filium. Parentū autem est ob-

furgate liberos, sed intra domesticos parietes, nec ea conuitia sunt eliminanda. Eliminat autem, qui alijs impingit, quod ipsius domi committunt liberi.

Retortū in
laudem cor
tutū.

5 Metello nepoti obijcanti quòd Cícero testimo-
nio suo plures occidisset, quàm patrocínio serua-
set, Plus enim, inquit, mihi fidei est quàm elo-
quentiæ. Mira solertia conuitium retorsit in lau-
dem. Siquidem in teste spectatur fides, in patro-
no valet eloquentia.

Salte retor-
tum.

6 Rursum Metello percõtati Ciceronẽ, quis ipsi-
us esset pater, nimirum ignobilitatẽ exprobrãs,
Ad istã, inquit, percõtationẽ vt respõdere sit dif-
ficilius, mater effecit tua. Nam Metelli mater au-
diebat parum pudica. Quin & ipse Metell⁹ ma-
trẽ referens, leuior erat & inconstans, & affecti-
bus seruiens, Cícero conuitium à patre ad matrẽ
transtulit. Tum enim incertus est pater, quum
mater non cum vno consuetudinem habet.

Salte.

7 Idem Metellus quum Diodoro, quo rhetorices
magistro fuerat vsus, defunçto, sepulchro ei⁹ cor-
uum lapideum imposuisset, Iustum, inquit Cice-
ro, præmiũ retulit. Nam volare ipsum docuit, nõ
dicere: notans Metelli leuitatem & inconstantia.
Coruus avis est ἀμύστος.

8 Vatiniũ inimicũ, & alioqui sceleratũ M. Tul-
lius audierat obiisse diẽ: pòst quũ audisset illum
viuere, Male pereat, inquit, qui male mẽtitus est:
significans Vatiniũ indignũ qui diutius viueret.
Omne quidem mendacium malum, sed hoc mẽ-
dacium bis erat malum, quia bonos viros in fals-
sum gaudiũ coniecerat. Dictũ tamen erat ambi-
guũ, quod dici poterat & de illo quẽ mori nolles.

Quum orante M. Tullio quidam creditus Afer 9
 genere, diceret, non audio: hoc sermone negans se
 probare quod dicebatur, Atqui, inquit Cicero, au-
 tem habes perforatam. Solet enim ea gens habe-
 re perforatas aures, vt inde suspenderet anulos
 ac gemmas, quæ nunc collo digitisque gestamus.
 Ea foramina quomodo fiant docet Celsus.

C. Popilius qui iuris peritus videri volebat, quum 10
 indoctus esset ac stupidus, citatus in controuersis
 sua quadam testis, respondit, se nihil scire. Tum Ci-
 cero, Putas, inquit, fortassis te de iure interrogari.
Nihil scire.

Hortensius orator defensionis mercedem à Verre 11
 acceperat Sphingem argenteam, is quum M. Tul-
 lio obliquius quiddam & inuolutius loquuto di-
 xisset, Nō didici soluere ænigmata. Atqui, inquit
 Cicero, Sphingem habes domi. Nota est fabula
 de mostro Sphinge, quæ præmijs propositis æde-
 bat ænigmata, nō soluētibus mors erat præmiū.
Sphinx domi.

Quum Voconium forte obuium haberet cum 12
 filiabus tribus insigniter deformibus, tacite ad
 amicos dixit versiculum Græcum.
Deformitas exprobrata.

φóιβη ποτ' ὀυκίῳντος ἑσπερεν τίνω id est,
 Phœbo haud semente hic seminauit liberos.
 sentiens illum inuito Apolline liberis operam de-
 disse, siue quod Apollo pulcher à poëtis fingitur,
 siue quod oriente sole fœtus existiment concipi
 feliciores.

Quum Fausti Syllæ filius, ob aeris alieni ma- 13
 gnitudinem supellectilem suam proscripsisset, Hanc,
 inquit, proscriptionem magis approbo quam pa-
 ternam. Ludit ambiguo verbi. Proscribuntur res,
 quæ in auctione vānum exponuntur, & proscri-
Locus ex æ-
 biguo verbi

būtur homines, à quouis iugulandi: quo crudeliffimo genere Sylla q̄ plurimos ciues proſcripſerat.

14 Pompeio ac Cæſare inter ſe diffidentibus, Cicero Quem fugiam, inquit, ſcio: quem ſequar, neſcio. ſentiēs ambos non pro reipub. libertate, ſed pro principatu dimicare.

Neutrā para placet.

15 Pōpeio vitio dabat, quòd ciuitate deſerta Themiftocle potius quàm Periclem fuiſſet imitatus, quum illis res nequaquā pares eſſent, his eſſent. Themiftocles enim fugit ad Perſas. Pericles māſit Athenis.

16 Quum ad Pompeium veniſſet, ac veniſſe poſtuleret, rogatus vbi Piſonem generū reliquiſſet. Apud tuum, inquit, ſocerum. Cæſarē designans. Perinde quaſi notatus eſſet Cicero, quòd à genero ſuo diſiunctus eſſet, relaxauit illum quòd ipſe cum ſuo ſocero bellū gereret.

Salſe.

17 Quum quidam à Cæſare ad Pompeiū transfugiens, diceret ſe feſtinandi ſtudio equū reliquiſſe. Cicero dixit, illū meli⁹ de equo q̄ de ſe ſtatuſſe: ſentiens longe rectius facturū fuiſſe, ſi & ipſe manſiſſet apud Cæſarem.

Argute.

18 Cuidam nuntiāti Cæſaris amicos eſſe triteis. Hoc dicis, inquit, illos Cæſari male cogitare. Irriſit adulantem nuntiū, quaſi Cæſariani rebus ſuis diffiderent, metuerentq; Pompeium.

Interpretatio

19 Poſt Pharfalicū conſictum quū fugiſſet Pompeius, Nonius quidam dicebat ſeptem adhuc aquilas ſuper eſſe, proinde bono animo eſſent hortabatur. Recte, inquit Cicero, hortareris. ſi nobis cum graculis bellum eſſet. At ille aquilas dixit vela Romana aquilis inſignita,

Bellum cū graualis.

20 Quum Cæſar rerum potitus Pompeij ſtatuas

deiectas honorifice reposuisset Cæsar, inquit Ci- Clementia
simulata.
cero, dum Pompeij statuas reponit, suas stabilit: 20
sentiens illum hoc nō in Pompeij gratiam face-
re, sed vt sibi clementiæ simulatione fauorem
apud ciues conciliaret, atque hoc pacto suum re-
gnum constabiliret.

Adeo vero sollicitus erat M. Tullius benedicē: 21
di, tamq; anxium huic rei studium impendit, vt Bene dicē
di studium
quum causam oraturus esset apud centumuiros,
iām; dies instaret. Erosa seruū manumiserit, eo
quod nuntiasset cognitionem in posterum diem
fuisse prorogatā. Et hoc aliquis inter apophthe-
gmata adiecit, quum non sit.

Quū Cicero in Pompeij castra venisset, dicen: 22
tibus, Sero venisti. Minime, inquit, sero, nam nihil Nihil parati
hic adhuc parati video. Alludit ad eos qui sero ve-
niunt ad conuiuium. Locus est ex ambiguo. Sero
venit qui tarde venit, & sero qui post tempus.

Quum Pompeius Gallum quendam quod ad 23
ipsum à Cæsare transfugerat, ciuitate Romana Apertum
conuiuium.
donasset. Hominem, inquit, bellum, qui Gallis ci-
uitatem promittit alienam, quum nostram no-
bis non possit reddere.

Post Cæsaris victoriā interrogatus Cicero quur 24
in electione partium errasset. Præcinctura, inquit, Male præ
cinctus.
me fefellit: sentiens se nō sperasse victoriā à mol-
li & effœminato staturam. Cæsar enim ita toga
præcingebatur, vt laciniam trahens mollium in
morem incederet. vnde Sylla Pompeium admo-
nere solet, cauere à puero male præcincto.

Idem apud Damasippum coenans, quū conui: 25
uator mediocre vinum apposuisset, idq; cōuis Vinū vetus
d, vetustate cupiens commendare diceret. Bibite

Phalemmum hoc,quadraginta annorum est. Bene, inquit, fert ætatem. Hoc modo de homine loqui solemus, cuius formæ viribûsq; non multum detrahit ætas. At ridiculum erat vinum ab immo- dica vetustate commendare.

26 Quum Lentulum generum suum, exiguæ sta-
tura hominē prælongo gladio videret accinctū,
Nulla pro-
portio. Quis, inquit, alligauit generū meum gladio? Vide-
batur homo gladio alligatus, non gladi⁹ homini.

27 Quum Qui. fratris clypeatam imaginē in pro-
uincia quam is rexerat ingentibus lineamentis, &
In pusillam capite vsque ad pectus ex more vidisset, Frater,
inquit, meus dimidius maior est quā totus. Erat
enim Quintus pusillæ statura.

28 Quum Tullia Ciceronis filia concitatus ince-
deret quā deceret fœminam, contra Piso gener
Incessus de-
corus. lētius quā deceret virū, ambos eodē dicto taxa-
uit, filia præsentē genero dicēs, Ambula vt vir.

29 In Vatinium qui paucis diebus consul fuit, ita
iocatus est, Vatini⁹ anno magnum ostētum fuit,
quòd eo cōsule nec bruma, nec ver, nec æstas, nec
autumnus fuisset. Nam his horis annus totus di-
stinguitur, quarum vnaquæq; tres menses occu-
pat. Nescio an hoc ipsum sit quod aliter refert
Pollio in Marino tyranno. Consul qui sex meri-
dianis horis cōsul fuerat, ioco Ciceronis aspersus
est. Consulem habuimus tam seuerum tamque
ensorium, vt in eius magistratu nemo pransus
sit, nemo coenauerit, nemo dormierit: nisi forte vi-
detur hoc magis ad Caninium Reuilū pertinere.

30 Rursus ex postulanti Vatino, quòd Cicero gra-
uatus esset ipsum languētem inuisere, Volebam,
inquit, in tuo consulatu venire, sed me nox occu-

pauit. Hęc talio videri poterat. Nam antea Vatinus Ciceronem gloriantem, quod ipsum respub. suis humeris reportasset, ita taxarat, Vnde ergo tibi varices? Varices enim non sedētium, sed statium aut ambulantium crura solent occupare.

Vatinus in
Ciceronem

Caninius Reuilus vnico tantum die cōsul fuit: is rostra quum ascendisset, pariter & honorem inijt consulatus & p̄terauit. In quē fertur illud Ciceronis, λογθθειωρητος est Caninius cōsul. In eundem iecit illud, Hoc consequutus est Reuilus, vt quæreretur quibus consulibus consul fuerit. Solet enim annorū numerus consulū nominibus designari. Reuilus autē & consul fuit, nec vllum habebat annum. Rursus illud, Vigilantem habemus consulem, qui toto consulatu suo somnum non vidit.

31

Cōsulatus
breuis.

C. Cæsar multos in senatum legerat eo ordine indignos, & in his Laberium ex equite Romano minimum. Hic quum in senatu M. Tullium præteriret, sedem quærens, Recepissē, inquit Cicero, te nisi anguste sederem. Simul & illum respuēs, & in nouum senatum iocatus, cuius numerum Cæsar supra quā phas erat auxerat. Nec hoc dīcterium inultum tulit Laberius, Demiror, inquit, si sedes anguste, qui soleas duabus sedere sellis: obijciēs illi leuitatem, quod lubricę fidei nunc his nunc illis partibus adhereret.

32

Duabus se-
dere sellis.

Idem quum ab hospite suo P. Manlio rogaretur, vt decurionatum priuigno ipsius expediret, assistente frequentia ciuium dixit, Si ius habebit Pompeius, difficile est: Cæsar in legendo senatum notans facilitatem.

33

Obligatus
iocatur.

Ab Androne quodā Laodiceno salutatus, quum

34

Libertas
oppressa.

aduentus causam percontatus intellexisset illum pro patriæ libertate legatū ad Cæsarem venisse, Græcis verbis expressit publicam seruitutē, ἐὰν ἰπιτυχηῖς, καὶ περὶ ἡμῶν πρὸς βύσσομ, id est. Si impetras, etiam pro nobis legatus esio, siue pro nobis orato.

35

Schema ma
le affectas
tum.

Quū M. Lepidus in senatu dixisset, patrib⁹ cōscriptis, ne dicā circūscriptis. Ego, inquit Cicero, nō tanti fecissem ὁμοιοπίωρον. Affectauit Lepidus schema vocum similiter desinentium, quod rhetores ὁμοιοπίωρον vocāt. At satius erat schema perdere, quā senatū offendere, quāq̄ in his verbis non tantū est ὁμοιοπίωρον, verumetiam προσνομασία schema priore iucundius.

36

Iocū ex si
militudine
vocia.

Quū quidā candidatus, qui coquo patre natus credebatur, coram Cicerone suffragiū ab alio peteret. Ego quoq̄, inquit, tibi fauebo. Ex quo colligitur, coce à coco, & quoq̄ coniunctionē, aut eodem aut simillimo fuisse sono.

37

Sero.

Quū accusator Milonis ex argumēto tēporis colligens Clodio à Milone structas insidias, subinde rogaret, quo tempore occisus esset Clodius, Cicero respondit, Sero: voce ancipiti significans è republi. fuisse futurum, si Clodius multo antè fuisset interfectus.

38

Gaudiū tē
porarium.

Cicero nūtiata morte Vatiniij, quū eius rumoris parum certus esset autor. Interim, inqt, vsura fruar: sentiēs se temporario gaudio de morte Vatiniij fruiturū, quē admodū qui pecuniam mutuo accepit, ad tempus ea perinde ac sua fruitur.

39

Melior de
xtra.

M. Celiū melius obijcientē crimina quā defendentem, bonam dextrā, malam sinistra habere dixit: huc alludens, quòd in pugna dextra glia

dium tenemus, sinistra clypeum: gladio ferimus,
clypeo defendimus.

Iubium Curtiū, quo iunior videretur, multa de
annis ætatis suæ mētientē, ita redarguit. Ergo, 40
inquit, quū vnā declamabamus, nō eras natus.

Fabiæ Dolobellæ dicenti, se triginta annos
habere. Verum est, inquit: Nam hoc iam viginti 41
ānis audio. Volebat illa iunior videri q̄ erat. Ita
que Cicero elusit illam simulata assensione, signi- Assensio
simulata.
ficans interim illam esse quinquagenariam.

Obiurgantib⁹ quōd homo sexagenarius puellā 42
virginē duxisset, Cras, inquit, mulier erit. locans
hoc probum mox eluendum. Nam postridie nō Virgo mu-
lier.
poterat obijci, quōd virginis esset sponsus.

Idem in Curionem semper ab ætate sumentē 43
orationis exordium ita lusit, vt diceret illum quo
ridie facilius habere proœmium, videlicet ætate Exordium
ab ætate.
indies magis ingrauescente.

Rursus in Vatiniū qui quū pedibus æger esset, 44
volebat tamen videri cōmodioris valetudinis fa-
ctus, dicebātq; iam se bina millia passuū ambu- Podagra.
lare. Dies enim, inquit, longiores sunt. Hoc Fabi⁹
tribuit Ciceroni, Macrobius Augusto. Narratur
& hodie quiddam non minus facetum, si modo
accederet vetustatis commendatio. Miles qui-
dam in conuiuio iactabat sibi balistam esse quæ
iaculum excuteret ad spatiū nulli credibile. Re-
clamantib; conuiuis omnibus, affirmabat famulū
suum id vidisse factum. Accersito famulo percō-
tatus est illum, an non ipse vidisset quod narra-
ret. Tum famulus. Verum, inquit, narras here, sed
tū vento secundo miseris sagittam.

Cicero audito falso rumore de vatini j morte, quū 45

In Vatiniū
 Quiniū libertū ei⁹ interrogasset. Recte ne omnia
 atq; ille respōdisset, recte, Mortuus est, inquit: Si
 significans non omnia recte habere si ille viueret.

46
 Ab inexpe-
 ctato.
 Idem quum testis, Sexti Annalis reum legis-
 set, & instaret identidem accusator rei. Dic Mar-
 ce Tulli si quid potes de Sexto Annali. protinus
 recitare cōepit versus ex Ennij sexto Annalium li-
 bro. Qui potes ingentis causas euoluere belli.
 Scripsit enim Ennius Annales, & accusator dice-
 batur Sextus Annalis.

47
 Versus de
 totius.
 Rursus in Accium hominem callidum & ver-
 sutū, quū is in causa quadam suspect⁹ esset. Sena-
 rium ex vetusto quopiam poëta torfit. Nisi qua
 Vlysses rate euasit Laërtius. Vlysses uaser nauī
 & Cbarybdim & Scyllam euasit, sic Accius astu-
 tia sua è iudicij periculo elapsus erat.

48
 Similiter lusit in quendam, qui quum prius ha-
 bitus esset stultissimus, post adeptam hæredita-
 tem primus rogabatur sententiam, Cuius, inquit,
 hæreditas, quam vocant sapientiam? In versu pro
 facilitas mutauit hæreditas, Apud poëtam enim
 versus sic habet, Cuius facilitas quam vocant sa-
 pientiam? Significauit autem hæreditatem illi
 pro sapientia contigisse, & ob hæreditatem iam
 habitum sapientem.

49
 Tertia de
 ducta.
 Quum mater M. Bruti Seruilia pretiosum ære
 paruo fundum abstulisset à Cæsare, qui bona ci-
 uium subiiciebat hastæ, ita iocatus est Cicero, Et
 quidem, inquit, quo melius emptum sciatis, emit
 hunc fundū Seruilia tertia deducta. Seruiliæ autē
 filia dicebatur Iunia Tertia, eademq; C. Considij
 vxor, lasciuiente dictatore tã in matrē q̄ in filiã.
 Ex ambiguo iocat⁹ est Cicero: potuit enim intelli

gi tertia pars pretij detracta. Deducit autē vxor aut scortum.

Idem ænigmate lusit iu matrem Pletorij qui 50
fontem accusabat, dicens eā dū uiueret ludum,
mortuam magistros habuisse: notans quòd dum
viueret, infames ad eam sceminae cōmeari solēt, Salse.
post mortem eius bona venibant. Sermo videtur
& absurdus, & præposterus. Nam qui ludos ha-
bent ipsi magistri sunt, & discipulos habēt. Ma-
gistri autem dicuntur non solum qui docent, ve-
rum etiam qui regunt.

In nomē Verris iocatus est, quasi sic dictus es- 51
set, quòd omnia verret, hoc est, nihil reliqui fa-
ceret homo furax. Quo genere iocandī quidam Iocus ex no-
mine.
furem pro Tullio Tullium dixit: nec defuerunt
qui pro Tiberio dixere Biberium.

De C Cæsare dicere solet. Quoties huius astu- 52
tiam & ambitionē video sub humanitatis specie
latitantem, metuo reipu. tyrannū: rursus quū co- Ingenium
varium.
mas molliter fluentes, & ipsum vno digito scal-
pentē caput intueor, vix animū inducere possū,
vt tantum facinus animo concipiat.

Idem obiicientibus quòd a reo pecuniam accep- 53
pisset, qua magnificas quasdam aedes esset em-
pturus. Fatebor, inquit, accepisse me, si emero. Eas Mendaciā
elusum.
quam esset mercatus, exprobrantibus vagitatē.
An nescitis, inquit, boni patris familias esse, dissimulare si quid constituerit emeret

Ciceroni cum Crasso similtas erat. Quū igitur 54
alter è Crassi filijs non dissimilis cuidam no-
mine Digno, atq; hinc populi suspicio in Crassi Iocus ex no-
mine.
vxorem, quasi cum Digno rem habuisset, in se-
natu præclaram habuisset orationē Cicero, quas

y.j.

lis ei videretur. Dignus, inquit, Crasso: recte alludens ad nomen Digni. locus lepidior est, si more Græcorū dicas, dignus Crassi, vt intelligas duos esse Crassos, alterum adulterum, alterum illi similem Crassi filium.

55 Cicero Munatio reo patrociniatus fuerat, atque ille absolutus. Post quū Munatius Sabinum Ciceronis amicū reum perageret, iratus Cicero exprobrauit illi beneficium. An tu, inquit, Munati illud iudicium tua opera fugisti, an potius mea, qui multum caliginis tribunalibus orūdī?

Eloquentia
victor non
causa.

56 Quum Marcum Crassum pro rostris laudasset magno populi applausu, & eundē post ex eodē loco acerbis cōuitijs incesleret. Quid, inquit Crassus, an nō me nup̄ ex hoc ipso loco laudastis? Laudauī, inquit, sed exercendi gratia argumētū infame declamans. Solent enī rhetores tractare materias ἀσέβεις, velut quū laudāt Busyridem, aut febrim quartanam, aut ingratitude.

Ex eodē ore
frigidū &
calidum.

57 Idem quum Crassus dixisset, Neminem Crassorū Romæ vixisse diutius annis sexaginta, deinde inde pœnitens eius sermonis diceret, Quid mihi accidit vt hoc dicerem? M. Tullius, Sciebas, inquit, Romanos hoc libenter audituros, & ista via venisti ad rempub. gubernādā: duo significās, & Crassorū nomē inuisum esse Romanis, & illū nō virtute, sed blandiēdo prouectū ad honores.

Acetbe

58 Crasso dicente, Stoicorum esse dogma, virum bonum esse diuitem. Vide, inquit Cicero, ne magis hoc sentiant, sapientis esse omnia. Recte notans Crassi auaritiā, cui nihil esset satis.

Auaritia.

59 Crassus in Syriam profecturus, malēs Cicero nem amicū q̄ inimicū relinquere, officiose sa-

lutato dixit se apud illum velle cœnare, quæ Cicerone alacriter excepit. Post aliquot dies quidam amicorum egerunt apud Ciceronem ut cū Vatinio quoque rediret in gratiam. Num, inquit, & Vatinius mecum cœnare vult? Significans illū cœnā ambire potius quā amicitiā.

Reditor in gratiam.

Rursus in Vatinium qui scrophas habebat in ceruice, id est morbi genus, quum causam quandam ageret. Tumor, inquit, habemus oratorem. Asiatici dicti sunt tumidi.

Morb⁹ exi prebratus.

Cæsar statuerat agros Cæpanos militibus diuideret, id quū cōplures in curia moleste ferebāt, tū L. Gellius, homo extremæ senectutis, dixit hoc nō futurum se viuō. Expectemus, inquit Cicerone, non enim postulat longam dilationem: significans illum esse mortī proximū.

61 In senem.

Adolescens quidā accusatus quod patrē placenta venenata sustulisset, quū stomachabundus minaretur se probris laceraturū Ciceronem, Hoc, inquit Cicerone, malim quā placentam: ancipiti dicto parricidium illi obijciens.

62

Testā crisi men.

P. Sextius Ciceronē cū alijs aliquot ad causę patrocinium adhibuerat, cū ipse vellet omnia dicere, nec cuiquam dicēdi locū daret, ubi iam cōstaret illum à iudicibus absoluendum, ferreturque sententia. Vtere, inquit Tullius, hodie tēpore, nam cras priuatus eris: notās hominem quod in causā suo arbitrato solus egisset omnia.

63

Loquacitas

Quum M. Appius in procemio diceret, se magno opere rogatum ab amico, ut in causā clientis adhiberet curam, eloquentiam, & fidem: hic Cicerone, adeo ne ferreus homo es, ut ex tam multis quæ rogauit amicus nihil præstes?

64

Irrisio.

y,ij,

65 M. Aquiliū duos habētē generos, sed ābos exu-
les, Adrastum appellauit, quòd solus locum tue-
retur: alludens ad Græci nominis etymologiam.

Censor bis
bulus.

66 L. Cotta cenfore, qui vini auidissimus habeba-
tu:, quum Cicero consulatū petens sitisset, bibis-
setq; septus vndiq; amicis. Recte, iquit, timetis,
ne cēforem habeam infentum, quòd aquā bibo.
Simulauit Cicero se credere, ob id circumstare fre-
quētes amicos, ne censor videret illum bibentem
aquam. Simile enim simili amicum.

Vocalitas.

67 Quum M. Celius, qui credebatur à parentib⁹
non liberis natus, epistolam apud senatum clara
firmāq; voce recitasset. Ne miremini, inquit Ci-
cero, nam hic vnus ex his est qui proclamarunt:
significans illum fuisse præconem, & hoc vsu cō-
tigisse vt esset vocalis. Solent autem serui vena-
les voce præconis commendari.

Locus ex
add. o.

68 Memmio cuidam vituperanti Catonem Vtrū
censem, dicentiq; quòd totas noctes ebrius esset.
At illud, inquit Cicero, nō addis, eum totos dies
aleam ludere, ciuilitate excusans Catonē, qui totū
diem reip. negotijs dabat, nocturnas aliquot ho-
ras fumebat laxando animo.

Scomma ex
ambiguo.

69 C. Cæsari in senatu enixe defendenti causam
filix Nicomedis, beneficiaq; regis in se commo-
moranti. Remoue, inquit, isthæc oro, quoniā nō
tum est quid ille tibi, quid tu illi dederis. Locus est
ex ambiguo verbi. Nam dat qui confert benefi-
cium, & dat mulier quæ sui facit copiam. Vnde
illud Martialis, Vis dare, nec dare vis.
Male audiebat Cæsar, quòd in Bithynia Nicos-
medi regi fuisset obsequentior, quàm pudicitix
leges postulant.

M. Callidius Gallum accusauit. M. Tullio de- 70
 fendente: quumque accusator affirmaret, se testi-
 bus, chirographis, questionibus probaturum, sibi a
 reo fuisse præparatum venenum: sed interim rem
 tam atrocem, remisso vultu, languida voce, ac res-
 liquo gestu parum concitato pronuntiarer. M. Tul-
 lius, Tu, inquit, nisi fingeres M. Callidi, sic ageres?
 Ex actione colligens, illum non ex animo loqui.

D E M O S T H E N E S O R A T O R .

Pytheas Demostheni obiecit, quod ipsius en- 1
 thymemata lucernam olerent: significans illum
 non nisi de scripto, & ad lucernam elucubrata di- Lucernam
oler.
 cere. Quod dictum ita retorfit Demosthenes, ut di-
 ceret, non eodem pretio sibi & illi constare lucer-
 nam: notans quod ille nocturnis conuiujs indul-
 geret, plus impendens luxui quam ipse studio.

Alijs inmodicum eloquentiæ studium obijci- 2
 tibus, ita respondit. Eloquentiæ studium declarare Eloquentia
popularis.
 hominem popularem, contra negligere studium
 eloquentiæ, esse eorum, qui dominari populo qua-
 rerent, ut qui hoc agerent non ut persuaderent
 dicendo, sed ut vi cogerent.

De Phocione quories in concione dicturus as- 3
 surget, ad amicos proximos dicere solet Demost-
 henes, rationum ipsius securim surgere. Nam Phocion Sermo brevis
& efflu-
cax.
 erat in dicendo brevis, sed acutus. Solet autem fe-
 re à Demosthene dissentire.

Populus Atheniensium à Demosthene flagitabat, 4
 ut quandam accusaret, id quum recusaret, cepit po- Consultor
non calum-
niator.
 pulus in illum, ut solet, vociferari. Tum surgens. Vos
 me viri Athenienses, consultorem habetis vel inuiti,
 calumniorem autem non habebitis etiam si velitis.

Demosthenes vnus fuerat ex decem quos Athe- 5

Laudes de
prauata.

nientes legatos ad Philippum Macedonem miserant. Itaque posteaquam Æschines & Philocrates, quos præcipue fuerat cõplexus Philippus, à legatione reuerſi, quum alijs multis nominibus prædicarēt regem, tum his præcipue, quòd eſſet formoſus, facundus, & ad bibendũ strẽnuus. Demosthenes ita cauillat⁹ est, vt diceret, in his laudibus nihil eſſe dignũ rege. Nam primã eſſe fœminarũ, alterã sophistarũ, terciã spongiarum.

Fuga excu-
ſata.

6 Demosthenes clypeo suo literis aureis scripserat ἀγαθὴ τύχη, id est, bona fortuna. Attamen quũ ad pugnam ventũ eſſet, ilico proiecto clypeo aufugit. Id quũ illi probro daretur, quòd εἰς αἰσῶπις eſſet, cluſit vulgato verſiculo.

ἀνὴρ δὲ ἐφύγῳ καὶ πάλιν μαχίσεται. id est
Vir qui fugit, rursum integrabit prælium.

Judicãſ vtilius eſſe patriæ, fugere q̃ i prælio mori. Mortu⁹ enim nõ pugnat, at qui fuga quæſiuit salutẽ, potest in multis prælijs patriæ vſui eſſe.

Pauli pro
omnibus.

7 Quũ Alexander pacẽ hac lege deferret Atheniensibus, si ciues octo sibi dederent, inter quos erat Demosthenes: Demosthenes apologum retulit de lupo, qui hac lege pacem obtulit ouibus, si canes dederent: lupi nomine signans Alexandrũ: canũ, eos qui tum populi rem curabãt: ouĩũ, plebem Atheniensium. Addidit & illud. Vt mercatores, inquit, exiguũ frumẽti in paropside specimen deferunt, per hoc ingentes acervos vendere, cupientes ita vos si traditis ciues octo qui deſcuntur, populum vniuerſum traditis.

8 Quũ ab Areopagitis damnatus, elapsus è carcere fugeret, & haud procul ab vrbẽ obuios hauiſſet aliquot diuerſæ factionis homines, primũ

abdere sese voluit: sed quum illi nominatim Demosthenem appellantes iuberent esse bono animo, & viaticum insuper offerrent, grauius inquit, dicens. Qui postum hanc urbem relinquerem, in qua tales habeo inimicos, quales amicos vix in alia sum inuenturus?

Patrie desiderium.

Inter fugiendum fertur subinde respiciens ad arcem Palladis, sublati manibus dixisse, O Pallas urbium domina, quare tribus infaustissimis bestiis delectaris, noctua, dracone, & populo? Noctua quum sit auium inauspicatissima, tamen Palladi sacra est: quemadmodum & draconem habet pro gestamine: populus autem bellua est multorum capitum, pessimam gratiam refert solita optime de se meritis, velut Socrati, Phocioni, Scipioni & alijs copulibus.

Populus noscentissima bestia.

Ad iuuenes quos habebat familiares dicere solent. Sibi gnaro iam quantum inuidiae, metus, calumniae ac discriminis sit expectandum ad rempublicam accedenti, si ex duobus alterum sit eligendum, citius in exitum iturum, quam ad suggestum aut tribunal.

IO

Rep. fuger

Quum exularet in Arcadia, Pythaeaeque pro Macedonibus dixisset. Ut domum in quam lac venale importatur aliquid habere mali suspicamur, ita ciuitatem esse morbidam, ad quam mitteretur Atheniensium legatio. Demosthenes eam sententiam ita retorsit, ut lac pro sanitate aegrotantium importatur, ita Athenienses pro salute ciuitatum adesse dicens. Id ubi rescuit populus Atheniensium, protinus illum ab exilio reuocant.

II

Exul in patriam reuocatus.

Quum redeunti ab exilio nauis esset missa, multumque magistratus ac ciues obuiam issent sublati in caelum manibus dixit, sibi in patriam reditum hominum.

12

Spontanea gratia.

y.iiiij.

notificētiorē cōtigisse q̄ Alcibiadi, quòd ille coactis ciuibus redisset, ipse persuasus.

- 13 Posteaquā Demosthenes metu Antipatri profugisset in Calauriā insulā, seq̄ in Neptuni templo contineret, & Archias ex tragœdiarum histrione potens, illi blandis sermonibus persuadere conaretur, vt sese in Antipatri fidem committeret, non modo nihil passurum mali, verum etiā amplissimis muneribus honorandū. In scena, inquit, mihi nunquam placuisti histrio, neq̄ nunc persuadebis orator. At vbi cōmotus Archias minaretur se detracturum illum è templo. Tādē inquit, oracula Macedonica aperuisti. Nam prius histrionum more simulabas.

Acerbe.

- 14 Fertur aliquādo Corinthum nauigasse Demosthenē illectū fama nobilissimi scorti Laidis, vt & ipse famoso amore potiretur. At quū illa pro nocte stipularetur drachmarū decē millia, deterritus magnitudine pretij, mutauit sententiā, dicens: *ὄυκ ἀγχαίω τσουύτς μετανοήσαι*, id est, non emo tanti pœnitere: significās inhonestæ voluptati paratū esse comitem pœnitentiam.

Magno em
pra volu-
ptas.

- 15 Celebre est Pythæ dictum, orationes Demosthenis olere lucernā, quòd noctu scriberet meditaretur. β quæ dicturus esset. In id quum alius quispiam, qui ob furti suspiciōē vulgo male audiebat, petulantius inueheretur, Scio, inquit Demosthenes, nos tibi molestos esse, qui noctu lucernā accendimus, Fures enim amant tenebras.
- 16 Idem aduersus Demadē clamantē, Demosthenes me corrigere vult, sus Mineruam. At ista (inquit Demosthenes) Minerua anno superiore in adulterio deprehensa fuit. Adulteriū obiecit De

Salte.

madī, quum Mineruam poëtæ faciant virginem.

Idem Atheniensibus flagitantibus vt consuleret, obstitit dicens, ὃν συντίταγμα, id est non sum coactus in ordinem. Significans se non seruire populi affectibus, sed suo arbitratu facere quod faciendum iudicasset. 17
Fortitudo.

Ancilla quædam depositi nomine pecuniã acciperat à duobus hospitiibus, hac conditione, vt eam vtrisque simul redderet. Horum alter post tempus aliquod lugubri veste & squallidus socij mortem simulans, decepta muliere nũmos abstulit. Eo facto superuenit alter, & depositum repetere cœpit. Quũ mulier anxia de laqueo cogitaret, Demosthenes ei patronus adfuit, qui vt in aduocatione venit, sic aggressus est petitorẽ, Mulier, inquit, parata est depositi fidẽ soluere, sed nisi socium adduxeris, id facere nõ potest, quoniam vt ipse prædicat, hæc dicta lex est, ne pecunia alteri sine altero numeretur. Hoc ingenio seruauit miseram, elusitque nebulonum conspirationem, qui hoc egerant, vt eandem pecuniã bis acciperent. 18
Callide.

Cuidã percõtanti quid esset in eloquentia præcipuum, respondit, hypocrisis, hoc est, actio. roganti quid proximum, respondit actio. roganti quid tertium, nihil aliud respondit quã actio: tantũ tribuens pronunciationi, vt in ea totum sitũ existimaret. Actio autem multa complectitur, vocis moderationem, oculorum vigorem, vultus habitum, & totius corporis gestum. 19
Actio totũ.

Quũ Athenienses gestirent Harpalo ferre superpetias, sãmq; in Alexandrum armarentur, derepente apparuit Philoxenus, quem Alexander maritimis negotijs præfecerat: hic quũ populus metu 20
Temeritas

attonitus cōsilesceret, Quid facerent, inquit; Demosthenes, si solem videant, qui non possunt obtueri lucernā? Ita populo temerarios motus exprobrauit.

21 Quibusdam arbitrātibus Demadē iam desijsse se malū esse, iam enim, inquit, saturū videtis, veluti leones. Erat pecuniarum avidus Demades, Leones autem mitiores sunt saturi.

22 *Graviter.* Quum à quodam cōuitijs incessetur, Comitator, inquit, in certamen, in quo qui superior euaserit, inferior est: & qui vicerit, victus est.

23 *Vociferatio* Idem quum audiret oratorem quendā immodice vociferantem, Non, inquit, quod magnū est, bene est: sed quod bene est, magnum est: Hoc & alijs ascribitur. Sunt qui & conuiuia prolixa, ac plurimis instructa missibus existiment lauta.

LIBER QVINTVS.

E Quidē statuerā aliquot selectis, quos superioribus libris retuli, esse contentus: sed quoniam inuitabat aridens vndiq; dictorum memorabilium copia, simulq; veniebat in mentem, quā avidum ac famelicum huiusmodi deliciarū conuiuam accepissem, visum est quintum missum addere, repetito ordine, quem Plutarchus sequutus est.

CYRVS MAIOR.

Perfæ amant homines adunco naso, quos Græci grypos appellant, eosq; pulcherrimos esse putant, eo quod Cyrus, quo non alius regum populo fuit charior, eiusmodi specie nasum habuerit.

Est autem duplex gryporum genus, vñū cui statim à fronte nasus insurgit, quod Aristoteles putat esse signum impudentis animi, & ad quos refert: alterū cui curuatura nasi à frōte separata est, sed circa mediū intumescit, & ad extremū tēdēs vñci speciē præbet: id Aristoteles putat esse notā magnanimitatis, & ad aqlā ptinere.

Cyrus autem dicebat, Qui sibi nollēt prodesse, cogi vt alijs sint vsui: significans seruilī animo natos, sibiq; inutiles, eò imperio adigēdos, vt aliorum commodis inseruiant. Vulgus autem putat homines aquilino naso, & ad suum commodum cum primis attētos, & imperio magis quā seruituti natos: vnde & poētæ veteres aquilę regnū in omne autum genus tribuunt. Sed idem dicebat, Neminem debere suscipere principatum, nisi si melior his in quos susciperet. Sentiens hoc esse principis vñicum munus, alijs prospicere, & publicis consulere commodis: id autem nō potest, nisi qui sapientia, vigilantia, animiq; integritate cæteris antecellit. Hoc vero non præstat natiuitas, sed institutio recta & rerum vsus.

Quum Persę, quoniā regionē habebant montuosam asperāque, cuperent eam campestri ac molliore commutare, nō passus est Cyrus, dicēs, quemadmodum plātas ac semina, sic hominum mores ad regionis habitum immutari. Sentiens se velle duos homines & laboribus accōmodos, Nam mollis ac fertilis regio molles & ignauios gignit homines.

Cyrus abstinebat à cōspectu Pāthæ: & Aras po dicēti, mulierē esse insigni forma, dignā regis oculis, Ob isthuc ipsū, inquit, magis est ab il-

X
Princeps
virtute præ
cellit.

Z
Deliciae
es
mollium.

3
Castæ.

la abstinendū. Etenim si nūc tuo obtēperās cōsilio illā adiero quū vacat, fortassis illa mihi persuasura est, vt ad ipsam frequēter cōmeem etiā quū non vacabit, eiq; assideā neglectis serijs negotijs. Scite retorfit argumētū, regię functiōis memor.

D A R I U S.

Fortuna ad
uersa prouidentia
facit.

4 Darius Xerxis pater, in sui laudē dicere solet, sese praelijs ac rebus asperis reddi prudētiorem. Atqui talis prudētia nimio cōstat reipū. Præstat principem ē philosophiæ præceptis haurire sapientiam potius, quā experimentis miseram, vt vocant, colligere prudentiam.

Fauor arte
captatus.

5 Idem quum tributum indixisset subcētis, accersitos prouinciarū præfectos percontatus est, quū alijs de rebus, tum de tributis, essent ne grauiat: quum illi respōdissent, esse mediocria, iussit vt singuli dimidium exigerent. Quod præfectis moderatum videbatur, regis æquitati visum est dimidio plus satis. Maluit enim suos beneficio sibi cōciliare, quā exarmatos subigere. Stratagematis autem gratia in hoc sita est, quòd duplum imperauit eius, quod destinarat accipere. Si dimidium imperasset, nec quicquā remisisset, latuisset benignitas: nunc exacta dimidiāns effectit vt omnes sentirent beneficium.

Amico fido
nihil pretio
sua.

6 Quum aperuisset prægrande malum punicū, & quidam ab eo sciscitaretur, cuius rei tantū numerum habere optaret, quantus illic inesset granorū, respōdit, Zopyrorum. Is erat vir bonus ac Dario fidus amicus. Significans regi nihil prius, aut charius esse debere probis ac fidis amicis.

7 Is Zopyrus sibi nares & aures præcidit, itaq; dissimulans quis esset ad Babylonios transfugit,

fingens se à Dario crudelissime tractatū. Baby- Fides angli-
cia.
 lonij persuasi cōmiserūt illi præfecturam. Ille na-
 ctus occasionem Dario ciuitatem tradidit. Post
 ea Darius sæpenumero dicere solet, Se malle vnū
 Zopyrū integrum, q̄ centum Babylonas capere.
 Erat opulentissima ciuitas Babylon, tamen vnū
 amicū centum Babylonibus anteposuit. Ab
 hoc animo quantū abluunt principes quidā, qui
 Sannionem, aut equum, aut canem pluris faciūt,
 q̄ probum, fidelem, ac doctum amicū. Huius
 factū damnans rex dicebat, quòd turpissimo
 factō pulcherrimum nomen imposuisset. Vide-
 batur enim mira fides in regem, quū illum sum-
 ma afficeret tum iactura, tum molestia.

SEMIRAMIS.

Semiramis Carum regina, quæ Babylonē con- 8
 didisse dicitur, monumento quod sibi pararat in- Austris
 delusa.
 scripsit, Quisquis rex pecunijs eguerit, a pto mo-
 numento quantum voluerit capiat. Darius potis-
 tus ea ciuitate titulo credens, saxum ingens quo
 claudebatur monumentum, vix amolitus, nihil
 quidem inuenit pecuniarum, sed ex altero saxi
 latere hoc inscriptum reperit, Ni vir malus esses,
& pecunia inexplebilis, haudquaquā mortuorū
 loculos moueres. quanquam hoc aptius inter stra-
 tagemata, siue inter γελῶτα cōmemorandū erat.

XERXES ALTER.

Inter Xerxen Darij filium & Arimenē fratrem 9
 de regno erat contentio. Itaq; quū Xerxes intel- Humanitas
 plus valet q̄
 vis.
 lexisset fratrem ex Bactrianorum regione descē-
 dere, misit illi munera, & ijs quibus ea mandarāt
 perferenda, iussit vt ipsius verbis illi dicerēt, His
 in p̄sentia te honorat frater tuus Xerxes, quòd

si rex fuerit declaratus, eris apud ipsum omnium primus. Hac humanitate delinitus Arimenes contentionem remisit, ac fratri regnum adepti protinus adorationis honorem exhibuit, eiq; diadema imposuit. Xerxes autē illi proximum ab se locū dedit. Nec hoc video quid inter apophthegmata debeat recēseri, quā Plutarchus recēseat. Simile quiddā de Jacob & Esau legit in Hebræorum literis. Ira cōtentiōq; melius soluit blandis verbis & benignitate, q̄ repugnando.

10 Idem iratus Babylonij, quod à se defecissent, *Delict.* posteaquam illos in potestatem suam redegerat, interdixit ne ferrent arma, sed psalterijs tibillq; canerent, scorta alerent, cauponas haberēt, ac sinuosis tunicis vterentur, quo voluptatibus euasati non molirentur denuo defectionem. Nec hoc inter apophthegmata commemoraturus eram, ni Plutarchus recensuisset.

11 Quum importarentur ad illum Atticæ caricę venales, negauit se illas esurum, donec regione potitus esset quæ illas ferret. Tam ingens erat excelsi pectoris fiducia. *Fiducia sui.*

12 Quum vidisset vniuersum Hellepontum nauibus suis constratum, omnia littora atq; Abydenorū plana hominibus referta, iactauit se beatum, moxq; fudit lacrymas. Tam subitam mutationē admiratus Artabanus regis patruus, qui dissuaserat eam expeditionem, ausus est rogare causam. Tum Xerxes, Subijt, inquit, animū meum cogitatio, q̄ breuis sit hominum vita, quando ex tam numerosa multitudo post annum centesimum nemo superfuturus est.

13 Idem Græciæ bellū indicturus, cōuocatis omni

nibus Asiæ principibus dixit, Ne viderer meo tantum consilio hoc aggressus, contraxi vos: ceterum memento mihi parendum magis quam suadendum. Vox his tyrannica, & quod principum conventu pro furo abuteretur, & quod negotium multo periculosissimum sua unus cupiditate verius, quam consilio susciperet.

Idem quum à trecentis Lacedæmonijs ad Thermopylas vexatus esset, tantam militum ducem multitudinem, hoc se deceptum aiebat, quod multos quidem homines haberet, milites autem perpaucos. Sentiens non perinde referre, quam multos educas, sed quam exercitatos.

Græcorum exploratores in exercitu comprehensos, nullo affecit malo, quin potius iussos omnem lustrare exercitum illætos dimisit. Sit & hoc singularis fiduciæ exemplum, cur apothegma dici debeat non video.

ARTOXERXES.

Artoxerxes Xerxis filius, cognomēto Longimanus, quod alteram manum haberet longiorē, dicere solet, Regalius esse addere, quam adimere. Sentiens principē digni⁹ esse, honorē & opes eorum quibus imperant augere potius quam minuere.

Idem permisit, ut ex his qui secum venabant, qui possent ac vellent, ante regem iaculum emitterēt. Sit hoc comitatis exemplum, quid ad apothegmata pertineat non video.

At is qui in venatu fuit comis, tam erat mitis in disciplina militari. Nam ducibus qui deliquissent, pro eo quod solent flagris cædi corpora, iussit ut pro corporibus vestes illis detractæ cæderentur, utque pro eo quod solet illis velli caput, tiara deposita

velleretur. Ne hoc quidem ad apophthegmatum
fodalitatem pertinet.

19 *Iuste & co-
mūter.* Quū Satibarzanes Artoxerxis à cubiculis, qd-
dā minus iustū ab ipso peteret, sentirētq; rex il-
lū hoc facere sollicitatū triginta Daricorū milli-
bus, quæstori ærarij sui mādauit, vt Daricorū tri-
ginta milia ad se deferret, ea dedit Satibarzani di-
cēs, Accipe, inqt, ô Satibarzanes, Nā hæc tibi quū
dedero nō ero pauperior, iniustior futurus, si illa
quæ petebas fecissem. Cōmētus est rex egregi⁹,
vt nec amicū cōtristaret, nec à iusto desisteret.

CYRVS IUNIOR.

20 *Cyrus Iunior Lacedæmonijs vt secū societate
inirent potius q̄ cum fratre, hac oratione sese cō-
mendauit,* Aiebat sibi cor longe grauius esse q̄
fratri, plus illo meri bibere, meli⁹q; ferre quā
illum. Nam illum vix in venatu posse in equo se-
dere, vt non excutiat in rebus acerbis, ne in sel-
la quidē. Sciebat enim Lacedæmonijs inuisos es-
se molles ac rimidos. Hortabatur insuper vt vi-
ros ad se mitteret, pollicens se peditibus daturū
equos, equitibus currus, agrū possidētibus se da-
turum vicos, vicos qui haberet eos se facturum
vrbium dominos: ceterum aurī argentiq; vim
tantam, vt nō possent numerare, sed pēdere co-
gerētur. Nimirū hoc erat quod dixit Artoxerxes,
regalius esse addere, q̄ adimere. Si quis princeps
nunc talia polliceretur, vereor ne totam Germa-
niā breui visuri simus vacuam.

21 *Animose.* Cyro conflicturo cum hoste loco qui dicitur
Cumax, Clearchus suasisit, vt se post Macedones
contineret, nec sese in bellī discrimen conijce-
ret, Quid ais, inquit, Clearche? iubēsne

Quid ais, inquit, Clearche? iubesne ut quum regnum appetam, regno me indignum ostendam?

Phocals ex Ionia, parentibus honestis orta, ingenueq; educata, ad regis cenam cum alijs mulieribus admissa, ceteris regios iocos ac lusus hilariter excipiētib; nec refugiētib; ab illo tangi, sola tacite ingressa ad lectū cōstitit, nec vocātī Cyro paruit. Cubicularijs autē tentātib; illam adducere, Flebit, inquit, quisquis horū mihi manus admouerit. Ob hęc quū à ceteris agrestis & incomis haberetur, Cyrus gaudēs, & cum risu verus ad illum qui mulieres adduxerat, Non intelligis, inquit, te hęc vnā ingenuam & incorruptā adduxisse? Postea ad hanc in primis adiecit animum, vnicęq; adamauit, sapiētem appellans. Apud barbaros, mulieres attigisse, constuprasse erat.

ARTOXERXES ALTER

Artoxerxes huius Cyri frater, cognomēto Memor, non solū seipsum affatim prębuit adire volentibus, verum vxorem legitimā iussit sublati currus aulcis vehi, ut ijs qui eam conuentam vel lent, etiam in itinere pateret aditus. Laudo quidem affabilitatis exemplum, sed quid hęc ad apophthegmata?

Idem quū pauper quispiam insigni magnitudine malum obtulisset, hilariter accipiens, Per Mithram, inquit, (sic enim Persę solē appellant) hic mihi talis videtur esse, ut si quis ei cōmittat ciuitatem, possit eam ex parua magnam reddere.

Rusticus quidam videns ad regem varia deferri donaria, nec aliud habens quod largiret, vtracę caua manu haustā è proximo flumine aquam illi obtulit vultu lætī. Rex lætatus, iussit illi dari

22

Pudice

23

Affabilitas

24

25

Munus in
tēpore dat
tum.

phialam aureā, ac mille Daricis donauit hominē.

26 Fames con-
dignētum.

In fuga quadā quum direpto illius cōmeatu,
aridis ficis & hordeaceo pane vesceretur, dii boni,
inquit, cuiusmodi voluptatis hacten⁹ iexpert⁹ fuisset

27 Maledicere
regi, non
tutum.

Quum Aclides Iapson multa in regem licenter
& contumeliose diceret, hactenus tum vltus est
maledicum, vt per tribunum militum denuncia-
ret, ei licere in regem quæ vellet dicere: sibi vero
in illum licere quæ vellet & dicere & facere.

28 Fatuus ola
licent.

Teribazus in venatu Persicā vestem dilacera-
tam ostendit, cōsulens quid faciendū esset: respō-
dente rege, aliam induendā, Tuam igitur, inquit,
mihi tradas oportet. Rex suam tradidit, dicens,
Dono do tibi hanc vestem, sed gestare prohibeo.
Teribazus vir minime quidē malus, sed leuis præ-
cipitissq; consilij, neglecta regis monitione vestē
induit, muliebrib⁹ etiam ex auro donis, quæ à re-
ge acceperat, exornatam. Hoc cæteris omnibus
indigne ferētibus, nam ridere nefas erat, rex ef-
fusus ridens, Tibi, inquit, vt mulieri aurum, vt in-
sano regiū amictum ius potestatiq; cōcedimus.

29 Men⁹ in re-
pore datū.

Artoxerxi iā siti deficiētī, Peribarzenes eunu-
chus quum aliud non liceret, à rustico quopiam
sordidū vtrem detulit, putris aquæ cotylas octo
cōtinentē. Eam aquā quum rex totam ebibisset,
rogatus ecquid illi placuisset ille potus, deos testa-
tus est, se nunquā vinum potasse iucundius, nec
vllam aquam quanuis purissimā sibi visam sua-
uiorem. Ac post nactus eum hominem qui eunu-
cho aquam dederat, è paupere diuitem fecit. T^o
ti refert in tempore dare munus.

PARYSATIS

30 Parysatis Cyri & Artaxerxis mater præcipere

solet, vt rex palam ac libere loquuturus, verbis Diffidit in
terpretes.
Seueritas
verbis tenu
perata.
byssinis vteretur, hoc est magnificis ac mollib⁹,
quo sermonis blandicies rei mitigaret asperitatē.
Reges bysso vestiuntur, sed talem decet esse re-
gis orationem, qualis est amictus.

ORONTES

Orontes Artaxerxis regis gener, quum ab iras 31
Fauor regis
tēpotariuse
to rege reiectus & condemnatus esset, Quemad-
modum, inquit, supputatorum digiti nunc infini-
tum numerum, nūc vnum tantū possunt ponere:
sic regum amici, nunc quiduis pollent, nunc quās
minimum. Olīm digitis subducebatur ratio, quē
admodum nunc calculis.

MEMNON DVX

Memnon quo tempore bellum gerebat aduers 32
Maledictio
tia.
sus Alexandrum pro Dario rege, militem quen-
dam mercenariū multa conuicia petulanter faci-
entem in Alexandrū, hasta percussit, Ego, inquit
ena, te alo, vt pugnes cum Alexandro, non vt illi
maledicas.

AEGYPTII

Aegyptiorum reges iuxta regionis illius cōsue 33
Iudices in
corrupti.
tudinem, iudices ad iusiurandū adigebant, vt etiā
si quid rex iuberet eos iudicare quod iustum non
esset, ne iudicārēt. Tanti referre putabāt, vt po-
pulus iustos haberet iudices. Porro potentiae fero-
ciaeque regie opposita est iurisiurandi religio: q̄ ada-
ctum videri nō poterat, quū ab ipsis regib⁹ exi-
geret. At qui fieri potest vt ciuitas iudices habe-
at incorruptos, vbi iudicādi potestatem magno vē-
dit princeps.

POLTYS

Poltys Thraciae rex Troiani belli tēpore, quū 34
Amor sine
sanius.
Troiani pariter & Græci legationem ad ipsum

PARYSATIDIS

misissent, auditis vtriusq; pronūciauit, vt Alexāder redderet Helenam: & a se pro vna duas formosas abduceret vxores. Sapiisset Paris, si hoc fecisset. Nā vna satis fruitus, habuisset duas nouas, & patriæ cōsuluisset. Quis autē nō miretur Græcorū humanitatē, quibus sat erat futurū, si tātum redderetur quæ cum adultero tam diu dormierat!

TERES

35 Teres Sitalci pater dicere consuevit, Quoties Belli studi-
um, esset i ocio, nec militia exerceretur, se nihilo meliorem esse equisonibus. Hæc vox quid aliud sonat, q̄ barbaricam immanitatē, quali pacis tēpore delit quod agat bonus princeps!

COTYS THRACIAE REX

36 Cotys ei q̄ dono miserat pardalim, vicissim dono misit leonē, malā bestiā æque mala repēsans. par pari.

37 Quū esset natura celer ad irā, sæuūq; castigatorem corum qui in ministerio deliquissent, hospes quidā ad illum detulit vascula fragilia tenuisq; sed scite curiosq; celte tornōq; elaborata. At is hospiti quidem dedit munera, cæterum vascula omnia cōfregit. demirātibus quorū id faceret, Ne, inquit, sæuiam in eos qui fracturi erant. Prudentis est, naturæ suæ morbū agnoscere, & vitio materiam præripere. Irae subdola
cenda occasio

38 Idem vbi cognouit q̄ Atheniēses honoris gratia ciuē ipsum suę ciuitatis declarassent, pro auxilio qd̄ illis aduersus Dorienses impenderat, gratiā reponere studētes, Per Iouē, inquit, & ego illis vicissim meæ gēris ius dabo. Sētiens nihilomin⁹ honorificū esse, Thracē, q̄ Atheniēsem appellari. Sua cuiq;
patria chara

IDATHYRSVS SCYTHA

39 Idathyrsus Scytharum rex, in quē arma mouit

Darius, suavitatis Ionum regibus, ut Histrici pontis Seruitus
gratas
iunctura soluta fugientes, sese in libertatem vindicarent: qui quum id facere recusaret, ne violaret fidem qua Dario erant obstricti, vocavit illos frugimancipia, & ἀδ' ὀσα, hoc est, qui fugere nollent, Nā hæc non minima laus est seruatorum, nolle fugere si liceat: at nolle tyrannicam seruitutem commutare libertate si detur opportunitas, animi seruilis est.

ATEAS SCYTHA

Ateas hunc in modum scripsit Philippo, Tu quis 40
Miles durus
de imperas Macedonibus bellandi peritis, at ego Scythis, qui & cum fame & cum siti pugnare valeant. Significans hac parte Scythas ad bellum esse magis idoneos.

Idem quum fricaret equum suum presentibus 41
Rex equis
fricans
Philippi legatis, percontatus est illos, num idem faceret Philippus. Sentiens se tanto meliorem bello quam esset Philippus.

Id quum Ismeniam tibicinem optimum in bello 42
Scytha
ἀμουσ
cepisset, iussit illum canere: ac ceteris admirantibus ipse iuravit per ventum & Acinacem, sibi iucundius esse, audire hinnitum equi.

SCILVRVS SCYTHA

Scilurus octoginta liberos masculos habens, 43
Concordia
fratrum
quum esset moriturus, fasciculum iaculorum singulis porrexit, iussitque rumpere. Id quum singuli recusassent, eo quod videretur impossibile, ipse singula iacula exemit, atque ita facile confregit omnia: filios admonens his verbis, Si concordes eritis, validi inuictique manebitis: contra, si dissidiis & seditione distrahemini, imbecilles eritis, & expugnati faciles. Non potuit Scytha magis Scythice rem ob oculos ponere.

Pidda

44 Gelo Siciliae tyrannus, debellatis apud Imeram Carthaginensibus, in pacis foedere compulit illos & hoc acceptis conditionibus adscribere, ne posthac filios suos Saturno immolarent. Solet enim ea gens infantes suos aeneae Saturni statuae cauae, & intus incense, in sinum ponere, qui velut in dei complexu enecabantur. Id ut Saturno gratum putarent effecit fabula, quae narrat illum omnes uxoris filios deuorare solitum. Nam & Iouem deuoraturus erat, nisi pro puero saxum supposuissent.

Agricultus
ea militaris

45 Idem Syracusanos frequenter ad agriculturam educere solet, sed non aliter instructos, quam si ad bellum iret, quod simul & agrum meliores redderentur cultura, nec ipsi deteriores fierent ocio. Et hoc stratagema dici meretur potius quam apophthegma.

Solertes

46 Exigebat pecuniam a suis ciuibus: quos ubi videret tumultuantes, ait se petere mutuo, quippe redditurum. Ita volentes dederunt, atque ille peracto bello reddidit. Hoc artificio perfecit, ut pecunia non deesset ad bellum necessaria, nec ciues haberet minus beneuolos.

Artes, regis

47 In conuiuio quum lyra circumferretur, caeterique ordine canerent: nam id apud Graecos honestum habebatur: ipse equum iussit induci in conuiuium, facileque ac leuiter in illum insilijt: significans hoc esse regium, quam lyra canere.

48 Quum Athenienses condiciones pacis a Gelone delatas recusarent, multaque de suae gentis antiquitate praestantiaque iactarent, Gelo respondit oratori, Hospes Atheniensis, apud vos qui praesentem habetis, qui subsistentem non habetis. Proinde quando totum retinere mauultis quam partem cedere, quam

ocysime hinc abite, renunciaturi Græciæ, ver illi ex anno exaruisse: significans optimam ac florantissimam copiarum partē illis defuturā. Suum enim exercitum veris nomine signavit.

HIERON

Hieron qui Geloni successit in regnum, neminem qui libere apud se loqueretur, importunum aut molestum esse dicebat: ceterum qui arcanum efferret, eos existimabat etiam illos lædere, apud quos effutirent, eo quod odimus non solum illos qui efferunt, verum etiam eos qui audierunt quæ nollemus illis audita esse.

Quidam exprobrabat illi oris graueolentiā. At ille cum vxore expostulauit, quod id sibi nunquam indicasset. Tū illa, Putabam, inquit, viros omnes ad eundem olere modum. Eximium pudicitie argumentum, quæ nulli viro tam vicina fuerit, ut oris halitum sentire posset, præterquam vni marito.

Xenophani Colophonio de pauprate sua querenti, quod ægre duos aletet famulos, At Homeerus, inquit, quem tu carpis, etiam mortuus alit plusquam decem hominum milia: & tu qui vis illo videri doctior, vnus non alis duos? Erant illis quoque temporibus qui carpendis illustrium virorum operibus gloriam aucuparentur.

Idē Epicharmo comico poetæ, quod præsentem ipsius vxore dixisset quiddam inhonestum, multam dixit. Epicharmus Siculus erat, iuxta regionis naturam plurimi ioci. At rex tantum iudicauit esse tribuendum reuerentiæ coniugio, ut crimen existimaret, audiēte vxore iocari lasciuus.

Idem quā aliquot è familiaribus occidisset, paucis post diebus Epicharmum vocauit ad cenam,

= iiij

1
Garull

2
Pudicitia

3
Carptores
alienæ fam
mæ

4
Castas

5
Libertas
stulta

cui ille nimium libere, At nuper, inquit, quum immolares amicos, nō me vocabas. Solent qui sacrificant, splendidum epulum apparare, adq; id rogare amicos. Periculosa libertas, quæ plus laudis adfert ferenti quàm dicenti.

DIONYSIUS

1
Omen cō,
mode iteri
pretatum.

Dionysius quum magistratus per literas sorte crearentur, & ipsi cōtigisset litera M, dicenti cui dam per iocum, *μωρολογῶς*, id est, Morio es Dionysi. Imò, inquit, *μοναρχίσω*, monarcha ero. Et adeptus magistratū, protinus Imperator electus est à Syraculanis. Magni erat animi, quod illo ioco non offenderetur, contentus omen literæ secus interpretari.

2
Regrandi
dulcedo.

Quum autē in initio regni regia ipsius obsideretur, coniuratis in illum ciuibus, & amici aures essent vt imperiū deponeret, ni mallet captus interfici: ille conspicies bouem à coquo mactatū illico cōcidere, dixit. Quū mors adeo breuis sit, an nō absurdū sit, nos metu mortis tale regnū relinquere? Quanta regnādi libido pectus illius occupat, qui principatum morte bene emi putarit?

3
Adulteriū
in regia
hauri.

Quum intellexisset filium cui principatum relinquitus erat, ingenui viri coniugē adulterasse, iratus interrogauit, an vnquā tale quicquam in patre cōperisset. Hic adolescēs, Tu enim, inquit, nō habebas patrē regem. Nec tu, inquit Dionysius, filium regē habiturus es, ni talia perpetrare desinas. Tyrānus in filio dignū exheredatione crimē iudicabat adulteriū, qui hodie magnatū ludus est.

4
Liberalitas
regia.

Rursus quum ad filium ingressus conspexisset vasculorū aureorum & argenteorū magnā vim, exclamans, Non est, inquit, in te regius animus,

qui his poculis quæ à me tam multa accepisti, ne minem tibi amicum feceris. Sentiens abiq; ciuū beneuolentia regnum nec parari, nec teneri. Beneuolentiam vero maxime conciliat benignitas. At iuuenis rerum imperitus, putabat esse felicius habere argentum & aurum, quàm amicos.

Exegerat pecunias à Syracusanis, deinde quum 5
videret illos lamentātes, obsecrātes, ac negātes se Nudus non
metuit.
habere quod darent, indixit alterā exactionē, idque iterū ac tertio fecit. At posteaq; ubi maiorē summā imperasset, audiret illos in foro obambulātes ridere, & scommata in regem facere, iussit præfectos ab exigēdo quiescere. Nunc enim, inquit, nihil habent, posteaquam contemnunt nos.

Mari suæ præter ætatem nubere cupienti, 6
Cisilia, inquit, o mater iura violari possunt, naturæ Nuptiæ iræ
tēpēstiuæ.
tus nequaquam. Significans contra naturam esse si vetula quæ iam parere non potest, nubat. At hodie nubunt septuagenariæ.

Quum in aliorū scelerū patratōres seuerè animaduertēret, vestiū furib⁹ parcere solebat, ut Syraculij cœnare inter sese & inebriari desinerēt. Solent enim lopodytæ, id est vestiū fures, in balneis frequētibusque conuiujs venari. Quæadmodum autem in balneis vestes deponuntur, ita in cōuiujs summæ vestes abijci solent, ut togæ, palliæq;.

Hospes quidā aiebat se velle cū Dionysio priuatim colloqui, demonstraturum enim quomodo posset præscire quinam ipsi molirentur insidias. 7
Rex admisit hominē, iussitq; dicere semotis arbitris. Temulētia
castigata.
At ille, Da mihi, inquit, talentū, ut existimes ris à me audisse insidiatorū indicia. Dedit, ac simul lauit sese audisse, admiratus hominis commentū, 8
Fuc⁹ ut illis.

Nā fucus ille vehementer utilis erat ad deterren-
das insidias. Sunt qui narrent Maximilianū Cæ-
sarē simili arte simulasse magicas artes, indusia,
gladiosq; fortunatos, genios anulis inclusos, quo
facinorosis & hostibus esset formidabilior.

9 Ocium rege
indignum Cuidā percōranti nū esset ociosus, Absit, inqt,
vt hoc mihi vnq̄ accidat. Sēsit turpissimū esse re-
gē vacare vnq̄ à reip. negocijs. Vbi sunt igit̄ qui
bonam diei partem alea nugisque transigunt!

10 Elricatū
ēdonatur, Quum ad eū delatum esset, duos adolescentes
inter pocula multa conuitia tum in ipsum, tum
in eius tyrannidem dixisse, ambos vocauit ad cœ-
nam, & animaduertit alterum largius potū mul-
ta nugari, alterū raro cautēq; bibere: illum dimi-
sit, vt qui natura vinolentus per temulentiam ma-
ledicus fuisset: hūc interfecit, vt q̄ studio maleuo-
lus & hostis esset. Præclarū exēplū prudētissimi
principis. sed quid hoc ad apophthegmata?

11 Inuidia in
allum deris-
tata Expostulantibus quibusdam, quod honore di-
gnaretur, cæterisq; præferret hominē improbum
ac ciuibus inuisum, Volo, inquit, esse, quē me ma-
gis oderint. Agnouit ingenium multitudinis, si sic
in quem inuidiam odiumque deriuent, mitiores sunt
in principem. Eōq; videas nonnullos monarchas
quibusdam, quos tamen ex animo nō amēt, pluri-
mū dignitatis & autoritatis pmittere, vt ipsi tu-
tiores sint à furore multitudinis: qui si extiterit,
habent victimam qua ciuium iram mitigent.

12 Tyrannidē
mitigat his
beralibus Corinthiorū legatis ad se missis, donaria prout
mos est obtulit: quæ quum illi negarent se acce-
pturos, eo quod lex esset apud ipsos vetās ne le-
gatione fungētes munera acciperent à principe,
Rem, inquit, absurdam facitis, qui quod vnū bo-

num habet tyrānis, hoc tollitis, dū docetis etiam beneficium à tyrānis accipere periculosum esse. Ille grauem cōtumeliā iudicabat oblata recu- sare munera, quū hac vna re tyranni se possint as- lris cōmendare. Tyrānidē enim adeptis superest vt potētiae inuidiā munificētia comitatēq; leniāt.

Quū audisset quendam è ciuibus aurū habere domi defossum, id ad se deferri iussit. Verū post- eaquam is suffuratus auri paululum in aliā urbē cōmigrasset, ibique mercatus esset agrū, reuocato Dionysius totum aurū reddidit, vt qui iā diuitijs vti cōpisset, desissetq; rem vtilē inutilem redde- re. Satis declarauit, se non aurū alienū appetisse, sed hominis morbū sanare voluisse: simul vsum auri legitimū demonstrauit, si in agricolationem impendas potius quā in vsuram.

Dionysius dicere solet, se à sapientibus amicis sibi cauere, quando certum haberet, ne ex his quidem esse quenquam, quin imperare mallet q̄ feruere.

Idem quū intra regiā sacrū ex more peragere- tur, p̄cōcōq; sicuti cōsueuit, precaretur, vt p̄ mul- ta tēpora incōcūsum duraret imperiū: Nō tu de- fines, inquit, abomināda nobis imprecari? Sētens potius à dijs optandam bonā mentem, q̄ ea quæ nihil conferunt ad hominis felicitatem.

Tescha Dionysij soror nupta Polyxeno, post- eaquam maritus metu tyranni p̄fugerat, & rex sororē accusaret, quòd conscia fugæ mariti non indicasset: Adeōne, inquit, Dionysi me vilem ab- iectique animi foeminā iudicas, vt si sensissem il- lum moliri fugam, non me illi nauigationis & o- mnium fortunarum comitem additura fuerim?

13

Auro bene
vtili

14

Sapientes in
uili tyrānis

15

Quid opte-
di a deo

16

Vxor casta

17 *Par pars.* Egregium quendam citharœdū magnificis promissis ad se pellexit, iubens vt quā optime caneret. Nam quo scitius caneret, hoc plus laturum præmij. Quum ille per dies aliquot accurate cecinisset, nec quicquam daret rex, cœpit flagitare mercedē. Tum Dionysius asseuerat, se mercedē quam pollicitus fuerat, bona fide soluisset. Qui, inquit ille: ne nūmus quidē mihi datus est. At dedi, inquit Dionysius, voluptatē pro voluptate. Neq; enim, ego te minus delectaui spe, q̄ tu me cantu.

18 *Amicorum fides.* Idem admiratus egregiam fidem Damonis & Pythiæ, Rogo, inquit, vt me quoque in vestram amicitiam recipiatis. Alteri tyrannus destinabat diem necis: quumque is pauculos dies petisset rerum domesticarum ordinandarū gratia, hac lege impetrauit, vt alter vas amici fieret ea condicione, vt si ille non redisset ad diem præscriptum, hic plecteretur. Redijt autem ad diem, mori malens, quā amicum fallere. Ita seruatus est vterque, ac regis amicitia decoratus. Tantum valet egregia virtus etiam apud tyrannos.

19 *Templum felix.* Sacrilegia sua solet facietis dictis obtegere. Locris Proserpinæ templum spoliarat: mox quum classis illius secundo vento nauigaret, Videtis, inquit, quā prospera nauigatio à dijs immortalibus detur sacrilegis. Ex hoc colligens, aut nō esse deos, aut illis non esse molesta sacrilegia.

20 *Facetas pacitas* Iouī Olympio detraxit magni pōderis aureum amiculum, quo cum Hieron ē manubijs Carthaginensium ornauerat: proq; detracto aureo laneū illi pallium iniecit, ita cauillans, Aureum amiculum æstate graue est, hyeme frigidum, laneū ad utrunq; anni tempus accommodatius esse.

Epidauri Aesculapio barbā auream detraxit, quōd negaret decorum, patrem Apollinem imberbem, ipsū vero barbātum conspici. Aesculapius fingitur Apollinis filius, Apollinem autem semper imberbē facit theologia poetica, Aesculapium barbātum: significans in medico multarum rerum vsum.

21
Barbatū
medici

Mensas aureas atq; æreas dijs dicatas è phanis sustulit. Has inscriptio ex more Græcorum testatur esse bonorum deorum, ne quis manum admoliretur. At ille cauillatus est, se deorum bonitate vti. Nā boni dij dicunt, q̄ oibus benefaciāt.

22
Anathemata

Idē victorias aureas, pateras, & coronas, quę simulacra porrectis manibus sustinebāt velut offerētia, tollebat, dicēs, se oblata accipere nō eripere: addēs, per absurdū esse, à quib⁹ quotidie bona flagitamus, ab his vltro porrigētib⁹ nolle accipere.

23
Ludibrium
facilegiis
additum

DIONYSIVS IUNIOR

Dionysius Iunior dicere solet, se multos alere sophistas, nō quōd illos admiraretur, sed quōd p̄ illos admirabilis esse studeret. Sciebat populū de illis tanquā de viris doctis magnifice sentire. hac persuasione callide abutebatur ad conciliandum sibi multitudinis fauorem. Eadem arte fortasse principes quidā alunt in palatijs suis viros eruditionis & sanctitatis opinione venerabiles, vt populus arbitretur horum consilijs geri pleraq;.

X

Quum Polyxenus dialecticus Dionysio diceret: Ego te conuincō. Nimirum verbis, inquit: at ego te re ipsa cōuincō, qui tuis relictis me meaq; colas. Significans illū à schola ad aulam, à philosophis ad tyrannum transisse, non facturum, nisi hanc vitam illa iudicasset beatiorē.

Z
Res verbis
efficacior

3 *philosophia in aduersis.* Posteaquã regno fuit expulsus, cuidam dicenti: Quid tibi Plato & philosophia profuit? Ut tãtam, inquit, fortunæ mutationem facile feram. Neq; enim sibi manus admouit, quod alij solent, sed Corinthi ludum literarium aperuit.

4 *Prudenter.* Percontanti qui factũ esset, ut quum pater ipsius tenui fortuna ac priuatus sibi Syracusanę ciuitatis principatũ parauerit, ipse regis filiũ, & regnum hæreditate acceptũ amiserit. Quoniã, inquit, pater rerum potitus est quum iam in odium venisset popularis gubernatio: ego quum inuidia laboraret tyrannis, principatum suscepi.

5 Alteri cuidam hoc ipsum percontanti, compẽdio respondit, Pater, inquit, mihi regnum suum reliquit, nõ fortunam. Non omnia omnibus æque feliciter cedunt.

AGATHOCLES

1 *Dignitas industria parata.* Agathocles figulo patre natus fuit. Is vero quũ Sicilia potitus esset, rexq; declaratus, solitus est in mēsa fictilia pocula iuxta aurea ponere, eãq; iuuenibus ostendēs dicere, Quũ antea talia fecerim, cõmonstratis fictilibus, nunc per vigilãtiam ac fortitudinem talia facio, cõmonstrans aurea. Non puduit pristinæ fortunæ, sed gloriosius existimauit regnum virtute partum, quã si hæreditate obuenisset. Nam regẽ nasci nihil magni est, at regno dignum se præstitisse, maximum est.

2 *Maledictiõs.* Quum obsideret urbẽ quandam, quibusdam e muro conuitia in ipsum iaculãtib; dicẽtib;sq;, Figule, vnde militibus tuis petsoles stipẽdium? Ille placidũ ac ridens respõdit: Quum hanc cepero. At quum urbe vi potitus esset, venderẽtque captiuos: Si me, inquit, denuo cõuitijs affeceritis,

apud heros vestros querar de vobis: ciuilitate illis
exprobrans & intempestiuam maledicentiam, &
seruitutem maledicentiae praemium.

Ithacensibus nauas ipsius apud eum deferentes ³
tibus, quod ad insulam appellentes pecora quae ^{Lepide:}
dam abegissent: At vester, inquit, rex quum ve-
nisset ad nos, non modo pecudibus abreptis, verum
ipso etiam pastore exoculato recessit. Alludens
ad fabulam de Vlysse, qui Cyclopem Polyphes-
mum excæcauit.

DION

Dion qui Dionysium regno expulit, quum ac-
cepisset Calippum, cui & inter hospites & ami-
cos suos fidebat maxime, sibi moliri insidias, non
potuit inducere animum, vt illum conuinceret,
dicens, Mori satius esse, quam viuere, si non ab ho-
stibus tantum, verum etiam ab amicis cauendum
esset. Dignus erat optimis amicis, qui mori prius
habuerit, quam amico diffidere.

Idem exul quum Pteodoti Megarensis opera ²
opus haberet, & ad aedes illius veniens, videret ^{Modeste:}
illum ob negociorum magnitudinem ægre quæ-
quam admittere, amicis ob id indignantibus di-
xit. Quid hunc incusamus? Nonne & ipsi quum
Syraculis essemus, eadem faciebamus?

ARCHELAVS

Ab Archelao in conuiuio quodam familiaris ¹
quidam, sed parum humanus, petijt sibi dari pocu- ^{Ab altero}
culum. Archelaus autem illico mandauit puero, ^{petitiu, ab}
vt hoc poculum daret Euripidi. Id factum ad- ^{terti datu.}
miranti postulatori, Tu quidem, inquit, dignus
eras qui peteres, nec acciperes: at hic dignus erat
qui acciperet vel non petens. Significans alteri

hoc tribuisse regiam familiaritatem, vt auderet quiduis petere : at Euripidis boni viri pudorem hoc mereri, vt vltro donaretur aliquid.

2 Garrulitas. Idem tonfori garrulo subinde roganti, quomodo te rado, ò rex! Silendo, inquit. Alter aliud responsum expectabat, & hinc dicti lepos. Quidam sunt in curatione morosi. Archelao satis erat si sileret. Nobis autem interdum etiam cū ebrijs paritèrque loquacibus res est.

3 Ciuilitèr. Quum Euripides in conuiuio formosum illum Agathonē amplecteretur deoscularèturque, cui iam barba prouenire cœperat, Archelaus amicis dixit. Ne miremini nam pulchrorum etiam autumnus pulcher est. Ciuilitèr excusauit amicum apud amicos.

4 Apte retortum. Timotheus citharœdus quum ingens præmiū ab Archelao sperasset, ac minus speratis accepisset, palam illum inculabat: proinde aliquādo canens hanc particulam, Tu vero terrę filium argētum laudas: nutu regem denotauit. at Archelaus succinuit, Tu vero petis. In Græcis verbis plus est gratiæ, ob vocum affinitatem, αἰνῶς, αἰτῶς, id est, laudas, petis. Turpiter petit, qui non probat quod petit.

5 Leniter. Quum à quodam aqua conspersus esset, amicis illum aduersus eum qui hoc fecerat inflāmantibus, Imò, inquit, nō me conspersit, sed eum quē me esse putauit. Quid hac moderatione ciuilius! Hoc exemplo facile decet ignoscere, qui licet in præpotentem, tamen imprudentes delinquant.

PTOLEMAEVS LAGI FILIUS

6 Frugalitas regia. Ptolemæus Lagi filius plerunq; apud amicos & cenare solet, & dormire. Quod si quando illos

vicissim acciperet cœna, amicorum rebus utebatur, commodato sumens ab illis pocula, aulæa, & mensas. Ipse vero sibi non parabat plura quàm exigeret necessitas, sed regalius esse dicebat ditare, quàm diuitem esse.

Idem quum peragranti Aegyptum, comitibus non consequutis, cibarius in casa panis datus esset, negavit ullũ cibum vnquã sibi visum suauiorẽ. Aderat enim optimum condimentum fames.

2
Fames con
dimentum.

Quum grãmaticum notasset inscitiam, quærens ab eo, quis esset Pelei pater, vicissimq; audisset, dic tu prius, quis sit Lagi pater: amicis inuitantibus ad tantæ improbitatis vindictam, Si regium est, inquit, nõ pati vt à quoquã dicto attingatur, nec illud regiũ est, quẽquã dicto laceßere. Inique petit vindictã, qui prior laceßiuit, cuiuscunq; dignitatis fuerit. Nec suę dignitatis meminisse debet qui referitur, quum eius prerogatiuam laceßendo deposuerit.

3
Lenitas res
gia.

XENOPHANES

Xenophanes Lagi filius, quũ ipsi Hermoneus timiditatem obijceret, quòd nollet secum tesseri ludere, Fateor, inquit, me non solum meticulosum, verumetiam vehemẽter meticulosum, sed aduersus inhonestã. Honestã formidolositas est, quæ deterret à turpibus.

1
Timiditas
laudata.

DEMETRIVS ANTIGONI FILIVS

Quum Rhodum obsideret Demetrius, & in suburbio cepisset tabulam quandam Protogenis clarissimi pictoris opus, in qua pinxerat Ialysin, id est Bacchum, Rhodijs per caduceatores obserantibus vt tabulæ parceret, respondit, se citius patris imagines quàm eam picturam aboliturũ.

1
Honos arti
habitus.

A

Tantum honoris habuit arti rex.

2 *Helepolis.* Idem foedere cum Rhodijs isto, Helepolis, id est machinam quandā à capiendis vrbibus ita dictam, apud illos reliquit, quæ simul & regis magnificentiā, & illorum fortitudinem testaretur. Nec hoc inter apophthegmata recēsendum erat. Cæterum monumentum illud admonebat, Rhodum à Demetrio magnifice oppugnatā, ac Rhodios fortiter patriam defendisse.

3 *Victor benignus.* Atheniensium qui defecerāt, urbem quum cepisset, eaq; grauius rei frumentariæ penuria laboraret, protinus conuocata concione dilargitus est illis frumentum gratis. Quumq; his de rebus loquens apud populū barbarissimū cōmisisset, vocem quāpiam secus quā oportuit pronūcians, & quidam è confessu quomodo sonāda fuisset dictio loquentē interpellans admonuisset, Pro hac, inquit, correptione, altera quinquaginta medimnorum millia vobis addo. Vtrū in hoc potius miremur, benignitatē in eos qui modo fuerāt hostes: an ciuitatē, qui corrigentis officium non tantum boni consuluit, verum etiam tanta mercede dignum existimauit?

4 *Philosopho honos habitus.* Demetrius quū Megaram occupasset, Stilbonem philosophum accersitum rogauit, num quis militum aliquid rerū abstulisset. Nullus, inquit: Neminem enim vidī qui scientiam raperet. Sentiens sola animi bona non esse bellorum violentiæ obnoxia.

5 *Salte.* Rursus quum Demetrius abductis omnium ciuium seruis Stilbonti diceret, Ciuitatem vestram liberā vobis relinquo: Recte, inquit Stilbon, nullum enim in ciuitate seruum relinquis.

Lyfimacho Demetrium impetente conuitijs, 6
dicentēq; Lamiam sibi viſam, meretricem de ſce
na tragica prodeūtem. hæc erat amica Demetrii,
magnifice culta. Demetrius reſpondit, meretricē
Lamiam eſſe modeſtiorē, meliusq; moratā,
quā ipſius Penelopen. Cōiugem illius notans.

Lamia me
reſtitit.

Quū legatis à Demetrio ad Lyſimachū miſ- 7
ſis, Lyſimachus per ociū narraret aliquādo, quo
modo coactus ab Alexādro cum ferociſſimo leo-
ne colluctatus fuiſſet, & cicatrices oſtenderet in
cruribus ac brachijs è ferę vngulis relictas, lega-
ti dixerūt, & noſter rex graues ferę Lamia mor-
ſus in collo geſtat: notantes ſuauiorū amatoriorū
veſtigia, ſimul alludentes ad lamiam beluam.

Lamia res
gia

Nemo Demetrio fuit vtraq; fortuna exercita- 8
tior. Itaq; ſolet in fortunā illud Aeſchyli dicere.

Fortune v
ciſtudo.

ὁ τοι μὲ ἐφύλαξεν, ὁ μὲ κατὰ βῆρ μοι δόκεις.

Tu me extuliſti, tu ipſa rursus deiſcis.

Quū Eraſiſtratus Demetrio Antiochi filij mē- 9
tem qua mori deſtinarat, indicaiſſet, ſimulq; fal-
ſus eſſet huius affectiōis cauſam eſſe amorē: De-
metrius qui adoleſcentem vnice adamabat, per
omnia multis cum lachrymis cœpit obteſtari, vt
illius incolumitati cōſuleretur. Quū Eraſiſtratus
addidiſſet immedicabile malum eſſe, q; in ipſius
vxorem deperiret, hoc audito Demetrius multo
vehementius cœpit obteſtari, vt ob ſalutem filij
cederet illi ſuam coniugē. Iſta, inquit, ô pater, tibi
facile dicūtur: ſed aliud diceres, ſi tuā coniugē
Stratonicen adamaret. Hic quū rex deos cōpre-
cicaretur, vt liceret amorē filij cōmutare, & à me-
dici cōiuge in ſuā trāſſerte, nihil ſe nō facturū, ſi
modo liceret ſeruare filiū: Eraſiſtrat⁹ p̄is dextrā

Pietas multa
in filium

A ij

ANTIGONI SECVNDI

amplexus, nihil est, inquit, ô rex, in quo sã Erastro strato indigeas. Etenim quũ & pater sis, & maritus & rex, optimus eris tuæ familię medicus. Nõ em̃ in cõjugẽ meã, sed in Stratonicẽ tuã Antioch⁹ deperit. Post hæc Demetrius edixit vt Antioch⁹ rex, Stratonice quã filio cessit, regina nominaret.

- 10 *In machinis bellicis in tantum ingenio arteq; præcelluit, vt merito de illo lactatum sit, Demetrii machinas magnitudine sua etiam amicis stuporem, pulchritudine vero etiam hostibus adferre voluptatem.*

ANTIGONVS SECVNDVS

Pietas in patria 1 Antigonus secundus, quum Demetrius pater esset captus, ipsiq; per amicũ in hoc missum mandasset ne curaret si quid scriberet à Seleuco compulsus, neq; ciuitates illi cederet: vltro scripsit ad Seleucum, cedẽs illi totam ditionem, seq; obsidẽ offerens, si Demetrius pater dimitteretur. Hic pietas certabat cũ pietate. Pater sui negligens, volebat parci filio, filijq; regno: filius contra, patris libertatem & regno, & seipso priorẽ habuit.

Ceculus dicitur 2 Quũ pugnaturus esset aduersus Ptolemæi milites, gubernatorq; admoneret plures esse naues hostium: *p* quot, inquit, nauibus supputas, quod ego hic præsto sum? Sentiens ad victoriam plurimum habere momenti, si strenuus imperator præsens regat exercitum. Ptolemæus autẽ tum suis non aderat.

Puga excusata 3 Quum aliquando cederet hostibus imminenti bus, aiebat se non fugere, sed vtilitatem à tergo sitam persequi. Sentiens non esse turpe fugere, quoties magis expedit hosti dare locũ, quã conferere manus. Dicti gratia in hoc est, quod quũ

fugere & persequi sint contraria, ille fugiens interpretabatur se persequi magis quam fugere. Persequimur enim hostem, & persequimur id quod studiose expetimus.

Adolescenti cuidam qui patrem habuerat fortem, quanquam ipse non admodum, ut videbatur, bonus erat miles, postulanti ut patris stipendia caperet: At ego, inquit, o adolescentule, non ob patrias, sed ob proprias cuiusque viri virtutes mercedem ac munera dare soleo. Hoc sermone iuvenem extimulans, ut patris fortitudinem equaret, si quantum ille capere solet, vellet accipere. Apud Grecos maior est dicti gratia, ob vocum affinitatem, *ἀνδραγαθίας πατραγαθίας*, quae vox posterior ad prioris imitationem efficta est.

Zenone defuncto, quem unum ex philosophis maxime suspiciebat, dicere solet gestorum suorum theatrum esse sublatum, quod ad illius viri iudicium potissimum componeret suas actiones, quem unum pro multis hominum milibus habebat.

LYSIMACHVS.

Lysimachus in Thracia superat a Dromoche ta, quum ob sitis impatientiam, tum se, tum exercitum dedidisset, posteaquam bibit, iam factus capitiuus: O dii, inquit, quam brevis voluptatis gratia me ex rege feci seruum.

De Philippide quod hic habebatur, referetur suo loco. neque enim hoc est apophthegma Lysimachi, sed Philippidis.

Idem offensus libertate Theodori, dixit illi: Quoniam istis eras moribus, patria te eiecit. Sane, inquit, quod me ut Semele Bacchum ferre non possit. Sentiens se maiorem esse, quam ut a malis ferri

A ij

4
Sua quisque
virtute com-
mendatur.

5
Piacere bonis.

6

7
Ex Furis excusatum.

posset, à quibus tamen non tam suo quàm ipsorum malo pulsus esset. Semele Bacchum conceperat ex Ioue fulminante, quumq; foetum igneum ferre non posset, infans exectus est, & Iouis femori insutus.

ANTIPATER

Amicitia
regum

- 8 Antipater quum didicisset Parmenionem ab Alexandro interfectum, dixit: Si Parmenio struxit insidias Alexandro, cui fidendū est? Si nō struxit, quid agendum? Erat Parmenio velut alter Alexander in rebus militaribus. Si tantus amicus sefellit, non est tutum cuiq; amico fidere. Si Alexander nihil commeritum sustulit, præstat à regum negocijs abstinere.

Veter & lin
gua.

- 9 De Demade oratore iam grandæuo dicere solet, Demadis, vt immolatæ victimæ, nihil superesse præter linguam & ventrem. Nam venter ex hostia abijciebatur, & lingua dabatur præconi. Ita senex orator tantum loquebatur. Loquacitas enim crescit cum ætate. Tradunt autem Demadem luxui gulæ fuisse deditum, vnde & Phocionis reprehendit frugalitatem.

ANTIOCHVS TERTIVS

10
Iuste.

- Antiochus tertius scripserat ciuitatibus, vt si quid per literas iuberet, quod aduersaretur legibus, ne curarēt, perinde quasi ipso nescio scriptū esset. Interdum enim principes dū metuūt quosdam offendere, scribunt quæ fieri nollent. Quicquid autē pugnat cum legibus, hoc velut inscientie principe tentatum haberi decet, quum ipse nihil aliud sit quàm legum minister.

11
Pudice

- Idem quum Dianæ sacerdotem vidisset supra modum eleganti forma, continuo soluit Epheso, veritus ne vis amoris aliquid ipsum facere com-

pellieret, quod phas non esset. Immane quantum absunt ab huius ethnici principis religione Christiani milites, qui deo dicatas virgines constuprare pro ludo ducunt.

ANTIOCHVS QVARTVS

Antiochus cognomento Accipiter, cum fratre Seleuco pro regno bellum gerebat. At ubi Seleucus à Galatis victus, nusquam appareret, sed interfectus in praelio crederetur, deposita Antiochus purpura, pullam vestem induit. Rursus paulo post quum audisset illum esse incolumem, prætonicio dijs immolauit, fecitque ut ciuitates ipsi subditæ coronas gestarent. Solent fratrum iræ, siquãdo incidierint, esse acerrimæ: solet regni cupiditas nihil impium aut nepharium ducere. At hic hac moderatione regnum ambiit, ut fratrem vellet incolumem. Quanquam non video quur hoc debeat inter apophthegmata recenseri.

12
Pietas in fratrem

EVMENES

Eumenes insidijs petitus à Perseo, credebatur extinctus. Is rumor quum Pergamum esset perlatus, Attalus eius frater imposito sibi diademate, dum etiam fratris vxore, regnum occupauit. Cæterum quum audisset illum viuum, ut solet, profectus est illi obuiam unã cum satellitibus hastam gestans. Eumenes autem amanter illum amplexus dixit in aurem. Ne festines ducere, priusquam me mortuum videris. nec præterea per omnem vitam ullam offensi animi significationem vel dicto vel facto dedit. Quin etiam moriens fratri & vxorem, & regnum reliquit. Cuius animi memor Attalus, quum multos ex se liberos haberet, nullum tamen regno educavit, sed Eumenis filio, posteaquam adoleuisset, adhuc viuens principatum tradidit.

13
Humanitas fratrum

A liij

- 14 **Virt⁹ succedi.** Pyrrhus Epirotarum rex, quum à filijs etiam num pueris interrogaretur, Cui nostrum relinques regnum? Quicumq;, inquit, vestrum acutior rem habuerit ensem: Significans se non ætati daturum principatus successionē, sed virtuti. Hoc stimulo liberos omnes ad certamen fortitudinis excitauit.
- 15 **Ars bellis.** Interrogatus vter melior tibi cē videretur, Pyrrhon, ne an Charisius, Polyperches inquit. Is erat egregius dux exercitus. Contempsit artem imbellem, & vtriq; prætulit strenuum ducem.
- 16 **victoria magno emptam** Bis cōmisso cum Romanis prælio vicerat, sed desideratis compluribus amicis ac ducibus: hic Pyrrhus, si vno, inquit, adhuc prælio Romanos vicerimus, actum fuerit de nobis. Quod victi solent dicere, hoc dicebat victor: declarans victoriā magno emptam, nō esse victoriā, sed calamitatē.
- 17 **Magno parantia.** Quum è Sicilia solueret, frustratus videlicet eius potiundæ spe, cōuersus ad amicos, cuiusmodi, inquit, palæstrā reliquimus Romanis & Carthaginensibus? Significans se certamen hoc cruentum & operosum libenter alijs cedere. Interdum felicius est non assequi, quā nimio mercari quod ambis.
- 18 **Institutio** Pyrrhus ei cui delectum militum cōmiserat, dixisse fert, Tu grandes elige, ego eos forteis redam. Significās institutione fieri bonum militē. Fertur autem Pyrrhus disciplinæ militaris optimus fuisse magister.
- 19 **Eloquentie via** Idem dicere solet plures vrbes Cineam oratione subegisse, quā ipse cepisset armis. Erat autē Cineas Thessalus vir magni ingenij, qui audito

Demosthene ad illius æmulationem se contulerat, sed vim præcipue exprimens. Confirmatum est itaq; quod dicit Euripides

πᾶρ ἰξαιρεῖ λόγος

ὁ καὶ σιδῆρος πολυμίωρ δράσεται ἔν. Id est,

Cuncta sermo conficit,

Quæcumq; ferrum efficere possit hostium.

Quum rebus feliciter gestis domum redisset, 20

& à suis aquila diceretur, per vos, inquit, aquila Aquila in nubibus.

sum. Qui enim non essem, quum vestris armis veluti penis subleuer? Modestissime gloriosi cognominis laudem in suos milites transferens, vitavit invidiam.

In Ambracia quum amici suaderent, vt quendam maledicum multa in ipsum blaterantem expelleret, Satius est, inquit, vt hic apud paucos Moderate

nobis maledicat, quam apud omnes obambulās.

Quum Athenas venisset, & ingressus arcem Pal- 21 Reges non admittendi

ladis rem diuinam fecisset, eodem die descendens ex arce, collaudauit quidem Atheniensium erga se fiduciam: cæterum admonuit, si sciperent, ne posthac cuiquam regum portas aperirent. Significans omnibus regibus natura inuisam populū libertatem.

Meton quidam, quum in concione Tarentini 22 Sapientis sub stulti persona.

tractarent de bello suscipiēdo, deque Pyrrho asciscendo, sumpta corona & lucerna, præcedente tibi- bicine velut ebrius comesabundus venit in forū: atq; vt fit, alijs applaudentibus, alijs ridentibus, nonnullis etiam ad canendum hominem inuitatibus, processit in concionem, ac tanq̄ cantaturus astitit. Silente vero turba dixit: Recte facitis vti Tarentini, qui locari ludereque dum licet, qui

velint permittitis. Atqui si sapitis, omnes hac iurandi libertate fruimini priusquam Pyrrhus adueniat. Nam tum non nostro, sed illius arbitrio utendum erit.

23 Cineas ut Pyrrhum à bellandi studio reuocaret, sic per ocium cum illo colloquutus est. Romani feruntur bellacissimi: sed his superatis, quid dein agemus Pyrrhe? Tum Italiam, inquit Pyrrhus, totam occupabimus. Hic denuo Cineas, quid Italia subacta? Sicilia, inquit Pyrrhus, proxima est. Tum Cineas, num hic erit militiæ finis? Nequaquam, inquit Pyrrhus, sed hæc tantum præludia sunt ad res maiores. Superest Libya & Carthago. Recte, inquit Cineas, nam his potitus, facile & Macedonia recipies, & Græciæ dominaberis. Sed delectis omnibus, quid tandem faciemus? Hic arridens Pyrrhus, tum, inquit, ocium agemus o beate, & quotidie Cothon erit, mutuisque sermonibus nos inuicem delectabimus, Tum Cineas, At quid vetat o rex quo minus nunc iam isto ocio, isto Cothone, & mutuis sermonibus perfruamur? Nunc enim citra negotium suppetit nobis ea facultas, quam per sanguinem, per molestias, per pericula tum nostra, tum aliorum sequimur, incerti an assequuturi.

Consilium
prudens

24 Quum Pyrrhus rex falsas aduentus sui causas prætexens, Laconicam inuasisset diripissetque, Laconum legatis ex postulantibus quod non indicto bello Laconicam inuasisset: Nec vos, inquit, Spartani, quod facturi estis, prius alijs denunciatis.

Inexpecta
23

In victoria Tarentina Romanorum militum virtutem, ac ducum prudentiam admiratus, exclamauit, o quam facile erat orbis imperium oc-

cupate, aut mihi, Romanis militibus: aut me rege, Romanis. Ita Florus in epitomis lib. j.

ANTIUCHVS

Antiochus ille qui bis exercitū duxit aduersus 25
 Perlas, quū in venatu quodā ferā insequitur, ab-
 errans ab amicis ac famulis, in casam pauperum
 quorundam, quibus ignotus erat, introijt: atq; in-
 ter cenam iniecta mentione regis, audiuit quod
 cætera quidē probus esset, sed plerasq; functiones
 mandaret amicis improbis, ipse ad eorum facta
 conuiuens: tum quod immodico venandi studio
 frequenter necessaria negligeret. Ad hæc tum tē-
 poris nihil respondit, neq; quis esset prodidit: ve-
 rum vbi diluculo satellites venissent ad casam,
 iamq; agnosceretur, allata purpura simul cū dia-
 demate, Age, inquit, ex quo vos indui, heri primū
 vera de me ipso audiui. Nam ferè hoc studio est
 his qui viuunt in aulis principum, ne quid au-
 diant nisi blandum auribus.

Reges raro
 verū audiūt

Idem quum urbem obsideret Hierosolymam, 26
 Iudæis ad maximum illud festum celebrandū se-
 ptē dies petentibus, non solum eos concessit, ve-
 rum etiā tauros auratis cornibus adornatos, ma-
 gnasq; thymiamatum & aromatū vim vsq; ad
 portas vrbis cum pompa solēni deduci iussit, tra-
 ditaq; illorum sacerdotibus hostia, ipse in castra
 redijt. Iudæi vero regis benignitatem admirati,
 protinus à festo peracto in fidem illius sese dede-
 runt. Hoc vt bellum est stratagema, ita nihil ha-
 bet apophthegmatis: vnde probabile est à stu-
 dio quopiam adiectum in Plutarcho.

Benignitas
 in hostes

Antioch⁹ quū à L. Scipione vltra Taurū motē 27

submotis imperij finibus Asiam prouinciã, vicinãq; ei gentes amisisset, gratias egit populo Romano, quòd magna parte curarum per eos liberatus esset. Intellexit vir prudens vnus hominis animum quanuis vigilantem non posse tot negocijs parem esse.

GRÆCORVM DVCVM APO-

PHTHEGMATA.

THEMISTOCLES

1 Themistocles quum esset adolescens, in cõpotationibus, ac mulierum amoribus volutabatur. At posteaquàm Miltiades factus imperator apud Marathonem deuicisset barbaros, iam nullus offendit illũ quicq; agentẽ præter decorũ. Percontantibus autem vnde sic esset repente mutatus: Miltiadis, inquit, trophæum non patitur me dormire, neq; cessare. Gloriæ studium excussit amorem voluptatum, clauum, vt aiunt, clauo.

Gloriæ studium.

2 Interrogatus vtrũ Achilles esse mallet, an Homerus, Dic ipse prius, inquit, vtrum mallet esse victor in Olympijs, an præco, qui victores pronunciat: Sentiens multo præstãtius esse res egregias gerere, quàm gestas celebrare, Homerũ præconi conferens.

Præcones poetæ

3 Quum Xerxes ingenti illa classe descenderet in Græciam, Themistocles metuẽs ne Epicycles Demagogus, homo turpiter lucri auidus, ac formidosus, si nactus esset imperium, perderet ciuitatem, pecunia data illi persuasit, vt à militari præfectura abstineret. Ne hoc quidem video quur inter apophthegmata debeat commemorari.

Corruptela ministerum

4 Adimantus abhorrens à pugna nauali, ad Themistocle qui Græcos huc hortaretur incitaretq;

ita loquutus est: *o Themistocles, qui in certamis
nibus ante alios profiliunt, mos est flagris cades
re. Cui Themistocles, Sic est Adimante, vt dicit:* Retortum
crimen
sed nec eos qui se subducunt, coronat quisquam.
*Adimantus notauit in Themistocle præcipitem
audaciã, ille vicissim illum insimulauit formido
lositatis, qui cū oportunitas inuitaret, detrecta
ret pugnam.*

*Quum Eurybiades baculum sustulisset in The
mistoclem obstrepentem, Percute, inquit, sed ta
men audi. præsens animus, & suo fidés cõsilio.* 5
Fiducia.

*Idem quum Eurybiadi non persuaderet, vt in
angustijs committeret nauale prælium, clam ad
barbarum misit qui illum hortaretur, ne formis
daret Græcos fugam adornantes. Persuasus rex
prælio superatus est, nimirum pugna commissa
loco Græcis commodissimo. Posthæc denuo mi
sit ad illum qui monerent, vt quàm posset ocys
me fugeret ad Hellepontũ, Græcos enim de sol
uendo ponte cogitare. hæc callide, quò quum hoc
ageret, vt Græcos seruaret, regis incolumitati p
spicere videretur. Hoc ingenio Græciam à bar
baris liberauit, nõ minore gloria, quàm Miltiades
retulerat ex Marathonía victoria.* 6
Eius in par
triam pias.

*Seriphio cuidam obijcanti quod non ex sese,
sed ob vrbis nobilitatem celebris esset. Vera, in
quit, prædicas. Neq; enim ego si Seriphius essem,
clarus essem: neq; tu si Atheniësis. non infictatus
est vrbis celebritatem nonnihil facere ad illustre
nomen, sed illum esse tam ignauum, vt etiam si
fuisset natus Athenis, nihilominus fuisset obscu
rus futurus.* 7
Obscuritas.

Antiphates adolescens qui prius Themistocle 8

amantem fugerat ac fastidierat, vbi vidit illū glōria celebrem, potentiāq; magna pollentem, vltro adiit illum blandiens: cui Themistocles, O adolescens, sero quidem ambo, sed tamen sapere cōpimus. Sentiens illum non arripuisse occasionē sese offerētem: sibi vero nunc nō vacare per negocia talibus affectibus indulgere.

Occasio neglecta.

9 Iuste. Simonidi petenti vt in negocio quodā sententiam iniustā pronūciaret, Neq; tu, inquit, bonus poēta fueris, si prāter musicā modulos caneres: neq; ego princeps bonus, si cōtra leges pronūciem.

10 Affectus privati. Filium quem mater adamabat, atq; in delicijs habebat, plurimū omnium Græcorum posse coligebat, hunc in modum. Athenienses, inquit, dominantur Græcis, ego Atheniensibus, mihi mater, matri filius.

11 Vir pecunia potior. Quum ex procis filiæ virum probū diuiti prætulisset, quibusdam hoc admirantibus, Malo, inquit, virum absq; pecunia, quā pecuniam absq; viro. Vir strenuus facile parabit pecuniā: ignauo pecunia inutilis est.

12 Vicinus bonus. Quum prædium vēderet, iussit præconem hoc addere, quod bonum haberet vicinum: Sentiens iuxta Hesiodum, ex bono vicino plurimū esse vtilitatis: vt contra, ex malo noxæ plurimum.

13 Ingratitudo. Atheniensibus ipsum cōtumelia afficientibus, quid tumultuamini, inquit, aduersus eos, à quibus sæpenumero fuistis affecti cōmodis? Aiebat autem se similem platanis, sub quarū vmbra accurrūt homines afflictī tempestate, & easdem simul vt redijt serenitas, vellunt, cōiitijq; petūt: Sētiens hunc esse populi morem, vt in belli periculis implorent opem fortium virorum, in pace

contemnant ac vexent eosdem.

In Eretrienſes ita cauillari ſolet, vt diceret eos
ſimiles piſcium qui gladioli vocantur, quippe qui
gladium quidem haberent, cor autem non habe
rent. notans illorum ignauiam, quod armatis nō
adeſſet animus.

Poſteaquam Themiſtocles primum Athenis,
mox tota Græciā depulſus, ad Perſarū regem cō
fugifſet, admiſſus iuſſus eſt dicere: at ille reſpon
dit, orationem ſimilem eſſe picturatis ſtragulis.
Nam quēadmodum, inquit, illæ dum extenduntur,
oſtēdunt imagines: dum contrahuntur, celant
eaſdem & abolent: itidem fit in oratione. Petijt
autem anni ſpatium, vt interim Perſicam linguā
ſuo arbitrio perdiſceret, ne regi per interpretem
cogeretur ea quæ ſentiret explicare. Diſſuſus eſt
interpreti, qui dum quædā omittit, quædā addit,
quædam aliter narrat, perdit orationis gratiam.
Vbi vero multis muneribus à rege eſt honorat⁹,
citōq; factus diues, dixit ſuis, o pueri perieram⁹,
niſi perifſem⁹. Perire videtur, qui cogitur exula
re. At Themiftocli feliciter ceſſit exilium.

Quum Xerxes expugnatis Thermopylis cru
deliter tractaſſet Aſtum, & hac fama perterriti
claffarij cogitarent de repetenda domo, idq; ple
riq; ſuaderent, ſolus Themiftocles obſtitit, dicēs
eos vniuerſos hoſtibus fore pares, diſperſos vero
perituros. Ita Probus Aemilius.

Themiftocliſ pedagogus dicere ſolet, Nihil, in
quit, mediocre futurus es o puer, Nā aut magnū
bonū eris reipublicę, aut magnū malū. Generoſa
indoles, ſi accedat recta iſtitutio, magno bono eſt
patrię: ſin ad vitia degeneret, ingēs adfert malū.

14
Armata rīa
mūditas.

15
Exilium
feliciter.

16
Coniunctę
vices.

17
Nū mediū.

18 **Institutio.** Quoniam adolescens feroci mutabilisque ingenio videbatur, mirantibus mutatos mores dicere solet, Asperos & indomitos pullos in optimos equos euadere, si quis illis adhibeat disciplinam, rectamque institutionem.

19 **Gloria danda.** Ad Olympiae celebritate profectus, quum in stadium processisset, omnes neglectis certaminibus oculos in ipsum intenderunt, in eoque comtemplando diem totum consumpserunt, ac Themistocle illum cum plausu & admiratione peregrinis ostenderunt. Ea re laetus vir gloriae cupidissimus dixit amicis, se eo die laborum quos pro Graecia suscepisset, omnium fructum amplissimum reportasse.

20 **Aequalitas.** Idem facilitate morum multos civium sibi conciliarat, atque hinc popularem potentiam adeptus. Itaque cuidam ipsum admonenti, Bene principatum geres Athenis, si cunctis aequalis & communis esse voles: respondit, Numquam ei sellae infederim, unde de nihilo plus a me ferrent amici quam alieni.

21 **Memoria.** Idem ludum praeteriens in quo diceretur esse profectio, rogavit quid is profiteretur: quum responsum esset, artem memoriae contempsit, dicens, At ego malim artem obliuiscendi. Vox haec digna fuit eo qui linguam Persicam intra annum potuit ediscere. Et sunt quorum obliuio nobis gratior sit, quam memoria. Facile meminimus quae volumus, at non licet obliuisci quae volumus.

22 Quum aliquando theatrum peteret, interroganti cuidam, cuius vocem esset libentissime auditurus: Eius, inquit, a quo artes meae quam optime cernerentur. Ingenue fassus, se magno gloriae studio teneri. Solent autem olim musici in publico virorum illustrium laudes canere.

Quum aliquādo ad mare visendi cadauera gra-
tia accessisset, ac torques armillāsque passim disie-
ctas videret, ipse quidem præterijt, sed amico qui
sequebatur dixit, Collige tu tibi: nam tu Themis-
tocles nō es. Ne tam obuia quidem præda com-
moueri potuit, vt quicquā ageret indignū egre-
gio duce, cui gloria debet esse satis magnum vir-
tutis præmium.

23
Præda com-
tempta.

Quum apud Andrum argentū peteret, duos,
inquit, ad vos adduco deos, vim, ac suasionem. si-
gnificans, si minus impetraret suadēdo, se vi ere-
pturum. At illi responderunt apud se quoque duas
magnas esse deas, inopiam, & impossibilitatem,
per quas nōn liceret dare quæ petebat.

24
Dij vsq; @
suasio.

Ab Artabano regis Persarum satrapa rogatus,
quem Græcorū diceret aduenisse, hoc, inquit, an-
te regem nemo sciet Artabane. Senserat Artaba-
nus è colloquio non esse vulgarem hominē. The-
mistocles autem ignotus esse studuit, donec se re-
gi suapte oratione cōmendaret. Rex audito The-
mistocle precatus est deū suum Arimēniū, eam
mentē immittere pergeret hostibus suis, vt eius-
modi viros à se expellerent.

25
Optimū eije-
ciuntur.

ARISTIDES

Aristides cognomēto Iustus, semper suo vnus
præsidio fretus rempublicam administrabat: à so-
dalitatibus abhorrebat, velut ab amicorum pos-
sidentia, quæ ad iniuriā alijs inferendam adderet
animū. Quantum ille vir abhorruit ab omni fa-
ctioe, qui non ob aliud vitabat amicitias, quā
ne per illas adigeretur ad aliquid faciēdum quod
iustum nō esset, aut cogeretur abstinere ab eo quod
iudicasset reip. conducere. Nunc mundus vndiq;

Factioes &
Sodalitates

B

plenus est sodalitatibus, sed titulis plausibilibus, ac religionis lenocinio cōmendatis. Nec his fortasse dedisse nomen expedit viris insigni virtute præditis, eò quòd maior pars, quæ ferè deterior est, sæpe cogit facere quod nollent, aut abstinere ab eo quod erat factu optimum.

Lenitas;

2 Quò Athenienses eò concitati essent, vt Aristidem ostracismo, id erat damnationis genus quod testulis peragebatur, in exilium agerent, ac rusticus quidam illiteratus testulam ad eum deferens suffisset vt Aristidis nomen inscriberet, nosti ne, inquit Aristides, Aristidem? Quum ille negasset se nosse, moleste tamen ferre, quòd Iustus cognomine diceretur, siluit Aristides, & nomen suum inscripsit testule, ac reddidit. Tam leni animo ferebat iniustam damnationem. Grauissimū autem vitæ innocēter actæ testimoniū, è tanta multitudine neminē extitisse qui aliud obijceret, quàm Iusti cognomen, quod ipse tamē sibi nō imposuerat.

3 Erat illi similtas cum Themistocle. Huic quò delectus esset collega ad peragendam legationē: Vis, inquit, Themistocles, vt in his montibus similtatem deponamus? Nam si videbitur, reuersi illam resumem⁹. Priuatos affectus publicæ postulat habuit vtilitatis: Ex his enim ferè omnis humane vitæ pernicies nascitur.

Integritas.

4 Quum Græcis tributa indixisset, tanto pauperior redijt, quantum absumpserat in peregrinatione. Atqui in tali genere functionis solent alij messem opimam metere. Eo magis ille cauit, ne quid suspicionis eiusmodi conflaret sibi: proinde suis impendijs rem gessit.

5 Quum hī versus quos de Amphiarao scripsit

Aeschylus, in theatro recitarentur.

Scritas nō
ficta.

ὃ γὰρ σοκῆρ ἄριστος ἀλλ' εἶναι θέλει
βαθίᾳ αὐλακῆ διὰ φρενῶσ καρπούμενος
ἀφ' ἧς τὰ κείνᾳ βλασάνει βουλευμάτα. I.

Neq; enim videri, at esse vir studet optimus
Segetem profundam mente studiosa colens,
Consilia quando hinc germinant salubria.
Totus populus in Aristidem vertit oculos, agnos-
cens hoc laudis in eum competere.

E concione quadam, in qua frustra Themistocli
obstiterat, discedens, clara voce testatus est, res
Atheniensium incolumes esse non posse, nisi &
ipsum & Themistoclem in barathrū contjcerēt,
prius habens in carcerem ire, quàm ob duorū s-
multatē minus recte consuli publicis cōmodis.

6
Simultas
magistras
tuas.

Quēdam reum egerat: at quū iudices post Ari-
stidis accusationē nollent audire reum, sed protis-
nus ad suffragia quibus eum damnarēt propera-
rent, Aristides supplex pro reo intercessit apud
iudices, vt eū iuxta legū præscripta diligēter au-
dirēt. Tanta erat in viro legū equiq; observatio.

7
Aequitas.

Quum inter duos privatos causam cognosce-
ret, & alter quò Aristidē iritaret in aduersarium,
extra causam multa cōmemoraret, quibus ille le-
fisset eū: Aristides interpellans hominē, ista nūc,
inquit, missa fac bone vir, & si quid te lesit, elo-
quere: tibi em̄ in præsentia, nō mihi iudex sedeo.

8
Extra causam.

Fuit & procurator fisci, quod munus quū san-
ctissime gessisset, tamē à Themistocle delat⁹ est,
ac repetundarū damnatus. Sed optimatū favore
non solum illi multa remissa est, verū etiam eidē
reddit⁹ est muneri. Qd̄ per simulationē sic admis-
nistrauit, vt omissa pristina seueritate, lenē se faci-

9
Damnata
integritate.

Idemq; præberet ijs qui publico malo gaudent dis-
tescere. Horū opera factum est, vt populus tertio
munus summis fauoribus idem deferret Aristidi.
Tum ille, Ob integre gestum munus damnastis,
nunc quoniam præter æquum multa concessi ci-
uitatis expilatoribus, honore dignum iudicatis.
Hoc igitur honore delato, plus mihi dedecoris
afferri puto, q̄ dānato ac multato irrogastis. No-
tat quibus artibus posset fieri gratiosus apud po-
pulu, nisi maluisset iustus esse quā plausibilis.
Simile quiddam apud Terentiū facit Demea.

10 *Vindictæ neglectus.* Quum iret exulatum, sublatis in cœlū mani-
bus deos cōprecatus est, sic prosperarēt res Athe-
niensium, vt illis Aristides nunquā veniret in mē-
tem. In reb⁹ enim afflictis solet populus ad egre-
gios viros confugere. id quod euenit. Siquidē ter-
tio post anno quum Xerxes Atticam adoriri sta-
tuisset, Aristides ab exilio reuocatus est.

11 *Autocitas.* Themistocles in concione dixit, se reperisse
cōsiliū quod summopere pertineret ad dignita-
tem Atheniensiu, sed id eius esse generis, vt pro-
ferri nō expediret: populus censuit vt vni Aristi-
di indicaret: si is probaret, pbaturos omnes. Quū
igitur Themistocles indicasset Aristidi se de incē-
dēda Græcorū nauali statione cogitare: sic enim
fore, vt Athenienses toti Græciæ dominarentur:
Aristides ad populum prodiens dixit Themisto-
clis cōsilio nihil esse vtilius, sed eodem nihil inho-
nestius. Hac audita voce populus vetuit ne super
ea re in posterū verba faceret Themistocles. Hic
certe populus quiddam philosophicum præstitit,
repudiāns vtilitatē cum turpitudine coniunctā:
simulque declarauit quanta sit spectatæ virtutis

autoritas, qui non dubitavit reip. fortunā vnius iudicio committere.

Quum Themistocles irrideret Aristidis consilium hoc agētis, vt census esset in tuto, dicēs eam laudem non esse viri, sed scrinij tuto seruantis aurum: deinde summam boni laudem definiret, scire ac presentire hostium cōsilia: & istuc, inquit, o Themistocles faciendum est: sed in primis oportet habere manus abstinentes: atq; hæc egregij ducis præcipua laus est. Hoc sermone taxauit Themistoclis rapacitatem. 12

Quū Aristides duceretur ad supplicium, quidam inimicus expuit illi in faciem. ille nihil aliud q̄ absterisit faciē, & subridens ait magistratui comitanti: Admone istum, ne postea tā improbe osculetur. Huic simillimū est qd̄ ascribunt Phocioni. 13

Marcus imperator triduum cōmoratus Smyrnæ, quoniā nodum viderat Aristidē, misit Quintilianos, qui illum stipatū adducerent. Quir, inquit Cæsar, te sero videmus? Quoniā, inquit, cōsideratio quædā me impediēbat. Tum Cæsar hominis simplicitate delectatus, quando, inquit, audiā te? Hodie, inquit, propone, & cras audi. Nō enim sumus de numero vomentium, sed exacte loquentium. Licet ne o imperator adesse familiares dictionis? Licebit, inquit Cæsar, est enim negociū publicū. Rursus Aristides, cōcedatur, inquit, illis tū acclamare, tum applaudere quātum possunt. Hic arridens Cæsar, istuc, inquit, in te situm est.

Idem dixit Arimasps esse cognatos Philippi, quod ea gens gignat vnoculos.

MYRONIDES

Myronides creat⁹ dux exercit⁹ aduersus Boeos 14

B ij

PERICLES

Ignauū nō expectādi. tos, edixit vt Athenienses exirēt. Quū aut̄ adesse congregiēdi tēpus, ducēsq; monerēt nondum omnes adesse, Adfunt, inquit, qui pugnaturi sunt. Hos itaq; quum videret promptos, hostē aggressus vicit, sic interpretans, eos qui ob ignauā nō studuissent tempestiue adesse, ne in pugna quidē bonam operam nauaturos.

PERICLES

Imperium in liberos 15 Pericles quotiescunq; belli dux creatus esset, chlamydē induēs apud se dicere cōsuevit, Attens de Pericles, quod gesturus es imperiū in liberos, in Græcos, & in Atheniēses. His dictis se vit coratissimus hortabat, vt moderate gereret principatū. Magni ingenij est imperare liberis. At Græci plusquā liberī tū erant: postremo inter Græcos liberrimi Athenienses.

Noxia tollenda 16 Suadebat Atheniēsis, vt Aeginā tollerēt, vcluti Pyrei pituitā, q̄ inde suspicaret bellū oriturū. E corpore malos hūores tollere medicorū est.

Vsq; ad arā 17 Amico roganti vt pro se falsum diceret testimoniū, cui adiunctū erat iusiurandū, hoc est perjurium: Respōdit se quidē amicū esse, sed vsq; ad arā: Sentiens aliquouſq; gratificāndum amicis, sed citra violationem religionis.

Potentia innoxia 18 Moriturus hoc nomine sibi gratulabatur, quōd ipsius causa nullus Atheniēsiū pullam vestem induisset: Significans se nulli causam mortis fuisse, nec vili diem ab ipso capitis dictū. Pullati sunt qui mortuum lugent, & olim capitis reum, amici pullati pullatum comitabantur.

Pudice 19 Prætor collegā fortitus est Sophoclē poetam: quūq; simul nauigarent, ac Sophocles conspecto formoso puero dixisset, En q̄ speciosus puer, Des

et, inquit, ô Sophocles, prætorē nō modo manus,
sed & linguam habere continentem.

Quum Thucydides vociferaretur apud popu-
lum aduersus Periclem, quod in picturas ac sta-
tuas summorū artificū profunderet reipub. cen-
sus, ipse assurgens rogauit populū, Videretur ne
multum impēdisse: quo respondēte, plurimum,
Age, inquit, sint igitur hæc mihi impēsa, nō vobis,
atq; ipsis donarijs deorum, meum tantum nomē
inscribam. Hæc vox subito mutauit animum po-
puli, iussitq; vt publicis impēdis pergeret, nec
vllis parceret sumptibus. Tantū valuit animus
præsens, & sermo aculeatus.

20
Gloria illa
multa

Quum deuictis Samijs Athenas reuersus pro
concione laudasset eos qui in bello ceciderant, cœ-
teræ matronæ redeuntem è concione coronis ac
vittis decorarūt: Elpinice Clmonis soror propius
accedens dixit illi, Præclara sunt ista quæ gessisti,
& coronis decoranda, qui nos tot fortibus viris
spoliasti. Ad hæc aliāq; conuicia nihil commotus
Pericles, tantum arrisit, nec aliud respōdit quàm
versiculum Archilochi,

21
Aliena eni
tate

δὺκ ἂν μύροισι γράυς ἰοῦσ' ἀλάφει.

Vnguento, anus quum sis, caueto inungier.

Significans publica negocia non esse curanda ves-
tula. Tam enim hoc indecorum, quàm turpe fo-
ret eam vnguentis vtī. Aut sensit indecorum esse
iam anui mariti desiderio teneri.

Subito oborto solis defectu, quū Pericles vide-
ret alios multos, sed præcipue classis gubernato-
rē, vehemēter pturbatos, chlamyde sua textit gu-
bernatoris faciē, interrogauitq;, nūquid hoc hor-
rēdum ostentum existimaret: illo negante, Quid

22
Animose

B iij

ALCIBIADIS

Interest, inquit, igitur, nisi quòd chlamyde malus est id quod nunc tenebras inducit. Sensit vir prudens interuentu lunæ nobis abscondi solem, quæ admodum opposita chlamys impediebat aliorum aspectum: nullum autem esse ostentum, quod natura sit.

23
Clausiter

Pericles Ariphroni volenti publico præconio queri Alcibiadem, qui adolescens clam domo egressus ad amicum Democratem se contulerat, obtulit dicens, Si forte nobis inscijs perijt, præconio nihil aliud agetur, quàm vt vno tantum die citius manifestum fiat, illum interisse: Sin saluus, ne per omnem quidem vitam saluus esse poterit. Ciuilitèr exclusit Pericles adolescentis infamiam, quam nunquam potuisset eluere.

24
Autocitas

Pericles quum à populo vocaretur frequenter, non auscultauit, dicens, ἀκούω πατρὸς ἐμοῦ, Sentiens se non esse cogendum in ordinem, nec pro quolibet è media plebe habendum.

ALCIBIADES

Y
Vtunque vincere

Alcibiades etiamnum puer, quum in palæstra nexu quodam constrictus esset, vnde se non posset explicare, manum colluctatoris mordicus arripuit: illo dicente: mordes Alcibiades, vt formicæ solent: imò, inquit, vt leones. Hoc de Lacone quodam ante commemoratum est, sed in diuersam sententiam. Iam tum agnoscere erat animi cedere nescium.

2
Fabulae populi

Habebat canem quendam insigni pulchritudine, emptum drachmarum septem milibus: huic amputauit caudam, ac per urbem obambulare passus est. Demirantibus cur id faceret, vt hoc, inquit, de me loquatur Athenienses, nec alterius

rei sint curiosi. Norat ingenium populi: de claris viris libenter loquitur male. Illi morbo suppedi-
tauit materiam leuiorem.

Puer ludum literarium ingressus poposcit Illa-
dem Homeris: quumque ludimagister negasset si-
bi esse quicquam Homeri, impegit illi pugnum,
& abiit: declarans impudenter eum docere lites-
ras, qui non semper Homerum haberet in sinu.
Quid ille facturus erat, si pro Homero quis por-
rexisset illi Michaellem Modistam aut Floristam?

Quum aliquando Periclem inuiseret, & acce-
pisset illi tum non esse ociū, propterea quod per-
penderet quo pacto posset Atheniensibus redde-
re rationem, Nonne fatius fuerit, inquit, cogitare
qui fieri possit, vt non reddat rationem? Notans
ita rem gestam, vt non facile possit reddi ratio,
procliuius autem esse in totum effugere rationē,
quàm bene reddere.

Accitus ab Atheniensibus è Sicilia, vt diceret
causam capitis, abdidit sese, dicens, eum esse fa-
tuum, qui vocatus in ius quærat elabi, quū liceat
vitare ne eat. Sentiens consultius esse non comi-
tere se periculo, quàm dare operam vt ingressus
periculum temet expedias. Dicitum Græcis so-
nat iucundius, ob vocum affinitatem, φυγᾶν, &
ἐπιφυγᾶν. Græcis autem ἀποφυγῆν δίκην,
dicitur, qui iudicū sententijs absoluitur. φυγᾶν
qui vitat aut fugit.

Cuidam autem dicenti, non fidis patriæ de te
iudicaturæ? Ego sanè, inquit, ne matri quidē. ve-
rerer enim ne insciens pro albo calculo nigrum
immitteret.

Nunciāti quod ipse cū comitib⁹ morte damna

3
Ludimagis-
ter

4
Ratio red-
dita popu-
lo

5
Periculum
vitare fati

6
Diffidētias

7

Vindicta tus esset Athenis, At nos, inquit, demonstrabimus illis Alcibiadē viuere. simulq; sese ad Lacedæmonios contulit, ac bellum Decelicum, ab vrbe Decelia cognominatum, excitauit in Atheniēses.

8 Imbutus philosophiæ præceptis, voluptates, ac
Musica cō- arteis indecoras aspernatus est, disciplinas libera-
tempa les semper amplectebatur. Lyram hoc argumēto reijciebat, quòd vocem hominis imitaretur: ex quo colligere licet, olim qui lyra canebāt, simul & voce cecinisse: plectrū, quòd habitū formāq; liberalē immutaret in illiberalē: tibiā duplici nomīne dānabat, & q; sic mutaret oris habitū, vt vix à familiarissimis agnosceretur qui caneret, & quòd homini propriam adimeret vocem, loquēdiq; facultatem eriperet. Nemo enim potest simul & inflare tibiā, & loqui. Cantēt igitur, inquit, Thebanorum filij, qui dicere nesciunt: nobis autem Atheniensibus, vt à maioribus accepimus, gentis princeps est Pallas & Apollo, quorum illa fistulā confregit, hic tibiā excoriat. Proditum est prisorum fabulis, Palladē ad speculum tibiā canentem, offensam oris deformitate, proiectam cōminuisse tibiā, Apollo Marsyam canendo videntem excoriat.

TIMON ATHENIENSIS

9 Timon Atheniensis, quem *μισάνθρωπος* appellat Lucianus, quum erga cæteros esset inhumantissimis moribus, fugereturq; consuetudinē hominum, solum Alcibiadem adamabat, exosculabaturq;. Id admiranti Apermanto, causamq; roganti, respondit, ideo sibi charum esse adolescentem, quòd perspiceret illum aliquādo magno malo fore Atheniensibus.

Apud hunc quum cœnaret Apermantus, nam 10
 & ipsum ob morum similitudinem admittebat, Inhumantib
 diceretq; pulcherrimum, ô Timon, hoc nostrum ter
 conuiuium: respondit Timon, Ita sanè, si tu non
 adesses.

Idem aliquando prodijt in concionem, factôq; 11
 silentio quum omnes magnum quiddam expe- Inhumantib
 ctarent, quodd insolens esset Timonem conciona- ter
 ri, dixit, Viri Athenienses, post ædes meas hortu-
 lus est, in eôq; ficus, vnde multi iam sese suspen-
 derunt. Eo in loco constitui structurâ ponere: pro-
 inde visum est hoc publicitus denunciare, vt si
 qui etiam velint se suspendere, maturent priusq;
 arbor excidatur.

L A M A C H V S

Lamachus castigauit quendam è ducibus, qui 12
 deliquerat nescio quid: & quum ille dixisset, Nô
 iterum isthuc committam, Ne possis quidem, in-
 quit, in bello peccare bis. Error enim in bello
 mors est.

I P H I C R A T E S

Iphicrates, quodd sutore patre natus existima- 13
 retur, erat contemptui, ac tum primum opinio- Cautio ada
 nem sibi parauit, posteaquam ipse saucius, ho- uctus cia.
 stem vnâ cum armis correptum viuum in trires
 mem suam deportauit. Is quum in amicorum ac
 sodorum agris haberet exercitum, ac nihilomi-
 nus & vallum iaceret, & fossam foderet accurate,
 cuidam dicenti, Quid metuimus? ait, Pessi-
 mam esse ducis vocem, Haudquaquam puta-
 ram. Significans in tranquillissimis rebus inter-
 dum existere periculum, quod nullus expecta-
 set. Aduersus inopinatos igitur casus prospere
 xit suis copijs, ne si quid accidisset, dicere cogere-

IPHICRATIS

tur, nō putarā. Hoc Latini trāfferūt ad Scipionē.

14 *Nomen habet mortem* Quum instrueret aciem aduersus barbaros, dicebat se vereri ne hostes nō noſſent Iphicratem, quo nomine solet alios hostes terrere. At alij dāt operam, ne quis norit ducem.

15 *Intēpestiua* Capitis postulatus dixit calumnſatori qui litē intēdebat, Quale est quod facis homo? quum instet bellum, reipub. perſuades vt de me conſulter, ac non potius mecum? Sentiens id temporis maxime opus esse ciuitati cōſilio operāq; Iphicratis.

16 *Nobilitas Vera* Harmodio priſci illius Harmodij abnepoti, generis probum per conuitium obijcienti, Meum, inquit, genus à me habet originem, tuum vero in te deſijt. Hoc imitatus est Cicero.

17 *Dux bonus* Oratori cuidam in concione hunc in modum ipſum interroganti, Quis es, vt tam sublimes geras ſpiritus? num eques, aut ſagittarius, aut ſcutatus, aut pedes? Nihil horum, inquit: sed qui his omnibus imperare didici. Sentiens pulchrius esse, bonū præſtare ducē, q̄ quemuis militem.

18 *Miles diues* Idem censebat militem & diuitiarum & voluptatum auidum esse oportere, dicens illum audacius pericula ſubiturum, quo ſuis cupiditatibus ſuppeditaret.

19 *Eloquentia victrix* Idem in cauſa obrutus eloquentia patroni, qui Aristophontem defendebat, Aduerſariorū, inquit, melior est hiſtrio, sed mea fabula melior. Vt fabula nonnunquam expōditur vitio hiſtrionis, ita ſæpe melior cauſa vincitur à peiore, patroni infantia ſtultitiāve.

XENÆNETVS

10 *Probrum commune.* Xenænetus dux ciuibus exprobrantibus ſibi quod imperator exercitus fuſiſſet in bello, At

vobiscum, inquit, ô chara capita . probrum cum
exprobrantibus communicans . Neq; enim dux
persistere potest absq; militibus. Et turpiter obij
cit q; alteri vitium à quo ipse non est immunis.

TIMOTHEVS

Timotheus dicebatur dux fortunat⁹. Huic in- 21
Scôma con o
temptum
uidentes nonnulli pinxerant ciuitates vltro se re
ti implicare ipso dormiente. Hac contumelia ni
hil offensus Timotheus ciuilitate respondit, Si tã
tas vrbes capio dormiens, quid facerẽ vigilans?

Audace quodam milite vulnus Atheniensibus 22
Cautio
ostentante, Et me, inquit, pudit, quod quum ego
in Samo dux vester essem, catapultæ telum pro
pe me ceciderat . Significans hoc vulnus illi non
factum in prælio cõminus pugnanti, sed procul.
Aut bono duci adeo cauendum, vt ne prope qui
dem iaculum vllum possit accidere. Vulnus gla
dio factum, fortitudinem arguit: telo factum ca
tapultæ, indiligentiæ signum est.

Quum oratores Charetem commendarent, cõ- 23
Magnus
non fortis
fentes talem creari debere Atheniensium ducẽ,
Non ducem, inquit Timotheus, sed qui duci suas
stragulas portet.

CHABRIAS DVX

Chabrias dicere solet, eos optime ducis mune- 24
Ducis perle
tia
re fungi, qui res hostium quãmaxime cognitatas
habent.

Idẽ proditiõnis accusatus est vnã cũ Iphicrate. 25
Miser ante
tempus
Quum autẽ ab Iphicrate obiurgaretur, quod quũ
esset in periculo, tamen ad gymnasium itaret, so
litãq; pranderet hora, Ergo, inquit, si quid secus
de nobis statuerint Athenienses, te squalidũ ac fa
melicum, me vero prausum & vinctum occidẽt.

HEGESIPPI

- 26 *Dux egregius.* Quin & illud dicere solet, Formidabiliorē esse ceruorum exercitum duce leone, quā leonum duce ceruo. Sentiens totam belli fortunam pendere à virtute prudentiāq; ducis.

HEGESIPPVS

- 27 *Libertas magno es menda.* Quū Hegesippus cognomēto Crobelus, Athenienses in Philippum tritaret, quidam è concione succlamauit, Itāne bellum nobis inuehitis Hegesippe? Ne per Iouem, inquit, & pullas vestes, & publicas exequias, & orationes funebres, si victuri sumus liberi, nec imperatis Macedonū parebitus. Significās libertatem bene emi magno, nec sine negocio posse seruari.

- 28 Pytheas quum adhuc esset adolescēs, accessit in concionē contradīcturus decretis quæ tū de Alexandro condebātur. Huic quum quidam dixisset, Tu quum sis iuuenis, audes de rebus tātis loqui? Atqui, inquit, quem vos suffragijs vestris deum facitis, me iunior est.

PISISTRATVS

- 29 *Voluntas.* Pisistratus Atheniensium tyrannus, quum alii quot amici qui ab ipso defecerant, Phylon occussissent, venit ad illos stragulas in sarcinam colligatas ipse portans. Cæterum illis quid sibi vellet percontātibus, Ut, inquit, si per suasero, reducam vos: si non per suasero, maneam vobiscum: ob hoc enim veni cū sarcinis. Egregius animus, qui nōlet sine amicis nec regnare, nec viuere.

- 30 *Chulliter.* Quū mater apud ipsum esset delata, quod adolescētem quēdam adamaret, furtimq; cum eo cōgrederetur, & quidem frequēter, præ metu Pisistrati, negāte sui copiam, adolescētem vocauit ad cœnam: peracta cœna rogauit quomodo habitus

esset. quum ille respōdisset, suauiter: Hæc, inquit, tibi contingēt quotidie, si matri meæ placueris. Admodum ciuilit̄ & maternis indulgēt affectibus, & adbleſcentem omni terrore liberauit.

Thraſybulus Piſiſtrati filiam amabat, eamq; 31
Ciuilit̄
 quū haberet obulam, in publico osculatus est: ob id vxori maritum in Thraſybulum iritanti, Si illos, inquit Piſiſtratus, qui nos amāt, habemus odio, quid faciemus ijs qui nos oderūt? Ac virginē adamatam Thraſybulō dedit vxorem.

Comēſatores quidam in Piſiſtrati vxorē inciderant, multāq; laſciue in illam tum fecerāt, tum dixerant. Postero vero die iam decocta temulentia, Piſiſtratum adierunt cū lacrymis orantes veniam. Tum Piſiſtratus, Vos quidē in posterum date operam vt sitis ſobrij. Vxor vero mea heri nequaquam vsquam prodijt ex ædibus. Humanitatis erat, quod ignouit adoleſcentibus: pietatis, quod vxoris honori conſuluit, negans tale quicquam in illam factum eſſe. 32
Ciuilit̄
 prudens.

Quum alteram vxorem ducere ſtatuiffet, liberis 33
Retortum
 mire.
 ipſum percontantibus, nūquid in ipſis haberet de quo quereretur, Nequaquā, inquit, imō ob id potius alteram ducō, quod collaudem vos, cupiamq; mihi & alios iſtiuſmodi liberos naſci.

DEMETRIVS

Demetrius Phalereus Ptolemęum regē adhortari 34
 ſolet, ſibi pararet libros de regno dēq; militati Imperio gerendo tractantes, eoſq; euolueret, propterea quod ea de quibus amici non audent admonere reges, in libris ſcripta habeantur.

Quum exularet, ac Thebis inglorius humiliſq; 35

NICOSTRATI

viueret, audissetque Craterem philosophum, qui ipsum inuiferet, multa placide prudenterque de moderate ferendo exilio differenter, Male sit, inquit, negocijs ac occupationibus, per quas hactenus talem virum non licuit cognoscere.

NICOSTRATVS DVX

36
Dēgeneres

Nicostratus Argiuus, quā ab Archidamo sollicitaretur, tum ingenti promissa pecunia, tum cuiuscunque vellet Lacenæ coniugio, vt Cromnū traderet, respōdit Archidamum non ducere genus ab Hercule. quōd Hercules obiens orbem soleat improbos afficere supplicio, ipse contra ex probis faceret improbos. Lacedæmonij vero hoc nomine potissimum gloriantur, quōd originem ducunt ab Hercule.

EPAMINONDAS

1
Prouidētia

Sub Epaminonda Thebano duce nunquā euenit, vt exercitum inuaderet tumultus Panicus, qui subito præter causam interdum oboriri solet. Eum quoniam à Pane deo credunt immitti, Panicum appellarunt.

2
Stors in bello.

Dicere solebat pulcherrimū esse genus mortis in bello mori, quōd hæc mors primū cum laude fortitudinis coniuncta sit, modo bellum geratur pro patria: deinde breuis, non diu crucians hominem, aut paulatim extabefaciens.

3
Obesus miles.

Idem dicere solet, militum quibus arma gerenda sunt, corpus exercitatum esse oportere nō solum athleticè, verū etiam militariter. Nam athleticæ tantū hoc agūt, vt corpore sint robustior: at militem oportet corpus habere expeditum & agile. Vnde & vehemēter obesis insensus erat, adeo vt huiusmodi quendā expulerit ab exercitu, dicens

quod vix clypei tres quatuorve tegerēt ipsius vē
trem, per quem nunquam vidisset sua pudenda.

Ipse tam tenui victu utebatur, vt aliquando vo
catus ad cœnam à vicino, quum reperisset bella
riorum, opsoniorum, & vnguentorum apparatus,
confestim abiit, dicens: Ego te sacrificare puta
bam, non deliciari & illudere.

Quum coquus collegis Epaminondæ de impē
dijs aliquot dierum rationē redderet, non alia de
te indignabatur, q̄ tātum fuisse cōsumptum olei,
demirātib⁹ autē collegis, negauit se offendi sum
ptu, sed moleste ferre tantum olei exceptū intra
corpus hominum. Sentiens oleum esse natum for
ris vnguendo corpori, non intus explendo. Inun
ctum reddit corpus firmitus, & iniuriæ patiētius:
infusum in viscera, reddit delicatius ac segnius.

Quum festū diem celebraret ciuitas, omnesq;
comotationibus & libidini indulgerēt, Epami
nondas cuidam è familiaribus factus est obuiam
squalidus & cogitabundus. Admirante illo, rogan
tēq; quid tandem esset rei, quod solus ad eum af
fectus modū obābularet, Vt vobis, inquit, omni
bus, ebrios ac socordes esse liceat. O vocē princē
pe dignam. Tum maxime vigilandū est principi,
quum populus maxime indulget genio. At non
oportet ipsi vnquam vacare genialiter viuere.

Homini cōtempo qui leue quiddā admiserat,
Pelopida pro eo deprecante, nō ignouit, sed ami
ca pro illo rogante dedit veniam: dicens eiusmo
di munera à scortillis accipi oportere, non à mi
litibus. Paratus erat ad ignoscēdum, sed quemad
modum nō quæuis damus omnibus, ita spectan
dum est cui in qua causa gratificemur.

C

4
Frugalitas;5
Frugalitas;6
Sobri⁹ p̄
cega;7
Personæ
respectus;

8 *Oracula à nobis pendent.* Quum Lacedæmonij copias in Thebanos educerent, variâq; Thebanis ferrentur oracula, quorum alia victoriam illis pollicebantur, alia diuersa prædicebāt, iussit bene promittētia ad dextrā tribunalis poni, contraria ad læuam. Atq; omnibus hunc in modum dispositis, surrexit, dixitq; Si volueritis parere ducibus, & conglomerati in hostem tendere, hæc vobis sunt oracula, ostensis melioribus: quod si ad cōflictum segnes timidiq; fueritis, hæc oracula vobis reddita sunt, ostensis deteriora pollicētibus. *Mire nec oraculorum cōtempnit autoritatem, nec animos militum his deijci passus est: sed interpretatus est deum prospera polliceri strennuis, infausta timidis, quasi à nobis pendeat rerum euentus.*

9 *Ostentum commodè interpretatum.* Rursum quū copias admoueret castris hostiū, tonitru factō, militibus percontantibus quid putaret portendere deum, attonitos, inquit, esse hostes, quòd quum tales agros haberent in propinquo, in talibus castrametarentur. Solertia ducis non solum terrorem exemit animis militum, verum etiam *commoda interpretatione addidit a lacritatem.*

10 *Pietas.* Ex omnibus quæ præclare & honeste gessisset in vita, illud sibi dicebat esse iucundissimū, quòd utroq; parète viuo Leuctrica pugna vicisset Lacedæmonios. Vir pius nō tam sibi gratulatus est eā obtigisse gloriam, quàm hanc voluptatē ex se cōtigisse his, quibus vitam suam acceptā ferebat.

11 *Secundis moderatè gaudētū.* Quum aliàs solitus esset vncto corpore hilariq; vultu prodire in publicū, postridie eius diei, quo feliciter pugnatum est in Leuctris, processit squalidus ac summissus. Amicis autem sciscitant

tibus, ecquid illi molesti accidisset, Nihil, inquit, sed heri sensi me plus æquo mihi placuisse. eius gaudij intemperatiam, hodie castigo. Adeo metuit arrogantiam vit Bœotus ac militaris, & nos non idem faciemus, quoties secunda fortunæ aura res nobis succedunt?

Quum videret hoc agere Lacedæmonios, vt eā calamitatem tegerent, Epaminondas vt palam faceret quanta fuisset illius cladis magnitudo, nō quibuslibet permisit cadauera tollere, sed vt quæque ciuitas sua auferret. Ita factum est, vt apparet plusquam millenos Lacedæmonios interfuisse. Hoc stratagema pro apophthegmate forsitan adiecit aliquis.

I 2
Gloria:

Iason Thessalorum rex venerat Thebas, belli socius futurus. Is quum Epaminondæ vehementer egenti, aureorum duo milia misisset, aurum nō recepit, sed ipsum Iasonem intuitus, Iniustus, inquit, imperas, ipse deterior. Ipse vero quinquaginta drachmis à ciue quodam acceptis mutuo pro viatico exercitus, inuasit Peloponesum. Sentiebat iniquas esse diuitias, quæ possessorem reddunt deteriorē: at viri fortes, gloria virtutis præmio contenti sunt.

I 3
Gloria pot
tior pecunia

Rursus quum Artaxerxes Persarum rex ipsi tria Daricorum milia misisset, Diomedontē Cyzicenum asperius increpuit, si tantam nauigationem suscepisset corrupturus Epaminondā: cumque iussit hæc verba ad regē referre: Si fauet cōmodis Thebanorum, habiturus est Epaminondam amicum gratis: sin minus, hostem. Quid hoc animo incorruptius, non aliō spectate quàm ad patriæ commodas

I 4
Integre.

15 Quum Argiui, Thebanorum essent socij, Atheniensium oratores in Arcadiam missi vituperarunt vtraque gentem, & Callistratus rhetor Orestem & Oedipodem ciuitatibus exprobrabat. Nam Orestes Argiuius fuit, Oedipus Thebanus. Interim surgens Epaminondas, Fatemur, inquit, apud nos fuisse qui patrem occiderit, apud Argiuos qui matrem necarit: sed eos qui haec patrarunt, nos expulimus, Athenienses receperunt. Tanto compendio conuictum retorfit in auctores.

16 In Spartanos qui multa magnaque crimina Thebanis obijciebant, hi nimirum fecerunt, inquit, ut breuiloquentia vti destiteritis. Solent Lacedaemonij de breuiloquentia gloriari, sed a Thebanis multis affecti calamitatibus, multa dicere coacti sunt de illis conquerentes.

17 Posteaquam Alexandrum Pheraorum tyrannum Thebanis infensum, Athenienses sibi fecissent amicum ac socium, isque polliceretur illis se perfecturum, ut minam carniem emerent semibulo, videlicet significans se tantum pecudum ac iumentorum adducturum esse praeda: Epaminondas subiicit: At nos, inquit, Atheniensibus ad eoque ad istas carnes ligna gratis suppeditabimus. Nam sylvas ipsorum succidemus, si se plus satis admisceant nostris negocijs.

18 Quum studeret Boeotos ocio dissolutiores continenter in armis habere, simul ut Boeotiae creatus est imperator, his verbis illos adhortatus est, Post hac consultate viri. nam si ego militiae praefectum agam, vobis militandum est. adimens illis spem ocij sub tali imperatore.

19 Regionem quandam supinam & campestem

belli orchestram appellabat, veluti theatrum vn
de late pateret prospectus. Eam dicebat obtineri
nō posse, nisi manum semper scuti loro insertam
haberēt. Nam quę montibus cincta sunt, minore
negocio tuemur. Campestris regio quoniā patet
omnium incursionibus, armis tuenda est.

Vigilantia

Quū Chabrias circa Corinthum paucos The
banos sub moenibus auidius pugnantes prostra
uisset, atq; ob id trophęum erexisset, Epaminon
das deridēs hominē dixit: hic sanē decebat nō tro
phęum, sed Hecateum erectū esse. Veteres enim
ante portas in triuijs congruenter Hecates ima
ginem statuere solent, vel ad indicandam viam,
vel in gratiam sepulorum.

20

Trophęum
ridiculum.

Cuidam nunciānti, quod Athenienses exerci
tum nouis instructū armis in Peloponesum mis
sissent, Quid, inquit? num igitur gemit Antigeni
das, si Tellis nouas habet tibias? Tellis autē erat
tibiſcen pessimus, Antigenidas optimus. Signifi
cabat Atheniēſes frustra nouis armis instructos,
quum his nescirent vti.

21

Arma indi
ga viri.

Scutatū militem ſenſerat à captiuo quodam
magnam pecuniarū vim accepisse. Huic Epami
nondas, Mihi, inquit, redde clypeū, tibi vero cau
ponam emito, in qua vitam degas. Posthac enim
noles eodem modo subire periculū, quippe iam
vnus de numero diuitum ac beatorum. Recte iu
dicauit, timidum, vt est in prouerbijſ, eſſe Plus
tum. Magis enim metuit mortem, qui domi ha
bet vnde poſſit ſuauiſſe viuere.

22

Miles ditas
tus.

Interrogatus quē arbitraretur ducem preſta
tiſſimum, ſeipſum ne, an Chabriam, an Iphicra
tem: Id, inquit, iudicatu perdifficile eſt donec vi

23

Pius vite
ſpectandus.

uimus. Alludens ad illud Solonis, neminē dicens
dū beatū, a te obitū. Quādiū uiuit homo, potest &
ad meliora p̄ficere, & ad deteriora degenerare.

24
Fiducia me
titorum.

Quum è Lacedæmone reuersus, cum suis cō
militonibus capitis postularetur, vt qui p̄ter les
gem, Bœoticæ præfecturæ menses quatuor adie
cisset, iussit vt duces in ipsum reijcerent crimen
tanquam vi compulsū. Ipse autem pro se dixit, se
non habere sermones factis meliores: Sentiens
ipsas res gestas reo patrocinari debere. Quod si,
inquit, omnino dicendum est aliquid apud iudi
ces, peto vt quum me occiderint, columnæ dāna
tionis titulū inscribant: quo Græci videant, quod
Epaminondas Thebanos nolētes cōgerit Laco
nicam, quæ per quingentos annos capi non pote
rat, ac Messenam incoluerat annis c c x x x, igni
ferrōq; populari, tum Arcades inter se cōciliare,
résq; illorum cōponere, deniq; Græcos libertati
restituere. Nam hæc illo tum imperio gesta sunt.
His auditis iudices discesserunt multum ridētes,
ac ne calculos quidem de illo colligere voluerūt.
Quod totius causæ periculū à ducibus in se vnū
recepit, dubites humanius ne factum sit, an ani
mosius. Simul autem docuit quantam fiduciam
homini præstet egregiorū meritorum cōsciētia.

25
Duces p̄c
cipua victo
rie spes

In suprema pugna apud Mantineam sauciatus,
delatusq; in tentorium, vocauit ad se Daiphantū
tum, post illum Iollydam: vbi audiuit eos viros
interisse, iussit omitti bellum cum hostibus, quā
doquidem iam exercitus duces non habebat: ac
verbis ipsa res testimonium præbuit, quod Epā
minondas optime nosset ciues suos. Et hoc vides
tur apophthegmatibus adiectum.

Meneclides inuidens Epaminondæ gloriæ, sua
 fit populo, vt pacem haberent bello potio- 26
 rem. Cui Epaminondas, Fallis, inquit, ciues tuos, qui
 ocij nomine eos ad feruitutem vocas. Pax enim
 bello paratur, nec eam tueri licet, nisi ciues sint
 ad bellum instructi. Pax bello paratur.

Eidem exprobranti quod nõ duxisset vxorem,
 nullius, inquit, consilio õ Meneclida, hac in re
 minus vt velim quàm tuo. Notans illum quod
 vxorem haberet parum sequundæ famæ. 27
 Mortuæ te-
 ctus

Rursus eidem obijcanti quod Agamemnonis
 gloriã æmularetur, Falleris, inquit: nam ille to- 28
 tius Græciæ præsidij vsus, decem annis vix vnam
 cepit urbem: ego vnus huius vrbis præsidij vno
 die profligatis Lacedæmonijs totam Græciam
 liberaui. Agamemnon
 ne maior.

Ciuum suorum iniurias patientissime ferebat,
 dicens esse nefas irasci patriæ: Quæmodõ pa- 29
 rentum iniurias vlcisci pietas vetat. Pie

Pelopidæ increpanti quod nullos tolleret libe- 30
 ros, male in hoc consulens patriæ, Vide, inquit,
 ne tu peius consulas, qui talem patriæ filium res-
 licturus sis. Habebat enim Pelopidas filium im-
 probum & infamem. Mihi, inquit, Leuëtrica pu-
 gna pro liberis erit, nunquam intetitura. In hoc
 enim suscipiuntur liberi, ne pereat nostri memo-
 ria. At hoc melius præstant egregia facinora,
 nam liberi frequenter offuscant parentum glo-
 riam. Benefacta
 pro liberis

Quum sentiret vulnus esse letale, non prius fer- 31
 rum eduxit, q̃ audisset Thebanos vicisse. Tũ, sa-
 tis, inquit, vixi. inuictus enim morior. & educto
 ferro protinus efflauit animam. Mortis ges-
 nerosa

32 Valerius narrat illū quæsisse, an ipsius clypeus esset saluus: vt audiuit saluum, rogasse an hostes essent deuicti. Quum audisset penes Thebanos esse victoriam, ita loquutum militibus, Non finis commilitones vitæ meæ, sed melius & altius initium aduenit. Nunc enim vester Epaminondas nascitur, quia sic moritur.

33 *Vir magistratum ornat*
Quum illi per inuidiam & contumeliæ gratia sordidus quidam & contemptus magistratus de legatus esset à populo Thebano, non aspernatus est, dicens, non solum magistratum ostendere virum, sed virum vicissim ostendere magistratum: itaq; gessit, vt deinceps tanquam honestum munus a multis ambitetur, quum antea nihil aliud fuerit, quàm cura, sordes & stercorea ex angiporis eijciendi.

34 *Benigniter*
Idem cuidam egeno mādauit, vt à quodam ex amicis ipsius talentum peteret. petijt, & accepit. Amico percontanti quur id iussisset, Quoniā inquit, ille quum vir sit probus, inopia premitur, tu vero diues es, multa de publico depeculatus. Epaminondas ipse pauper, hac ratione subuenit egentī. Bonorū enim probum est, virū probum egere necessarijs.

35 *Ocium*
Tempore belli Leuctrici quum accepisset quēdam strēnum virum perisse morbo, per locum dixisse fertur, Vnde fuit illi moriendi ocium in tantis negocijs? Frequenter autem non minima morbi pars est imaginatio metūsve morbi. Hunc languorē solet excutere negociorum ardor.

PELOPIDAS

I *Pecunia contempta*
Pelopidas in præfectura rei militaris Epaminondæ collega, quum amici dicerent illi rei necessē

farix, videlicet colligendi pecunias, nullam esse curam: Ita per Iouē, inquit, necessarix, sed huic Niscomedi, ostendens hominē claudū ac mancū. Sē sit fortibus viris nihil esse opus pecunia.

Vxori quæ ipsū ad bellum proficiscentē rogabat muliebriter, vt seruaret seipsum, Alij, inquit, vt isthuc faciant, monendi sunt. Nam princeps ac dux hortādus est potius vt seruet ciues. Vox imperatore digna, cuius est ciuium multorum salutem, suæ vnus incolumitati antepone.

Quum è militibus quispiam qui viderat Lacedæmonios per angustias montū aduētare, dixisset Pelopidæ, Incidimus in hostes: Qui potius nos in illos, inquit, quàm in nos illis

Ab Alexandro Pheræorum tyrāno præter foedera captus ac vinctus Pelopidas, cōuitia cōgessit in foedifragū: vt aut iratus ille dixit, Mori peras, Admodū, inquit, quo magis in te exasperetur Thebani, tuq; citius des pœnas violati foederis, dijs pariter atq; hominibus inuisus.

Thebe tyranni vxor adijt Pelopidam, dixitq; se mirari, quod vinctus esset tam hilaris. At ego, inquit, magis te miror, quod non alligata feras Alexandrum.

Posteaquam Epaminondas Pelopidam liberū reduxisset, aiebat se gratiam habere Alexandro, per quem experimento comperisset, se non tantum ad bellum, sed etiam ad mortem bene animatum esse.

Quum Pharsali congressurus esset cū Alexandro Pheræorum tyranno, milites admonuerunt, duplo plus Thessalorum esse cum Alexandro, q̄ ipse Thebanos haberet, Tāto, inquit, melius nos

2
Dux alioſi
ſeruator

3
Animose

4
Libertas

5
Libere

6
Mortis con
tempus,

7

bis erit, plures enim vincemus. Hoc & alteri culdam adscribitur.

Frugalitas De eo Plutarchus Symposiacôn libro 2. refert quiddam perquam festiuum. Conuiuium agitâs cum collegis ducibus, in fine conuiuij bibit accētū. Percontantibus num id conduceret ad sanitatē, Nescio, inquit: illud scio, bonū esse ad hoc, vt quis meminerit domesticæ diētę, siue domesticorum negociorū. Sentiens conducere aduersus crapulam, & conferre sobrietati: simul indicâs se domi parcissimo victu agere solitum.

MANIUS CURIUS

8 **Agri modus** Manius Curius nōnullis arguentibus quod ex agris bello partis partem exiguam vniciq; militum distribuisset, magnā vero reipublicæ: optauit à dijs, nequādo existeret quisquam Romanus cui ager exiguus videretur, qui posset alere dominum. Sentiens eum non esse Romano dignū nomine, qui plus appeteret, quā quod ad victū frugalem satis est.

9 **Aurū spre-tum.** Samnites posteaquam ab illo fuerant deuicti, venerunt ad Manium Curium, ac magnam aurū vim offerebant, atq; id temporis fortē rapula coquebat ollis fictilibus. Respondit autem Samnitium legatis hunc in modū, Nihil opus est auro talē cœnantī cœnam: sibi vero potius esse, aurum possidentibus imperare, q̄ aurum habere.

C. FABRITIUS

10 **Dux egregius** C. Fabritius quum audisset Romanos à Pyrrho deuictos, ad Labienum versus, Pyrrhus, inqt, non Epirotæ vicerunt Romanos. Sentiens vnus ducis ingenio victoriam acceptam ferri oportere, non virtuti militum. Hoc pacto Romani nos

minis ignominia eleuauit, qui quā Epirotis essent virtute superiores, hoc solo erant inferiores, quod non haberent ducem Pyrrho similem.

Quum Pyrrhus pro redimendis captiuis multum auri misisset, aurum quidem non accepit Fabricius. Postridie vero Pyrrhus maximū elephantū emisit, qui ignaro Fabricio à tergo subito barriens apparet. Id ubi factū est, respiciens Fabricius ac ridens, Me, inquit, nec aurum heri, nec hodie belua fecit attonitum. Sensit Pyrrhū hoc de industria egisse, vt quoniam auro bonisq; verbis deleniri non poterat, immani voce beluę terreretur. Sed expertus est Pyrrhus animum vndiquaq; inexpugnabilem.

Pyrrho vero hortanti vt Fabricius apud se ageret, imperij socius futurus, Ne tibi quidē isthuc expedierit, inquit. Nam si Epirotæ nostrū vtrūq; pernorint, mihi regi quā tibi parere malent.

Fabricio iā consuli misit epistolam Pyrrhi mendicus, qua promittebat se regē veneno necaturū, si iuberet. At eam epistolam autore non prodito ad Pyrrhū remisit, iubēs illū sibi cauere, qui pessimus esset iudex tum amicorum, tum hostiū. Sentiens eum eos habere pro hostibus quos amplecti debebat si satis nouisset, & hos pro amicis ducere, qui peius illi vellent q̄ hostes.

Ceterum ubi compertis insidijs Pyrrhus medicū egisset in crucem, Fabricio captiuos gratis remisit. At Fabricius noluit eos gratis recipere, sed parem captiuorum numerū remisit, ne à Pyrrho proditi beneficij mercedem accepisse videretur, negans se hoc iudicium fecisse Pyrrhi causa, sed ne Romani viderentur dolis hostem occide-

11
Anim^o sua
expugnab
bilis.

12
Fiducia sua

13
Fides in ho
stem

14
Nihil grati

re, vt qui viribus superare non possent.

FABIUS MAXIMVS

15
Constitia
contempta

Fabius Maximus quoniam cum Annibale con-
sistere detrectabat, sed mora copias illius & pe-
cuniarum & comēatus egētes attenuabat, sequēs
illum per aspera montuosaq; , ac subinde obiter
sefe opponēs, à nōnullis per ludibrium dicebatur
Annibalis pædagogus. hoc conuitio nihil com-
motus, pergebat suum institutum sequi, dicens
apud amicos, Qui dicteria conuitiaq; metuat, eū
sibi videri timidiorē his qui fugiunt hostes. Sē-
sit hoc turpius esse timiditatis vitium, quo leuius
est periculū. Nihil autē leuius dictis, quæ qui for-
midat, quomodo sustinebit impetum hostium?

16
Temeritas

Quum de Minutio illius collega, quoniam nō
nullos hostes deiecerat, multus esset ortus rumor
tāquam de viro nomine Romano digno, ait se
magis secundam Minutij fortunā, quā aduer-
sam pertimescere. Sentiēs illius temeritatē peri-
culosissimam esse reipub. quā si rerum successus
attolleret, in extremū discrimē adducturam vni-
uersum populum Romanū: sed aduersis casibus
futuram moderatiorem.

17
Vacce

Paulopost quum Minutius hostium insidijs se-
ptus in summo esset periculo, ne cum suis copijs
periret, Fabius è monte mouens exercitum, venit
illi auxilio, multisq; trucidatis hostibus ipsum ca-
ripuit. Hoc facto Annibal ad suos dixit, Nōne
vobis sæpenumero prædixi fore, vt illa montana
nubes nobis aliquando tempestatem immitte-
ret? Hoc Annibalis, non Fabij dictum, huc aliū
de suspicor adscriptum.

18 Post calamitatem quam Romani acceperant

apud Cannas, creatus imperator cū Claudio Mar- Contatfo
cello, viro audaci, semperq; gestienti cum Anni-
bale confligere, Fabius potius sperabat futurum,
vt si pugna abstineret, Annibalis exercitus ductu
temporis deficeret. Id sentiens Annibal dixit, se
magis formidare Fabium à pugna quiescentem,
quàm Marcellum pugnantem. Nec hoc est Fabij
apophthegma, sed Annibalis.

Miles quidā Lucanus delatus erat Fabio, quod 19
noctu frequenter è castris clàm excederet, amore Error meris
cuiusdam foemine. Fabius quum audisset illum tis cōdonas
alioqui in rebus belli præclarum esse virum, iussit t:3
clàm apprehensam mulierem quam amabat miles
ad se perducī: quæ simul vt adducta est, iussit ac-
ceri virum: ad quē ita loquutus est, Haud clàm
nobis fuit, te præter legem militarem abnoctare
à castris: at ne id quidem prius nos latuerat, te p-
bum esse militem: proinde errata ante bene gestis
cōdonamus, cæterum posthac eris nobiscum: nā
habeo fideiussorem. & productam mulierculam
illi commendauit.

Tarentinos Annibal præsidio imposito tene- 20
bat arce accepta. Fabius itaq; dolo quàm longissi- Facete
me exercitum suum abduxit ab vrbe: quam vbi
cepisset, diripiissetq; scribæ percontanti, quid de
templorum simulacris statuisset. Relinquamus,
inquit, Tarentinis deos iratos.

Quum M. Liuius sibi postularet acceptum fer- 21
ri quod Fabius cepisset urbem Tarentinam, vide- Iactantia
licet quod in arce præsidium habuisset: cæteris ia- elusa.
ctantiam hominis deridentibus, Vera, inquit Fas-
bius, narras: nam nisi tu ciuitatem amisisses, ne-
quaquam ego recepissem.

22 **Cōsulatus
maiestas.** Fabio iā sene filius illius consul factus est, quū publicitus multis audiētibus habuisset orationem, Fabius cōscenso equo præcedebat. Quū autem iuuenis lictorem misisset, qui patrē iuberet equo descendere: alij quidē factum hoc auersati sunt: at Fabius ab equo defiliens, non habita ætatis ratione accurrit, ac filium complexus, *Euge, inquit, fili, sapi, qui intelligas quib⁹ imperes, & quā magnum magistratum susceperis.*

23 **Graniter.** Quum Minutius gloriaretur, ipsius opera multum maiestati Fabianæ dignitatis decessisse, Si saperes, inquit Fabius, Minuti, reputares tibi cum Annibale certamen esse potius quā cum Fabio.

24 **Humanitas cūrat optime.** Dicebat absurdum videri, si quum equos & canes venaticos familiaritate cibōq; cicuremus, potiusquam catenis aut verberibus: homines feroces animo, nō humanitate ac beneficijs nobis conciliemus, sed asperiores in illos simus, quā agricolæ sunt in caprificos ac malos syluestres & oleastros, qui has non protinus excidunt, sed insidione docent mitescere.

25 Fabius Max. congiariorum exiguitatē notans, dixit non esse congiaria, sed heminaria. Congiaria dicuntur dona quæ dantur populo. Congius autem mensuræ genus est, qua multo minor est hemina. Ad mensuram igitur alludens negauit esse congiarium, sed heminarium.

ANNIBAL

26 **Victor & victus.** Annibal à Minutio, quē insidijs obsederat, per Fabij copias depulsus, vbi redisset in castra, dixisse fertur, eo prælio a se victum Minutium, se autem à Fabio fuisse superatum: videlicet ex eadem

pugna victus & victor redijt. Perierat enim Minutius, ni Fabius succurrisset.

Quum Marcellus aliquot diebus continenter cum Annibale cōfixisset vario Marte, dixit Annibal sibi rem esse cum hoste, qui nec victus nec victor nosset quiescere. 27

Quum Fabius simili arte recepisset Tarentum quali Annibal ceperat: Et Roma, inquit Annibal, suum habet Annibalem. 28

Dolus dolū vincit.

Quum Romanorum legati condiciones pacis retulissent apud Carthaginenses, & Gisco quidā ausus esset suadere bellum cum Romanis redintegrandum, Annibal indigne ferens hominē imbellem de rebus arduis loqui, adhuc dicentem è suggesto deturbavit. Hoc factum tam violentum in libera ciuitate demirante & indignante multitudinē, Annibal consensu suggesto dixit neminem mirari debere, si qui à primis statim annis Carthaginē reliquisset, interim ætatem omnē in bellis & armis transegisset, minus nosset vrbanas consuetudines. hoc præfatus, pacem suadere cœpit, & persuasit.

29
Militaris
fretocia.

Quum adesset dies quo primā pensionem exigebat à Pœnis Romani, totus populus ad tributimentionē ingemuit, at Annibal interim effusurisit. Ea de re increpatus ab Asdrubale Hedo, negavit eum risum fuisse gaudentis, sed aliorū seras & inanes lachrymas deridentis, quæ nunc in leviore malo manarent, quum antea potius manare debuerint, quo tempore Romani classes, arma & amplissimarum victoriarum spolia Pœnis detraherent, ac leges victis imponderent. 30

Lachrymæ
seræ.

Quū Annibal apud Cānas felicissime pugnavit 31

Uti victoria
 32
 Ridicule.
 fet, amicis suadentibus ut fugientem hostem in se
 quens in urbem irrumperet, non obtemperauit.
 Quam rem Barcha Carthaginensis adeo indigne
 tulit, ut exclamarit, Vincere scis Annibal, victo-
 ria uti nescis. Hoc dictum Titus Lilius tribuit
 Maharbali.

32
 Ridicule.
 Annibal Gisconi nūciantī sibi admirabilem vi-
 deri Romanorū instructorum ad pugnam nume-
 rum, imò aliud, inquit, mirabilius te fugit. Quid-
 nam hoc esset sciscitāti Gisconi, quod ex tam nu-
 merosa, inquit, hominū multitudine, nullus ap-
 pellatur Gisco. Is ducis locus multū timoris de-
 traxit, multumq; alacritatis addidit militibus.

33
 Exercitus
 p̄dē apt?
 Idem profugiēs, apud Antiochum regem age-
 bat. Is ostēdit illi suum exercitum, barbarico ap-
 paratu magnifice instructum, sed ad prædam ma-
 gis quàm ad bellum. Hæc omnia quum diligen-
 ter esset contemplatus Annibal, rogauit Antio-
 chus, num hæc omnia satis essent futura Roma-
 nis. Tum Annibal, planè satis arbitror, etiāsi aua-
 rissimi sint Romani. Lusit Pœnus ab inexpecta-
 to. Rex de prælio sciscitabatur, iste respondit de
 præda. Quid enim aliud est miles imbellis, au-
 ro, argento, ceterisque rebus ad prædam inuitanti-
 bus instructus?

34
 Odiū per-
 tinax.
 Idem adhuc puer, quum quæreretur de finien-
 do odio inter Romā & Carthaginem, pedem in-
 flexit solo, ac puluere suscitato, tum demū finem
 belli fore dixit, quum altera pars in habitum pul-
 ueris esset redacta. Agnoscas ingeniū exitio Ro-
 manæ gentis natum.

35
 Inter Scipionem Africānum & Annibalē or-
 tus est sermo de præstantia ducum. Quumq; Sci

pio rogasset quem primum esse censeret, respondit, Alexandrum magnum: quem secundum, Pyrrum Epirotarum regem: quem tertium, seipsum nominavit. At quid, inquit Scipio, si me vicisset? Tum, inquit, me neque secundum, neque tertium, sed omnium primum censuissem.

Annibal bibiturus venenū quod in eum usum paratum habebat, dixit: *Soluamus ingenti cura populum Romanum.* Id postremo male habebat hominem, quod Romanis iam non posset aliquo pacto molestus esse.

Post victoriā Cannēsem, si Hannibal rectā petisset Romā, poterat in Capitolio prandere, sed frui quā vti victoriā maluit, Campaniā ac Tarentū peragrans: vbi mox & ipse, & exercitus adior adeo elāgit, vt verissime dictū sit, Capuam Annibali fuisse Cannas. Siquidē inuictū Alpibus, indomitum armis, Campania sole, & Baſe fontibus calidis tepentes subegerunt. Refert Florus.

SCIPIO MAIOR

Scipio senior siquando vacans à negocijs bellis in literis versaretur, dicere solet se nunquam minus esse ociosum, quā quū esset in ocio. Sensit se id temporis non dare animum ocio, aut voluptatibus, sed de reipublicæ cōmodis multa suo cum animo tractare.

Posteaquā Carthaginem armis ceperat, milites quidam virginem elegāti forma captam adduxerunt, eiq; tradiderūt. Hic ille, libēter acciperem, inquit, si priuatus essem, non imperator. Iuuenis insigni puellæ forma corrumpi nō potuit, quo minus meminisset quid deceret imperatorē. At multi sunt hodie, qui ob hoc ipsum sibi cre-

D

Præstantia.

36
Odium pertinax.37
Voluptas enollit indomitos.x
Oculum sapientia.z
Imperator castus.

dunt tum licere, tū decora esse omnia, quòd sunt imperatores.

3 *Fiducia euctus.* Rursus quum obsideret oppidum humili loco situm, prominente illinc Veneris templo, iussit illic profiteri vadimonia, tanquam tertio post die ius ibi redditurus. Et quod se facturū prædixit, fecit vrbe capta. tanta erat victoriæ fiducia.

4 *Miles dicto audiens.* In Sicilia percontanti cuidā, qua re fretus classem educere pararet in Africam, ostēdit viros armatos trecentos sese exercētes, præterea turrim excelsam mari imminentē. Et ait, Nullus horum est, qui nō conscēsa turri semet in mare præcipitatus sit, si iussero: Sentiens nō perinde referre quā numerosam educas multitudinē, modo fortis dux educat exercitatos, & dicto audientes.

5 *Animus presens.* Vbi traiecit in Africam, ac terra potitus hostiū castra concremasset, Carthaginenses missis legatis foedus cum Scipione pepigere, pollicētes se & elephantos camelosq; & naues, & pecunias daturos. Cæterum posteaquā Annibal abnauigasset ex Italia Carthaginem, cœpit illos cōuentorum pœnitere, eò quod iam animum recepissent. Id audiens Scipio, negauit se etiam si ipsi vellent, pacta seruaturum, nisi prius imperatis adderent talentorum quinq; milia, hoc nomine quòd Annibalem accersissent.

6 *Humaniter & argute.* At posteaquā Carthaginēses vi adacti, legatos de foedere ac pace ad Scipionē misissent, iussit eos qui venerant, protinus abire, tanquam nō auditurus eos, priusquā L. Terētium ad se perduxissent. Erat autem Terentius Romanus, vitæ probus & humanus, qui in bello captus à Pœnis detinebatur. Quem vt adduxerāt, Scipio pro tri-

bunali sedēs hominem apud se collocavit, moxq; auditis legatis bellum dissolvit. Porro Terentius tanti beneficij memor triumphātem Scipionem sequebatur pileatus, velut illius libertus. Quin & Scipione mortuo ad exequias mulsū exhibuit, aliq; ad funeris celebritatem pertinētia studiose procuravit. Sed de his posterius. Hic in Scipione quidem habes exēplum beneficij candide simul & honorifice coliatī, in Terentio vero memoris animi specimen.

Posteaquā Romani traiecerāt in Asiam ad 7
versus Antiochum regem, isq; legatos ad Scipio- Frenum res
nem de pace misisset, Id, inquit Scipio, prius fa- ceptum.
ctum oportuit, non nunc, quū & frenum & ses-
sorem recepisti. Allusit ad apologum de equo & fessore, notio- rem quā ut hic sit cōmemorādus.

Senatus decreverat ut pecunias sumeret ex aë 8
rario: at quum quęstores ærarij negarēt se eo die Fideiā ma-
aperturos, Ipse, inquit, aperiam, quādo mea causa ritorum.
clauditur, qui tanta pecuniarū vi repleuerim æra-
rium. Vacua non claudūtur: eò Scipio per locum
dicebat sibi hoc laboris suscipiēdum ut aperiret,
qui fuisset in causa ut tam diligēter clauderetur,
ut quęstores diei spatium quęrent ad recluden-
dum. Exemplum ingētis fiducię meritis quęsitæ.

Quum à Petilio & Quinto trib. plebis, multis 9
nominib; accusaretur apud populum Romanū, Fideiā ma-
nihil ad crimina respondit, tantū hoc dixit, Hoc ritorum.
die Quirites Annibalem & Carthaginem devici
proin ipse sumpta corona in Capitoliū ascen-
do Ioui Opti. Maxi. sacrificaturus: si quis de me
suffragium ferre velit, ferat. Hęc loquutus ascen-
debat ad Capitoliū relictis accusatoribus, nōdum

D ij

perorata causa. Tantū valet egregiorum in re-
publicam meritorum fiducia, vt repente iudicij
rigor versus sit in ouationem, & reus pro suppli-
ce egerit triumphantem.

- 10 *Genitose.* Scipio Africanus quibusdam calumniantibus,
quod parū strēnuus pugnator esset, Imperatorē,
inquit, me mater non bellatorem genuit. Signifi-
cās in Imperatore plus habere momēti solertiam
ac prudētiam in consilijs, quā vires in praelijs.
- 11 *Clementer.* Idem dicere solebat, hosti non solum esse dan-
dam viam fugiendi, verū etiam muniendam: do-
cens moderādam esse victoriam, nec sauiendum
in eos qui contra ferre arma destitissent.
- 12 *Ignaua.* Idem militi cui scutum erat elegātius ornatū,
non miror, inquit, q̄ scutum tanta cura ornatis,
in quo plus habeas præsidiij quā in gladio: Signi-
ficans illum ignauum militem. *Clypeus tuetur,*
sed gladius fortitudinis organum est.
- 13 *Graviter.* Idem dicere solet, ij quibus sunt equi ferociores
tradūt eos domitoribus, vt his faciliorib⁹ possint
vti. Sic homines secūdis rebus effrenatos, sibiq̄
præsidentes tanq̄ in gyrū rationis ac doctrinę duci
oportere, vt perspecta rerū humanarū imbecilli-
tate, varietatēq̄ fortunę, reddātur moderatiores.
- 14 *Prœuidētia* Dicere solet, in re militari turpe verbū esse, nō
putaram: quod alijs in rebus interdū locus datur
male instituta posterioribus consilijs melioribus
corrige: Cæterum quæ ferro peraguntur, ea nō
oportet temere aggredi, quod hic error ferè est
inemendabilis. Idem dictum locum habet & in
his quæ semel facta mutari non possunt, vt in du-
cenda vxore, in sacris ordinibus.
- 15 Cū hoste dicebat non esse confli-
gendū, nisi aut

inuitaret occasio, aut vrgeret necessitas: quod incogitantis sit opportunitatē oblatam negligere, & extremę ignauię sit, tum nō prestare fortē animū, quū audacia spem prebet incolumitatis. formidolositas nihil aliud quā certū promittit exitiū.

Quōdo bel-
landum.

T. QVINTIVS

T. Quintius ab ipso protinus initio clarus fuit, ut prius quā esset ædilis, aut tribunus militum, aut prætor, consul factus sit. Porro missus imperator aduersus Philippum, suasisit ut veniretur in colloquium. At quum Philippus posceret obsides, eod quod ille multis Romanis comitat⁹ esset, ipse vero solus: ut solus sis, inquit Quintius, ipse fecisti, qui amicos & cognatos tuos occideris.

1
Libere.

Vbi Philippum bello vicerat, in Isthmijs præconio iussit euulgari, se Græcos suę libertati, suoque iuri permittere. Quotquot autem Romani temporibus Annibalis capti, seruiebāt apud Græcos, quū horum singulos Græci quingentis drachmis emissent, gratis Quintio donarūt: qui & ipsi Romæ triumphatē sequuti sunt pileati, quod facere solent è seruitute manumissi. Et hoc admiror à Plutarcho inter apophthegmata commemorari.

2
Clemens
victor.

Achæos meditantes expeditionem aduersus insulam Zacynthiorū monuit, ut cauerent, ne more testudinum caput extra Peloponesum proferentes, venirent in periculum. Testudo enim intra testam tutissima est.

3
Tutum esse
militum.

Quū Antiochus rex cū numeroso exercitu venisset in Græciā, omnesque reddidisset attonitos, & militū numerus, & armaturæ varietas, Quintius hoc sermone metum ademit Achæis: Quum, in

4
Ostentatio
inania.

quit, essem in Chalcide cœnans apud hospitem meum, mirabar carniū copiam, quā essent omnia tecta niue: at hospes respondit, ea omnia nihil aliud esse quā in suis domesticæ carnes, tātum apparatus & cōditura diuersa. Ne vos igitur, inquit, admiremini regis copias, quā auditis hastatos, cataphractos, pedites, equites, & sagittarios. Nā hi omnes Syri sunt, armatura inter se differentes.

5 *Walle* In Philopœmenem Achæorum ducē, qui multos haberet equites & armatos, sed pecuniarum indigus, ita iudebat, Philopœmen, inquit, manus habet & crura, ventrem non habet. Ac tali quidem specie corporis erat Philopœmen. Quin-
tius autem equites ac pedites armatos, manus & crura ducis appellabat, sed quoniam nō habebat quo aleret militem, negabat illū habere vētrem.

C. DOMITIUS

6 *Didada ex-
uentus* C. Domitius, quem Scipio maior pro se Lucio fratri in bello aduersus Antiochum legatum dederat, ubi contemplatus esset hostium phalangē, exercitus præfectis hortantibus ut confestim aggrederetur, negauit tēpus sufficere ad hoc, ut tot milibus trucidatis, ac direptis impedimentis, in castra reuersi sua curarēt corpora. sed hoc ipsum postridie se tēpestiue facturum dixit. Ac postero die cōgressus quinquaginta milia trucidauit. Vix strenuus nō dubitauit de victoria, spatium modo temporis gerendæ rei par eligebat.

P. LICINIUS

7 P. Licinius consul, imperator equestri pugna superatus à Perseo Macedonum rege, bis mille & octingentos milites amisit, partim interfectos, partim captos. Vbi vero post pugnam Perseus

mitteret oratores acturos de fœdere ac pace, Lincinius qui victus erat, victori præscripsit, vt si pacem vellet, quæ haberet in sua potestate, daret in fidem Romanorum. Ne calamitas quidē fortissimi viri spiritus potuit imminuere. Nec ignorauit Perseus quibus cum viris ipsi res esset, eoque fecit victor quod victi solent facere.

Animo se

PAVLVS AEMILIVS

Paulus Aemilius quum iterum peteret consulatum, repulsam tulit. ceterum quum bellum aduersus Perseum ac Macedones, imperitia segnicieque ducem in longum duceretur, eidemque consulatum detulissent, negauit se illis habere gratiam: non enim se ob id tum designatum imperatorem, quod ipse desideraret imperium, sed quod ipsi imperatorem.

8

Necessitate delatus honore

E foro domum reuersus quem filiam puellam nomine Tertiam reperisset lachrymantem, rogauit quid haberet, Illa respondente, Perseus nobis interijt: Id erat nomen catelli, quem puella habebat in delicijs: Sit felix, inquit, o filia, omen accipio: moxque in bellum profectus pulcherrimum de hoste triumphum egit.

9

In exercitu vero quem multam confidentiam ac loquacitatem cooperisset militum officia ducem sibi vindicanti, resque non necessarias curanti, iussit illos quiescere, nec aliud quicquam agere, quam vt enses suos acuerent, cætera sibi fore curæ. Nocturnas autem excubias iussit illos sine lanceis & gladijs agere, quo nimirum adempta spe depellendi hostem, tanto acrius pugnarent cum somno.

10

Disciplina militum

Quum per loca prærupta irrupisset in Macedoniam, vidissetque instructam hostium aciem, exhortante Nasica vt protinus inuaderet hostem, Fa-

11

Dux viri rerum callidus

D iij

cerem, inquit, si tuæ essem gratias, sed multarū rerum experientia prohibet, ne ex itinere statim cum instructa acie congrediar.

12 *Ars cōsulij* Deuicto Perseo, quū epulum exhiberet victorale, dicebat eiusdem esse artis & aciem bene instruere, & conuiuium exhibere: illam ut hostibus sit quammaxime formidabilis, hoc ut amicis sit iucundissimum.

13 *Seuere* Quū Perseus captiuus deprecaretur, ne in triumpho duceretur, Isthuc, inquit, in te situm erat: significans illi licuisse in bello perire, aut certe vincere.

14 *Frugalitas* Ex pecuniarū infinita vi reperta in castris hostium, ipse quidem nihil sibi sumpsit, Tiberoni tamen genero phialam pondere quinque drachmarum, fortiter gestæ rei præmium dedit. Atque hoc primum aiunt argenteum vasculum in Aeliorū domum fuisse ingressum.

15 *Patriæ claritas* Ex quatuor liberis masculis quos susceperat, duos antea dederat in adoptionem. Ex duobus autem qui remanserant in familia, alter quinque ante triumphum diebus interijt, annos natus quatuordecim: alter quinto post actum triumphum die, annos natus duodecim. Ob id populo luctum ac moerorem cum illo iungente, ipse prodiens ad multitudinem, dixit, se post tam continuos rerum successus aliquid magni mali à fortuna expectasse: se vero nunc de patriæ incolumitate securum esse factum, nihilque timere periculi, posteaque fortuna prospere gestarum rerum inuidiam in suam domum impingente, ipse pro omnibus depēdisset.

16 *Calce quæ torqueat* Vxor erat illi Papyria, Mafonis viri consularis filia, quā quum longo tempore domi habuisset,

exq; ea pulcherrimam sobolem sustulisset incli-
tum illum ac maximum Scipionem Aemilianū,
repudiavit: & amicis diuortium vehementer dis-
suadentibus, porrexit calceum dicēs, Hic calceus
nōne nouus est? nōne pulcher est? At nemo ve-
strūm nouit, quā pedem meum torqueat.

Perseo sese ad victoris pedes abijcienti, vocēsq; 17
degeneres emittenti, *Quur*, inquit Paulus, fortis Generose
nam crimine liberas, sic te gerens, vt superiore
etiam fortuna videaris indignus? *Quur* meā de-
decoras victoriam, ac rerum a me gestarum glo-
riam obscuras, tam abiectum te demonstrans, vt
indignus appareas, quem populus Romanus ha-
beret hostem?

Idem dicebat imperatorē, si minus ætate, cer- 18
te moribus senem esse oportere: Sentiens nō esse Tæretitas
præcipitanda consilia, quod solēt iuuenes, sed mo-
ribus vtendum esse senilibus.

CATO SENIOR

Cato Senior in concione suafurus de frumen- 1
to viritim diuidēdo, ita præfatus est: perdifficile. Vēterfurd⁹
esse ad ventrem auribus carentem verba facere.
ventrem dixit, quōd ageretur de populi victu.

Aiebat se mirari, quomodo seruari possit ea ci- 2
uitas, in qua pluris veniret piscis quā bos. Præ- Luxus
cipuus luxus olim erat in piscibus, vnde legim⁹
nullum sex milibus emptum.

Obiurgans aliquādo summam vxorum impo- 3
tentiam, Omnes, inquit, homines vxoribus domi- Vxorū im-
petiam
nantur, nos omnibus hominibus, nobis autē vxo-
res: hoc modo colligens mulieres esse rerum o-
mium dominas.

Dicere solet, se malle p̄ collato beneficio nullā 4

Impunitas mala reportare gratiam, quæ pro maleficio perpetrato non dare poenam. Significans nihil esse periculosius impunitate, quæ semper ad deteriora inuitat.

Seuerus in seipsum. Idem dicebat se omnibus peccatis ignoscere, præterquam sibiipsum. Multum dissimilis illi Mevio, qui carpens alios, sibi condonabat omnia. Sibi ignoscit, quæ non poenitet admissi. De se poenas sumit, quæ cura pensat, quod incogitantia commissum est.

6 Exhortans autem magistratus ad sumendas poenas de his qui delinquerent, dicebat eos qui maleficos prohibere possent, nec facerent, lapidandos esse: Sentiens illos de vniuerso populo pessime mereri, quod ad scelerum licentiam inuitarent improbos.

7 Aiebat sibi magis placere iuuenes qui rubescerent, quam qui pallecerent, quod rubor arguat probam indolem, pallor non item.

Miles bonus Dicebat sibi inuisum esse militem, qui ambulans moueret manus, pugnas moueret pedes, clariorque sterteret, quam in clamaret: pessimum autem Imperatorem, qui sibi non posset imperare.

Sibi quisque testis Maxime existimabat oportere vnumquemque se ipsum reuereri, quod nullus vnquam a seipso discedat. Ita fieret, ut quicquid alijs testibus non auderemus facere, idem solos facere puderet.

Statuarum gloria. Conspiciens multorum erigi statuas, malim, inquit, ut de me quærant homines quamobrem Catoni non sit posita statua, quam quare sit posita: Sentiens se malle res præclaras gerere, ut olim scientes illum promeruisse statuam, miterentur non esse positam.

XX Admonebat ut qui potentes essent, parce vterentur sua potestate, quo semper vti possent: Sentiens potentiam clementia comitatemque fieri diu-

tumam, ferocia breuem.

Qui virtutem honore suo fraudarent, eos dicebat ipsam virtutem à iuuentute auferre: Sentiens præmijs animos iuuenum ad virtutē accēdi, quę si detrahās, ipsa virtus elanguescit.

12
Honos virtutis

Magistratum aut iudicem dicebat nec pro iustis orandum, nec pro iniustis exorandum. Sensit culpam esse iudicem, si vt iustis æqui sint, orandi sunt, quum oporteat vltro fauere bonis: pro iniustis orare fortassis humanitatis est, at exorari est à iustitia desectentis.

13
Iustitia

Iniuriam etiam si facienti nihil adferat periculi, vniuersis tamen periculosam esse dicebat: Sentiens impunitæ iniuriæ exemplū omnibus minari iniuriam. Etenim si liceat impune lædere, nullus erit tutus ab improborum violentia.

14
Impunitas

Senectutē quā multa adsint probra, dicebat nō esse addendū malitiæ dedecus: Sentiens senectutē multis nominibus vulgo male audire: veluti quā audit deformis, edentula, lusciosa, imbecillis, obliuiosa, indocilis. Hæc ferre satis est, vt nō accedat crimē improbæ vitæ, quod omnibus quidem fœdum, sed senī fœdissimum. Alij narrant hoc ab illo dictum in senem obuium vitæ contaminatæ: Ne ætatis tuæ malis addas turpitudinem.

15
Senectus

Irātū ab insano nulla alia re differre dicebat, quā mora tēporis: Sentiens irā esse breuem insaniam.

16

Eos qui fortuna moderate sobrietas vteretur, dicebat minime peti inuidia. Nō enim, inquit, nobis, sed bonis quæ nos circūstant, inuident homines. Externa bona extra hominē sunt, at in solēter vtendū vitium intra hominē est. Qui eo sibi constant inuidiam, vere sunt inuidiosi.

17
Inuidia quomodo vitetur

- 18 **Ridiculis
alluere.** Qui in rebus ridiculis seriam operam poneret, eos dicebat in serijs fore ridiculos: Significans a si fuetos ridiculis, ob habitum collectum, in serijs negocijs ita se gerere, vt non solum rideatur, sed etiam derideantur.
- 19 Præclaras actiones aiebat præclaris verbis occupandas, ne à gloria defluant. Argutius est quod vertit Philelphus, aliud, vt opinor, exemplar sequutus, Honestas actiones honestis actionib⁹ occupandas: hoc est, benefacta benefactis addenda, ne si desinamus benefacere, obsolescat priorum benefactorum memoria.
- 20 **Honos non
semp isidē** Ciues inculabat, quod semper isidem committerent magistratum. Videmini enim, inquit, aut vilem habere magistratum, aut iudicare paucos esse dignos magistratu. Quorū alterum erat male sentire de publica potestate, alterum erat male sentire de ciuibus.
- 21 **Lusco** Quendam qui agros mari vicinos ob luxū vete dere coactus est, aiebat se mirari, quasi plus posset quàm ipsum mare: quod enim illud vix paulatim alluebat, ille facile deuorarat.
- 22 **Seueritas** Censuram petens, quum cæteros competitores videret supplices, populóq; blandientes, ipse clamabat populo opus esse medico austero, validisq; remedijs: proin eligendum, non qui iucundissimus esset, sed qui inexorabilis. Atq; hæc dicens ante omnes censor creatus est. Agnouit populus morbum suum, eóq; Cato plus valuít obiurgando, quàm cæteri blandiendo.
- 23 **Vox in bello** Quando docebat iuuenes intrepide pugnare, sæpenumero dicebat, verba plusquàm gladium, & voces plusquàm manum hostes in fugam ver-

tere, attonitosq; reddere. Nolebat militem in proelio mutum esse, sed atrocibus dictis, clamore, vultusq; truculentia terrere hostem.

Bellum gerēs cum his qui Bætīm fluuium accolunt, quum in discrimen adductus esset ppter hostium multitudinem, & Celtiberi quidē offerrent suppetias, si darentur talenta ducēta, Romanū vero non sinerēt illum mercede pacisci cū barbaris: dixit errare Romanos, eò quod si vicissent, reddituri fuerint, non de suo, sed de bonis hostiū: sin victi fuissent, iam non fore, nec à quibus peteretur, nec qui peterent.

Quamuis autem complures vrbes cepisset, tamen aiebat se hisce diebus quos inter hostes egit, nihilo plus sumplisse, quàm quæ ex hostiū agris comedisset bibissetq;.

Quum cuidam militum argenti libram distribuisset, ait satius esse multos habētes argentum, quàm paucos habentes aurum è militia domum redire. Nā duces non alia re quàm gloria auctos è puincijs redire oportere. Sensit rē sat feliciter gestam, si tanta militum multitudo redeat incolumis, vt ex distributis manubijs exigua portio ad singulos redeat, potius quàm si multis desideratis pauci redeāt ex præda locupletiores. Quoniā autē rerum prospere gestarum gloria redit ad duces, hac portione par est illos esse contētos, siue multum sit prædæ, siue parum.

In militia quinq; famulos habebat, quorū vnus tria captiua corpora emit. Quod vbi sensit rescisse Catonē, priusq; in eius conspectum veniret, se ipsum laqueo præfocauit. Adeo quæstum oderat in milite, adeo veniam desperabat qui peccauerat.

24
Argute25
Abstinētia
ducis25
Reditus e
bello.26
Seueritas

rat. Nec hoc videtur apophthegma.

- 28 Hortante Scipione Africano, vt Acheorū exulibus opitularetur, quo illis in suam patriam redire liceret, simulabat eius rei sibi nullam esse curam. Cæterum in senatu quum hac de re multa verba fierent, assurgēs ait: perinde quasi nihil habeamus qđ agamus, sedemus de seniculis aliquot Græcis disputantes, vtrum à nostris an illius regionis vespillonibus efferantur.

Sentis ne-
glecti.

- 29 Quū Posthumiū Albinū historiā Græce conscripssisset, & ob id veniam peteret ab auditorib⁹, Cato irridens: danda, inquit, erat venia, si Amphictyonum decreto coactus Græce scripssisset. Hoc aliquanto secus narrant Gellius & Macrobius.

Latinus
græce.

- 30 Populum Romanum gregi pecudum conferre solebat, quæ singulæ nemini obtemperāt, vniuersæ autem gregis ducem sequuntur. Sic & vos, inquit, quos nemo vestrū priuatim in cōsiliū adhibere vellet, ab his hic congregati vos agi dicitis. Notans populum, quod deterrimis committeret magistratus.

Populus
quælis.

- 31 Aiebat populum Romanū non tantum purpuræ, verū etiam virtuti plurimū conducere. Quos admodum enim tinctores eum potissimum colorem inducunt, quo vident homines maxime delictari: ita iuuentus ad ea studia potissimum incubit, quibus populus defert honores. Honos enim non solum alit artes, verum etiam virtutem. Hoc pacto monebat populum, vt magistratus his delictum committerent, qui de se virtutis specimen dedissent: Ita fore, vt quā plurimi sese ad egregia studia conferrent.

Stones alit
virtutem.

- 32 Hortabatur iuuenes vt qui virtute & equitate

ad dignitatē peruenissent, ne turpiter ad deterio- Consilium
optimum.
ra degenerarēt: sin ambitu ac violētia, ad meliorē
frugem se referret: Ita futurum, vt & illi gloriā
augerēt, & hi benefactis maculam abolerent.

Qui magistratum eundem frequenter ambi- 33
Modus in
honorib⁹.
rent, eos dicebat velut ignaros viæ, ne aberrarēt,
lictōres qui præcederent semper quærere. Solent
enim lictōtes præite magistratum, non vt viam
ostenderent, sed honoris gratia.

In inimicum quēdam probrosæ vitæ, huius, in- 34
Filius imi
probus.
quit, mater quū deos orat, vt sibi filius sit super-
stes, non precatur, sed imprecatur: sentiens illam
& sibi & reipublicæ precari magnum malum.

Quum Eumenes rex Romam venisset, & à se- 35
Rex infens
sus Demos
cratie.
nato honorifice exceptus, clarissimorum ciuium
frequentia stiparetur, Cato non dissimulabat tan-
tum Romanorū erga illum studium sibi suspen-
sum esse, ipse vitans regis consuetudinem. Hoc
quibusdā admirantibus, ac dicentibus Eumenem
virum esse probum, ac amico in populū Roma-
num animo: Sicut ista vera, inquit, attamen illa
belua, natura ferus canis est: Sentiens omnes re-
ges, vt cunq; pro tempore simulēt, natura tyrans
nos esse, ac Democratix infensos: Romæ autem
regis nomen erat inuisissimum.

Dicebat ideo sibi ab inimicis cōsulari inuidiam, 36
Inuidia ob
benefacta.
quod quotidie noctu surgens rei familiaris ratio-
nibus neglectis, reipublicæ consuleret: notans in-
gratitudinem populī.

Quū tres essent designati qui legati proficisce- 37
Salse.
rēt in Bithyniam, quorum vnus podagra tene-
rēt, alter caput haberet vulneribus cōfossū,
tertius vecordia laborare videretur, Cato ridens

dixit, populi Romani legationem nec pedes habere, nec caput, nec cor.

38 *Puffila curare cum periculo.* Quum impetratū esset de restituendis Acheorum exulibus, Polybius & hoc ad senatum retulit, ut restitutis apud suos pristini honores ac magistratus redderentur. Hic Cato rogatus sententiam, dixit: Polybius idē facere videtur, quod fecit Vlysses, qui Cyclopi speluncam repetere voluit, quo pileum & cingulum, quæ illic per obliuionem reliquerat, reciperet: Significans abunde multum esse, quod exulibus datus esset in patriam reditus, esseque periculum ne dum pristinos honores repetunt, etiam à reditu excludantur.

39 *Nota sententia.* Aiebat stultos prudentibus plus adferre utilitatis, quam prudentes stultis. Prudentes enim dum facile vident errata stultorum, eaque vitant, fieri cautiore: at stultos non item, quæ à prudentibus recte fiunt, quia non vident posse imitari.

40 *Obelus.* Videns quendam vehementer obesum, mirabatur cui vsui tale corpus esse posset reipublicæ, cuius inter guttur & inguen omnia venter occuparet.

41 *Palato sapere.* Lurconi cuidam ambienti inter Catonis familiares recipi, negauit, dicens se cum eo non posse viuere, qui plus saperet palato quam corde.

42 *Amor.* Amantis animum dicebat in alieno corpore viuere: quod hodie quoque celebratur, animam illuc potius esse ubi amat, quam ubi animat.

43 *Poenitēda.* Tria per omnem vitam accidisse dixit, quorum poenituisset: primū, si quid arcani foeminae credidisset: secundum, si quopiam nauigio vectus esset quod pedestri itinere peruenire licuisset: tertium, si quis dies ipsi per negligentiam absque fructu effluxisset.

Ad tribunū plebis qui veneficij infamia laborabat, iniquā ferētem legem, Adolescens, inquit, nondum scio vtrum haurire quod tēperas, an approbare quod scribis deterius sit: Sentiens & legē quam parabat, exitiosam esse reipublicæ.

44
Salus.

A quodam multis nominibus infami vexatus, Impar mihi, inquit, tecum certamen est. Nam vt tibi & male audire & maledicere facillimum ac promptissimum est, ita mihi maledicere insuaue, male audire insolitum.

45
Maledicta.

Apud Atheniēses quū quæcunq; Cato breuissimo sermone expedierat, ea vix longo verborū ambitu redderet interpretes, dictū est, Græcis orationem è labijs, Romanis ex corde proficisci.

46

Adolescens quidam patris vita defuncti inimicum, mox in ius vocauit, vltusq; est, Quæm Cato obuium comiter amplexus, Sic oportet, inquit, non agnis hœdisse, sed è malorum lachrymis ac damnationibus parentum exequias celebrare.

47
Pietas in patrem

Quum quidā Catoni dixisset, Eamus deambulatum: & adolescēs quidam interpellasset, dicens: Quid opus erat, de? Imò, inquit Cato, quid opus erat te? Vna literula mutata, significauit ipsam potius esse superuacaneū in vita, q̄ de, in verbo.

48
Curare frivola.

Cato percussus ab eo qui arcam ferebat, quū baiulus diceret, caue, rogauit num quid aliud ferret præter arcam. Nam qd̄ ad arcā attinebat, serū erat dicere caue. Simulauit itaq; se moneri de alio quopiā onere, q̄ de arca, vnde cauēdum esset. Simile est qd̄ de Diogene trabe ic̄to retulimus.

49

Admonitio sera.

Cato senior quibusdam efferentibus hominem incōsulte audacem, & in rebus bellicis strenuū, ait plurimū referre, vtrum quis virtutem magno

50
Fortitudo vera.

D E

æstimet, an vitam non magni faciat: Sentiens nō eos statim esse fortes, qui quouis modo vitam cō-
 temnūt, sed qui tanti faciunt virtutem, vt huius gratia vitā alioqui charā negligant. Nā semet in vitę discrimen conijcere, aut infeliciū est, & quos vitæ iam tedet, aut immanium, & beluis similiū.

51 *Profusio.* Cato in Albidiū qui luxu facultates prodege-
 rat, deniq; & ædes deuorarat, nouissime cōsequu-
 tum incendium, quod reliquum erat absumpsit, ita locatus est, vt diceret eum fecisse proteruiam. Id erat priscum sacrificij genus, in quo si quid su-
 perfuisset, seruari religio erat, sed igni cremabat.

52 *Scrup.* Catulus cēsor Catonē sibi arctissima iunctum
 necessitudine rogauit, vt quendam ipsius iudicio obnoxium, erat enim questor, missum faceret. Il-
 le hunc in modum respondit, Turpe est nos qui iuuētuti recte instituēdæ autores esse debemus, à lictoribus irrideri nostris. Negauit asperius, qđ iniuste petebatur.

53 *Spes fallax* De spe sic prædicasse narratur autore Plutar-
 cho, quod quæ magna essent, pusilla faceret: quæ pusilla, prorsus nulla. Sentiens, opinor, de pericu-
 lis. Victoriæ spes extenuat omnia quæ solent à bello deterrere.

54 Commemorantur eiusdem quædam velut ora-
 cula de re rustica. Dicebat fortissimos viros ac strēnuissimos milites ex agricolis gigni, minimē que male cogitantes. Prædiū ne cupide emas. In te rustica operæ parcas, in agro emēdo minime. Quod male emptū est, semper pœnitet. Agrū pa-
 turos ante omnia intueri oportet aquarū vim & vicinum. Aestimare oportet quomodo niteant cōtermina. Malus est ager cum quo dominus lu-

Etatur. De bono domino melius emitur fundus.
 Agro, ut homini, quavis sit questuosus, si idem sum-
 ptuosus sit, non multum superesse. Idem interro-
 gatus quis esset certissimus questus, respondit, Si
 bene pascat: quis proxim^o, si mediocriter pascat.
 Quid tertiu^m, si bene vestiat: quid quartum, respō-
 dit arare. Cuidam autem subjicienti, quid fœne-
 rare? quid inquit hominē occidere? Dixit agricolā
 oportere vēdācem esse, non emācem. Fundum in
 adolescentia sine contatione conferēdum, nō nisi
 confiso agro ædificandum: ac tum quoq; contra-
 ter: optimum esse aliena in sania frui. Eum qui be-
 ne habitat, sæpius ventitare in agrum, frontemq;
 domini plus prodesse quā occipitiū. Hunc agrī
 modum seruandum, ut neq; fundus villam quæ-
 rat, neq; villa fundum. Satius esse minus serere,
 & minus arare. Latifundia perdidere Italiā. Vil-
 licū quā proximū domino cordi esse debere, &
 tamen sibimetipsi non videri. Coli rura ergastu-
 lis pessimū esse, ut quicquid agitur à desperatis.
 Nihil minus expedire, q̄ agrum optime colere.

Quum Catoni causam in foro agenti, Lētulus § 5
 attracta pingui saliuā in mediam frontem quā Patienter?
 tum poterat expuisset, absterisit Cato faciem, ac
 dixit: Affirmabo omnibus Lentule falli eos qui te
 negant os habere. Os habere negātur quos nihil
 pudet: id quum eo factō maxime declarasset Len-
 tulus, tamē Cato ludens profiteretur illi esse os, nō
 quod erubesceret, sed quod ore multam purulen-
 tiam eiacularetur.

Quidam mane surgens reperit caligas à fori § 6
 cibus arrosas: hoc ostento turbatus, consuluit Ca Superstitio]
 tonem, quid mali portenderetur. Ille vero, Non trisa.

CATONIS VTICENSIS

est, inquit, ostentum, quod forices arroserunt caligas: sed si caligæ arrosissent forices, id demum fuisset ostentum.

CATO VTICENSIS

1 *Taciturnitas.* Quum Catoni qui post dictus est Vticensis, etiamnum puero vitio daretur taciturnitas, Nec enim cum pueris exercebatur, nec à quoquā audiri volebat, ait: Carpant taciturnitatem, modo vitam probent. Et addidit, Tum demum abrumpanam hoc meum silētium, quum ea loqui potero, quæ sunt indigna silentio.

2 Quum partes in conuiujs sortirentur, nec illi fauisset fors, amicis hortatibus vt primus omnium caperet, *ὃν καλῶς*, inquit, *ἔχει ἀκούσης ἀφροδίτης*, id est, non decet inuita Venere. Tam natura iustus erat, vt præter sortem amicorū favore noluerit vti. Veneris iactus felix erat in talis.

3 *Consul ridiculus.* Quum Mar. Tullius Murenam defendēs, multa false diceret in paradoxa Stoicorū, ridentibus cæteris, tādē & Cato exhilaratus, proximis dixit, *Dij boni quàm ridiculum habemus consule.* Stoicorum philosophiam Cato præcipue sequebatur, puer nactus huius sectæ præceptorem,

4 *Leniter.* Quū in senatu de Catilinge cōiuratione tractaretur, reddite sunt Cæsari literæ. Id vbi sensit Cato, suspicans à conluratis venire, clamare cœpit, vt palam recitarētur. Id ne fieret, Cæsar Catoni literas tradidit. Erant autē ab Seruilia Catonis sorore, amatorię, parumq; pudicæ. Eas vbi legit Cato, reiecit in Cæsarem dicens, *Accipe ebric.* Nec aliud loquutus redijt ad sermonē intermissum.

5 *Prolis amor* Hortēsius à Catone petijt, vt Porciam filiam suam Bibulo nuptam sibi traderet in matrimonium.

num, pollicēs se marito redditurum simul atq; ex ea prolem suscepisset. Id quum multis rationibus illi persuasisset, Cato respondit, se quod ad ipsum attineret libēter gratificaturum amico, verum hoc non audere à Bibulo petere. Tum Hortensius, nudans animum suum, petijt Martiam ipsius Catonis vxorem. Iam enim sibi Cato ademerat mariti prætextum. Assensus est Cato, vt id fieret volēte patre cōiugis. Ipsoq; Catone præseste facta sunt sponsalia.

In forum veniēs cum Thermo conspicatus Ca
storis templum armatis occupatum, omnesq; fori aditus à gladiatoribus obsideri, ipsumq; Metellum vnā cum Cæsare, O timidum, inquit, hominem, qui aduersus vnum tantam armavit multitudinem.

6
Autoritas.

Pompeius quo suam factionē redderet firmior rem, per Munatium petijt, vt Cato neptium duarum alteram sibi, alterā filio suo daret: Cato iussit reuersum Munatium Pompeio renūciare, se quidem per mulieres capi non posse, beneuolētiam tamen illius sibi gratam esse: amicitiam etiam, quæ quauis affinitate firmior esset, polliceri, si quæ reipub. conducerent sequeretur. Cæterum aduersus rempub. nunquam daturum obsides. Neptes in matrimonium datas, obsidum nomine signās. Sunt qui narrent non neptes, sed filias in matrimonium à Pompeio petitas.

7
Factio visitata.

Munatio querenti, quod in Cypro Catonē adire cupiens, parum ciuilliter repulsus esset, quū nihil esset negocij, sed intus cum Canidio fabularetur, sic se purgavit, vt diceret se vereri, ne iuxta Theophrasti sententiam nimia amicitia causam

8
Nimīa fās militaris.

aliquando daret odio.

9 *Libere* Laudatus à senatu, quod populi tumultū oratione sua prorsus sedasset, at ego, inquit, vos P. C. nequaquam laudo, qui me prætorem in tanto periculo deseruistis.

10 *Grave damna a peccatis* Cato ipso die comitorū quædam è sponsoribus damnauit, ac pecuniam illi traditam in aliū trās tulit. At populus admiratus Catonis iustitiā, damnato pœnam remisit, dicens satis dedisse pœnarum, quod à Catone damnatus esset.

11 *Clasiter* Multis P. Sulpitij ingrati tudinē inculantibus, quod Catoni de se optime merito opposuisset competitor, Cato sic excusauit, dicens minime mirandum, si quod quis maximum bonum duceret, id alteri nollet concedere.

12 *Propalditla* Quum Cæsar Ariminū occupasset, & ad Pompeium summa rerum in vrbe translata esset, Cato dixit: Si mihi ista prædicenti credidissetis P. C. nec vnum nunc timeremus, nec ab vno spes nostræ penderent.

13 *Dei cõsilia arcana* Quum Pompeio res infeliciter cederent, & ad Cæsarem inclinaret victoria, Cato dicebat in rebus diuinis multū esse caliginis, quod Pompeio præter ius agēti fuissent omnia prospera, causam reipublice tuenti nihil succederet.

14 *Animofo* Quū deploratis rebus amici hortarētur Catonem, vt ad Cæsaris clementiā confugeret, respōdit victoriam esse, & eorum qui deliquissent, supplicare, Catonem nec victum, nec captum esse, qui se per omnem vitam inuictum præstitisset, ac Cæsarem honestate iustitiæq; longe superasset: Cæsarem potius victum captūmq; esse, qui bellum quod diu negasset se moliri aduersus patriā,

nunc id egisse cōuictus esset. Proinde pro se Cæsarem orarent, qui vellent: pro Catone neminem orare debere.

Quū M. Octavius duas habens legiones, haud ¹⁵ Ambitiū
p:ul ab Vtica, à Catone postularet, vt inter ipsos de imperio statueretur, Cato legatis nihil respōdit: verum ad amicos cōuersus, Quis iā miretur, inquit, rē male gestā esse, quum in ipsa morte in nostris videatis dominādī cupiditatē? Significans ambitione ducum bellum infelictter cessisse.

Quū in senatu pro victoria quā Cæsar ex Vsi ¹⁶ Libere
petis Tencteriſq; Germanis retulerat, de supplicatioe decernenda ageretur, sententiam dixit, Cæsarem hostibus esse dedendum, quo Romana ciuitas à perfidia expiaretur, deinde execrationes in autorem verterent.

Rursus quum in senatu Pōpeio cui parū alio ¹⁷ Prudenter,
qui fauebat, decerneret imperiū, dixit taliū viro tum esse, in gētia reipu. inferre mala, eadēmq; depellere: tempori consilium accommodans.

SCIPIO MINOR

Scipionem minorē narrant annis quinquaginta ¹ Frugalitatis
taquatuor quibus vixit, nihil emisse, nihil vendidisse, nihil ædificasse, Libras autē argenti triginta treis, auri duas in ampla domo reliquisse, idq; quū potitus esset Carthagine, militēsq; ditasset, plus cæteris ducibus omnibus.

Polybij sequens præcepta, dabat operā ne quā ² Amici
do è foro rediret domū, priusquā sibi quocūq; modo quempiā eorum in quos incidisset, familiarē & amicum reddidisset, sentiens nullam esse homini possessionem meliorem.

Iuuenis etiamnum tātam habebat opinionem ³

E iij

Catonis res
stimoniam

fortitudinis & prudentiæ, vt Cato senior interrogatus de his qui apud Carthaginem militaret, in quibus erat & Scipio, Homero versu responderit. Ille sapit solus, alij volitant velut vmbra.

4
Vtilitas

Quum Romam venisset, reuocatus est ab exercitu, non vt ipsi gratificaretur, sed quod per illum cito Carthaginem se capturos esse crederent.

5
Fortiter

Posteaq; sese intra muros vrbis receperat Carthaginensibus ex arce sese defendentibus, ac Polybius suaderet vt in mari, quod interiacebat, non valde profundum, murices spatgeret ferreos, aut tabulas aculeatas iniiceret, ne transmissio mari hostes pro aggeribus pugnarent, aiebat esse ridiculum, quum moenia teneret, & intra urbem essent, dare operam, ne cum hostibus confligerent.

6
Honoris auti
habitus

Vbi ciuitatem coperit statuis deorum Graecanicis, ac monumentis à Sicilia deportatis differtam, per praconem edixit, vt qui illarum essent vrbium agnoscerent illa, ac referrent domum. De pecunijs vero nec seruum nec libertum passus est quicquam capere, ac ne emere quidem, quum aliqui quilibet passim ferrent agerentq;.

7
Facere

C. Lelio, quem inter amicos maxime charum habebat, consulatum ambientem quum faueret, percontatus est Pompeium an & ipse consulatum peteret. Credebatur autem is Pompeius tibicinis esse filius. quum Pompeius negasset se petere, quin etiam polliceretur se Lelium ambientem deducturum, ac simul cum illo ambiturum suffragia: dum creditur promittenti, & hunc expectant, decepti sunt. Renuntiatum est enim ipsum in foro circumire cadidatum, ac ciuium prehensare dextras. Ob id ceteris indignantibus, Scipio ridens, Na, inquit, nos

egregie stulti sumus, qui perinde quasi deos precaturi simus, non homines, iam dudum tempus terimus, tibicinem expectantes. Solet enim in sacris tibicen dare signum comprecandi deum, quasi iam adesset.

Ap. Claudio qui Scipioni in ambienda censura cōpetitor erat, iactante se, quod ipse citra nomen cōclatorē ciues omnes nominatim salutaret, quum Scipio propemodum nosset neminē: Vera narras inquit Scipio, nam mihi studio fuit, non ut nossem multos, sed ne cuiq̄ essem ignotus. Nomenclatorum laus est, q̄ plurimos nosse: at egregij ducis est ob egregia in rēp. merita, nulli ciuiū ignotū esse. fuisseq; ciues quum bellum esset cum Celtiberis, à quibus ambo fuerant in bellum missi, vel legatos, vel tribunos militū testes ac iudices vtriusq; virtutis statuerent, qui ei bello interfuisent.

8
Nobilitas
vera

Censor creatus adolescenti cuidam equū admittit, quod eo tēpore quo Carthago oppugnabatur, splendide cōnatus libum in vrbis similitudinē figuratum, cui Carthagini nomen indiderat, cōiuis diripiendū proposuisset. Iuene vero causam sciscitante, cur equo priuatus esset, quoniam, inquit Scipio, me prior Carthaginē diripuisti.

9
Gloria

C. Licinium prātereuntem quum vidisset, hūc, inquit, virum scio speierasse: verum quoniam nullus illum defert, non possum simul & accusator esse & iudex. Sit hoc in censore moderationis & iustitiæ exemplum.

10
Iudex non
accusat

Quum iam tertium à senatu fuisset emissus, quo ut tradit Clitomachus, Vrbes atq; homines cernat bene legibus actas,
Ytq; gentiū, ciuitatum, ac regum inspector esset:

11
Rex segnīs

posteaq̄ peruenit Alexandriã, nauiq; egressus, cas-
pate pallio tectus incederet, Alexandrini vndiq;
accurrentes flagitabant vt caput nudaret, faciẽq;
id desiderantibus ostēderet. Quñ se nudasset, cla-
more & plausu testati sunt gaudiũ suum: quumq;
rex Alexandria vix interim ob delicias ac molli-
ciem corporis æquaret Romanos incedentes, Sci-
pio voce submissa Panætio insurravit in aurẽ.
Iam, inquit, Alexandrini nonihil ex nostra pere-
grinatione fructus ceperunt, quibus per nos con-
tigit videre regẽ ambulantẽ. Nam Athenæus ex
autoritate Posidonij scribit Ptolemæũ, perq̄ obe-
so corpore, nunq̄ antea pedibus ambulasse.

72
Frugalitas.
Erat illi peregrinationis comes vnus amicus
Panætius philolophus, famuli quinq;, quorũ vno
peregre defuncto, quoniã alium volebat emere, &
Roma accersijt, qui defuncti locum impleret.

13
pecunia cõ-
temptra
Quñ Numantini viderentur inexpugnabiles,
vt qui multos Romanorũ duces superassent, pos-
pulus Scipionem iterũ consulem fecit ad suscipi-
endum hoc bellum. Cæterum quum multi gesti-
rent exire in militiã, idq; senatus fieri vetuisset,
quasi Italia futura esset deserta, ac ne pecunias
quidem ex ærario sumere passus est, sed vectiga-
les prouentus, quorũ tẽpus nondũ excesserat, as-
signauit. At Scipio pecunijs quidem sese negauit
egere, suas enim & amicorũ satis futuras. De mi-
litibus negatis questus est, bellum enim esse dif-
ficile. Quod si priores, inquit, ob hostium forti-
tudinem toties victi fuerunt, difficile bellum est,
quia cum talibus pugnandum erit: Sin ob ciuiũ
nostrorum ignauiam, æque difficile est, quia taliũ
opera in bello sumus vsuri.

Posteaq̄ venit in castra, multámq; illi licentiã, **14**
 lasciuiẽ, superstitionẽ ac luxum offendisset, diu- **Disciplina**
 nos ac sacrificos cum lenonibus protinus eiecit. **militaria**
 Quin & vasa omnia iussit amoliri, excepta olla,
 veru & poculo fictili. Ex argenteis, poculũ libra-
 rũ non amplius duarum permisit si quis habere
 vellet: balneis vti vetuit. Qui vngeretur, iussit vt
 ipsi sese fricarent. Iumentis enim, quia manib⁹ ca-
 rent, opus esse alio à quo fricentur. Edixit vt mili-
 tes stantes pranderent opsoniũ nõ igni coctum,
 cõnarent aut discubentes, panem aut pultẽ so-
 læ, & carneis assas siue elixas. Ipse vero sago cir-
 cũtectus obambulabat per exercitum, dicens se
 lugere exereitus dedecora.

Quum Memmij cuiusdam tribuni militũ iu- **15**
 mēta interceptisset, vasculis lapideis refrigerãdo **Lux⁹ dñna**
 vino paratis, ac poculis Thericleis, hoc est opero- **tua**
 se factis onusta: Mihi quidẽ, inquit, ac patriẽ dies
 triginta, tibi ipsi vero per omnem vitam, quũ ta-
 lis sis, te ipsum inutilem reddidisti. Significãs bel-
 lum quod pro patria gerebatur, mēsem fortasse
 duraturum. Parum aut esse quod tum militẽ præ-
 staret inutilem, sed multo grauius, quod si perge-
 ret esse talibus moribus, perpetuo ciuis inutilis
 esset futurus.

Alteri cuidam scutum pulchre ornatum ostens- **16**
 tanti, Scutum quidem, inquit, õ iuuenis bellum **Spes in dya**
 est, at decet virum Romanum in dextra potius **peo**
 quã læua spem collocare. Clypeus enim sini-
 stra geritur, gladius dextra.

Cuidam vallum gestanti, qui se dicebat onere **17**
 vehementer premi, nihil mirum, inquit, quando **Vall⁹ fidus**
 isti ligno magis quã gladio fidis. Significãs ideo **cia**

vallū plus habere ponderis, quia plus apud illum valeret. Quod si gladijs fiderent milites, nihil esset opus vallis.

18 *Vincere sine caede* Quum videret hostes despōdere animum, aiebat sese ut ruto veniret, mora tēporis emisse, addens bonum ducem perinde ut medicum, nō nisi in extrema curatione ferrum adhibere. Nihilominus per occasionem adortus Numantinos, terga illos dare compulit.

19 *Dux officia facit* Quum seniores Numantini victis suis ignaviā exprobrarent, qui nūc eos fugissent, quos toties in fugam verterant, Numantinus quidam respondisse fertur. Nunc quidem oves eadem sunt, sed alius pastor: Significans Scipionem ducem esse causam mutatæ fortunæ bellicæ, licet iidem essent milites.

20 *Libere* Numantia capta, quum iterū triūphasset Scipio, incidit illi controuersia cum Caio Graccho, tum pro senatu, tum pro belli socijs. Id moleste ferens populus, tumultuabatur: Scipio vero consensu suggesto, Me, inquit, nec castrorum vociferatio vnq̄ terruit, nec tumultus hominū terret, quibus Italiā scio nō matrē esse, sed nouercā: Significās eos qui publicis patrię cōmodis obstrepent, non esse vere Italos, sed alienigenas. Valerius refert illū dixisse, Nunq̄ eos metuam solutos, quos huc alligatos adduxi. Denotās eos adductos fuisse captiuos, qui in victorem ferocirent.

21 Iis vero qui Graccho aderāt vociferātibus occidendū esse tyrannū: Merito, inquit Scipio, qui patriam oppugnāt, me prius volunt è medio sublatum. Neq̄ enim Romam posse cadere stante Scipione, neq̄ Scipionem viuere collapsa Roma. In

hoc catalogo multa admixta sunt, quæ non sunt apophthegmata.

Scipio Africanus consulatum appetebat, verū ubi sensit Pompeium amicū alijs fauere candidatis, ipse à petitione destitit, dicēs eum consulatum sibi nō tam gloriæ futurum si adipisceretur, quā molestum & inauspicatum, si refragante Pompeio consequeretur. Maluit consulatum cedere, quā amicum perdere.

Quum in Africa Pompeij partes sequutus, res parū prospere gessisset, & Hispaniā petens intellexisset nauim qua vehebatur, ab hostibus captā, gladio præcordia sua transuerberauit. Deinde Cæsarianis militibus quærētibus ubi est Imperator: Imperator, inquit, bene habet. Suprema vox mortis declarauit animū meliore fortuna dignum.

C A E C I L I V S M E T E L L V S

Cæcilius Metellus quū loco munito cogitaret ad mouere exercitū, ac cēturio dixisset ipsi, Si decem modo hominum iacturam facere velis, captes locum: interrogauit eū, nū ipse de numero decē vnus esse vellet. Hoc & alteri tribuitur.

Tribuno militum cuidā è iunioribus percontanti Metellū quid esset facturū, Si eius rei, inquit, scirem mihi tunicam esse consciam, exutam in ignem coniecissem.

Quum Scipioni viuētī fuisset inimicus, mortē tamē illius grauitē tulit, iussitq; filios vt subeuntes pheretrū funus Scipionis efferrent, addens se Romanæ ciuitatis nomine gratiam habere dijs, quod Scipio apud alios nō esset natus. Senties Romanam non futuram fuisse incolumem, si talem duccem habuissent hostes. Simulatē oportet morte

22
Moderate

23

I
Argutē2
Silētū ducit3
Simulas a rogo depouenda

finiri, amicitiam non item.

4 *Improbata cura.* C. Marius obscuro genere natus, facinorum militarium comendatione ad rempubl. accessit. Ac primū maiorem petijt ædilitatem. Vbi sensit ea spē frustrari sese, eodem die minorem ambiijt: & hac frustratus, haud tamen desperauit se Romæ ciuitatis primatem fore, docens quantum in rebus humanis valeat improbitas.

5 *Curatio morbo grauior.* Quum in vtroq; crure varices haberet, nullis vinculis alligatus præbuit sese medico secandū, ac nec suspirio emisso, nec adductis supercilijs, chirurgi curationē pertulit. Cæterum quū medicus ad alterum crus trāsiret secandum, vetuit dicens, curationē non esse tanto dignam cruciatu.

6 *Seuere & pudice.* Lulius Mario ex sorore nepos, quū Marius iterum consul esset, vim admouit militi cuidam adolescēti, nomine Trebonio. At is Lulium interfecit. Id factum multis inculantibus, nō inficiatus est adolescēs se ducem suum interfecisse, sed causam addidit, ac probauit. Marius itaq; quū iussisset adferri coronam, pro facinore in bello præclare gesto dari solitam, Trebonio imposuit, graui exēplo monens cæteros, ne simili modo tentarēt adolescētium pudicitiam, quādo non solum absoluit, verū etiam coronauit eum, qui & Imperatoris cognatum, & ducem suum ferro necasset.

7 *Sitis.* Quum castrametatus esset aduersus Teutonas, in loco qui minimū habebat aquæ, militibus discentibus se sitire, ostendit illis flumen proxime hostium vallum labens: illinc, inquit, vobis potus sanguine venalis est. At illi iusserūt, vt se quò vellet duceret, donec liquidum haberēt sanguinem,

nec totus adhuc præ sitū diriguisset.

Mille Camerinos qui se in bello aduersus Cim
8
broſ, strēnuos viros præstitissent, honore Roma
Arma nō
audiant
leges.
nis acquauit, idq; præter omne ius. Ad eos vero
qui factum hoc reprehendebant, respondit se ob
armorum strepitum legum vocem exaudire non
potuisse.

In bello ciuili quum fossa cinctus obsideretur 9
ab hostibus, continuit sese, tēpus expectās oppor
Retortumt
tunum. Popedio autem Siloni dicēti, Si magnus
es Imperator ô Mari, descēde in conflictum: Imò
tu, inquit, si magnus es Imperator, coge me nolē
tem ad certamen venire.

CATVLVS LVCTATIVS

Catulo Luçtatio in bello Cimbrico iuxta flu
10
men Athesim exercitum habente, quū Romani
Callide.
viderēt barbaros transire conātes, retrocesserūt,
quādoquidem illorum impetum sustinere nō po
terant: ipse celeriter sese ad fugientiū primos cō
tulit, vt non hostes fugere, sed ducem sequi vide
tetur. Hoc stratagema est, non apophthegma.

C. POPILIVS

C. Popilius missus erat ad Antiochum regem, 11
epistolam ferens à senatu, qua iuebatur exerci
Animese.
tum ex Aegypto abduceret, nec Ptolemæi filios
orphanos regno spoliaret. Quum vero rex illum
per medium exercitum ad se accedentem procul
humaniter salutasset, non resalutato rege literas
reddidit. Quibus lectis quum Antiochus diceret
se consultaturū, daturumq; responsum, Popilius
virga quā tenebat ducta linea cinxit regē, dicēs:
Hic igitur stans consulta, & responde. Omnibus
viri spiritū admirātibus, posteaquam Antiochus

spopondisset se facturū quæ Romanis videretur,
ita demū salutauit illū & amplexus est Popilius.

LVCVLLVS

12 *Superstitionis
contemptus.* Lucullus quū in Armenia cum decem milibus
armatorū, & mille equitibus aduersus Tigranem
tenderet, centum quinquaginta hominum milia
habētem in exercitu, pridie nonas Octobres, quo
die prius Scipionis copiæ deletæ fuerant, quodam
admonente, quod Romani diem illum vt nefas-
tum & inauspicatum metuerēt: Ergo, inquit, ho-
die alacriter pugnemus, vt hunc quoq; diem ex
nefasto funestūq; Romanis hilarem & auspica-
tum reddamus.

13 *Fortiter.* At quum Romani cataphractos præcipue for-
midarent, bono animo illos esse iussit: plus enim
negocij futurum in spoliandis illis, quam in vin-
cendis. Significans plenam armaturam nihil pro-
futuram hosti in pugna, quum esset ignauus, sed
victori profuturam ad prædam. Quumq; primus
in collem ascendisset, speculatus hostium tumul-
tus exclamauit, Vicinus cōmilitones. simulq; in-
petu facto in hostes, quum nemo irruentis impe-
tum sustineret, quinq; tantum Romanos qui ces-
siderant, amisit, hostium vero centum milia truci-
cidauit.

14 *Cura militis.* Lucullus Imperator ad direptionem incitantis
bus, dixit se malle vnum militem Romanum ex
hostium manibus eripere, quam vniuersas hostiū
fortunas sibi vindicare.

15 *Animosè.* Archelao qui iterum à Mithridate defecerat,
asseueranti, si in Ponto Lucullus cōspiceretur, fo-
re vt omnia subderetur imperio Romano: respō-
dit Lucullus, Non cedo Archelae venatoribus au-

dacia, vt relictiſtis feris ad vacua illorū luſtra progrediar. Iā enim Mithridates Pontū reliquerat.

Romani quum in pugna cum Tigrane, hoſtiū 16
 peditum centum milia trucidaffent, paucis equi- Hoſtis per-
 tum fuga ſeruatis, quū ex ipſis non amplius cen- dendus.
 tum eſſent vulnerati, interfecti quinq; , dicebant ſeſe erubere, quod in tam vilia mancipia ſtrinxiſſent ferrum.

Quum œconomus Lucullo cœnā modēſtā ap- 17
 paraſſet, accerſitum obiurgauit: illo dicente, non Splēdide.
 putabam ſumptuoſo apparatu opus eſſe, quum
 ſolus eſſes cœnaturus: Quid ais? inquit Lucullus,
 an ignorabas apud Lucullum hodie cœnaturum
 Lucullum?

Quum Græcos quosdam per dies aliquot ma- 18
 gnifice tractaſſet, atq; illi dicerēt, ſe mirari, quod Splēdide.
 tantum impendiorum ſua cauſa faceret, Nonni-
 hil, ō hospites, veſtra cauſa, ſed maxima pars Lu-
 culli gratia.

SYLLA

Sylla cognomento Felix, inter felicitates ſuas, 19
 duas præcipuas ducebat, alterum quod Pium Me- Felicitas.
 tellum haberet amicum, alterum quod urbem
 Athenarum non ſubuertiſſet.

Quū Sylla defectus neceſſarijs cogeretur etiā 20
 dijs dicata tangere, Caphim amicū Delphos mi- Oſtentū cō-
 ſerat, vt pecunias ac donaria ad ſe perferret. Qui- mode iter-
 buſdam vero dicentibus intra templum auditum pretatum.
 citharæ ſonitum, quod oſtentum interpretaban-
 tur, quaſi Apollo citharæduſ indignaretur, Ca-
 phis audita perſcripſit Syllæ: cui facete reſcripſit
 Sylla, Quin tu Caphi potius interpretaris iſtud
 eſſe ſignum gaudentis & exultantis dei, quā in

dignantis. Itaq; perinde vt deo hilariter tribuens te, tu quoq; bono animo pecunias accipe.

21 *Fiducia sui* Quum ad sociale bellū magnis cū copijs missus esset circa Limeriam, è vasto terræ hiatu magnus ignis emicuit, cuius flamma ad cœlum perueniens cōstitit. Id vates interpretati sunt, quod vir bonus, aspectu eximius & admirandus, principatum adeptus præsentibus turbis ciuitatē liberaturus esset. Hoc audito Sylla, Ille, inquit, ego sum. Nam illi erat peculiare comā habere aureā, igniq; cōcolorem: nec se ait suæ virtutis pudere, qui res tam multas tamq; præclaras gessisset.

22 *Scelerosis vti.* Quum milites in bello sociali Albinum virum prætorium fustibus mactassent, Sylla tam atrox facinus impunitum reliquit, dicens se illis posthac promptioribus vsurum in prælijs, dum peccatum fortiter gerendo rem studebunt pensare.

23 *Militariter* Quum Athenienses ad Syllam duos tresve mississent de pace tractaturos, atq; illi nihil adferret, quod ad incolumitatē ciuitatis faceret: sed Theseum, Eumolpum, & res aduersus Medos gestas verbis inanibus iactarent, Abite, inquit, o beati, istasq; orationes vobiscū referte. non enim discendi cupidus huc missus sum à populo Romano, sed vt rebelles subuertam.

24 *Animosè.* Apud Orchomenum quū milites longius euagarentur, ordinibusq; perturbatis fugam caperent, Sylla ex equo desiliens, arrepto vexillo in hostem conuolat, ita vociferans, Mihi quidem, o Romani milites, hic pulchrū est mori: vos interrogati quo loco ducem vestrum amiseritis, merueritis dicere, apud Orchomenum. Hac voce suos reuocauit.

Quum Mithridates Syllæ processisset obuiam, ²⁵
 dextramq; porrexisset, Sylla non resalutauit, sed ^{Victor}
 percontatus est, num a bello desisteret his con- ^{feros.}
 ditionibus, quas cū Archelao pactus esset. Obti-
 cescēte Mithridate, Quibus pace opus est, inquit
 Sylla, eos priores loqui conuenit: victori filere sa-
 tis est. Rursus quum Mithridates varijs colorib⁹
 excusaret quę gesta fuerant, Olim, inquit, audiui,
 nunc experior te singulari eloquētia præditū, qui
 tam nefarijs factis colorem inuenire potueris.

Lucius Sylla cognomento Felix, quum cogita- ²⁶
 ret de occidendo C. Cæsare, amicis ne id faceret ^{Prouidētia}
 dehortantibus, indignum enim esse talem necare
 puerum, Desipitis, inquit, si in hoc puero non vi-
 detis multos inesse Marios. Deprehēdit in eo ex-
 celsam indolem nullis honoribus satiandam, vt
 qui vixdum pubescēs sacerdotiū ambierit. Idem
 populum Romanum subinde monere solet, cas-
 uerent puerum male præcinctum.

M. ANTONIUS

M. Antonius filium habebat ex Fulua. Is puer ¹
 Philotæ dederat ingētem vasorum vim: quę quū ^{Filius patris}
 ille recusaret accipere, metuens ne pater tantam ^{familia.}
 filij liberalitatem non probaret, Quid times, in-
 quit puer, accipere? An nescis eū qui dat, filium
 esse Antonij?

Ipsē Antonius quum esset prodigiose profusus, ²
 dicere solet, Amplitudinem imperij Romani nō ^{Liberalitas}
 per ea quę acciperet, sed per ea quę daret, illis
 strari. Ea vox excelsi animi videri poterat, nisi ab
 Antonio fuisset profecta.

Geminus in Græciam profectus ad Antoniū, ³
 quoniam suspectus erat Cleopatæ, quod eò ve- ^{Libere.}

nisset Octaviæ causam acturus, diu repulsus ac varijs modis delusus, tandem in conuiuio iussus causam aduētus dicere, ita respondit, Cætera, inquit, Antoni sobrię sunt orationis, nec huius temporis, verū illud vnum & sobrius & ebrius scio, bene successura omnia si Cleopatra remittatur in Aegyptū. Moxq; Romam se recepit, metuens sibi ab Antonio. Nam Cleopatra in conuiuio gratias egit, quod rem aperte dixisset, nulla vsus circuitione. At sic agere gratias erat minari malū. Sciebat Geminius q̄ esset illis inuisa veritas.

4 Quum Antonius appareret classe cum Cæsare In terrestri prelio appareret victus. conflagrare, quidam tribunus militum vir fortis & armis exercitatus, Antonio prætereunti corpus suum multis cicatricibus insignitum ostendit, dicens, o imperator, quorū his vulneribus aut huic gladio parum fidis, in lignis fragilibus spem reponis? Sine Phœnicis & Aegyptij classe pugnēt, nobis Romanis terrā da, in qua cōsueuimus vel hostem vincere, vel mortem oppetere.

5 Cleopatra metuēs Antonij sauitiam confugit in monumentum demissis cataractis, misitq; qui dicerent illam spontanea morte perisse. Id credēs Antonius, & ipse sibi patans adferre vim, dixit, o Cleopatra nō doleo quod te caream, nam mox vnā futuri sumus, sed quod ego tantus imperator fortitudine victus sum à foemina. Victum se putabat, quod illa prior spōtaneæ mortis gloriam occupasset.

6 Quum Augustus eam inuiseret, exigeretq; ab illa rationes, Seleucus vnus è procuratoribus ipsius indicauit aliquid esse subtractum ab ipsa. Illa in procuratorem insilijt, & arrepto hominis crine

crebris ictibus pulsauit os. Hæc quum Augustus ridens conatus esset inhibere, Illa, an non, inquit, permolestum est, ô Cæsar, quum tu me digneris inuisere, seruos meos heram inculcare, quod non nihil muliebrium ornamentoꝝ subtraxerim, nõ ea quidẽ mihi, sed vt Octauiæ & Liuiæ munuscula dem? Hoc commento persuasit Cæsari se de vita cogitare, quum mori decreuisset.

CASSIUS

Cassius etiãnum puer, Faustum Syllæ filiũ, inter æquales de patris monarchia gloriãtem nõ tulit, sed colaphos impexit. Eius rei cognitionem quũ Pompeius ad se recepisset, accitis ambobus pueris, Cassius ausus est dicere, Eia Fauste, aude rursus coram hoc ea verba proferre, quibus iratus in te fui, vt iterum tibi percellam os. Inerat Cassio natiuum quoddã odium tyrãnidis, vt iam tum appareret illi non defuturum animũ ad interficiendum Cæsarem.

Idem quum Rhodum insulam vi cepisset, & in ingressu salutaretur rex atque dominus, Nec rex sum, inquit, nec dominus, sed regis ac domini interfeutor.

M. CRASSVS

M. Crassus ille diues, magnam seruorum turbam domi alebat, quorum præcipuam agebat curam, discantibus astans, interdum & ipse docens eos, dicens hanc oportere præcipuam esse patrisfamilias sollicitudinem, quod sint rei familiaris animata instrumẽta. Idẽ sensit Aristoteles.

Hæc vox probata est, sed illa dãnata, quod negabat quenquam pro diuite habendum, qui non posset priuatis facultatibus exercitum alere.

F iij

Y
Indoles in
puero mis
ra.

Z
Tyrãnis
dis ofor.

Y
Seruorum
cura.

Z
Diuitie im
modicæ.

3 *Inuidia eleuat* Aegre ferens Pompeio Magni cognomen delatum, decretumque triumphum, Romano cuiquam dicenti, iam aderit Pompeius Magnus: quantus tandem, inquit? Sentiens illum corpore ceteris parum, animo nihilo maiorem.

4 *Recōciliatio* Quum Pompeius & Crassus in consulatu collegæ decessuri essent magistratu, Cneus Aurelius quidam subito in forum procurrens clamauit, sibi visum in somnis Iouem iussisse, ne prius se magistratu abdicarent, quam in gratiam redissent. Idem flagitante populo Pompeius nihil motus est, At Crassus surgens vltro collegæ dextram porrexit, dicens, nihil, o Quirites, me indignum facturus mihi videor, si prior cum Pompeio in gratiam rediero, quæ vos etiamnum impuberem Magnum cognominastis, cuique prius triumphum decreuistis, quam in senatum allectus esset.

5 *Senex redificator* In Parthos proficiscens quum Deiotarum extremæ iam senectutis, nouam urbem condere videret, Quid est, inquit, o rex hoc rei, quod quum hora diei iam adsit duodecima, nouam urbem extruere institueris? Ad hæc arridens Deiotarus, Imò quid tibi in mentem venit imperator, vt quum haudquaquam sis, vt videtur, matutinus, tamen in Parthos cum exercitu properes? Nā id temporis Crassus sexagesimum agebat annum. Hora quæ nobis duodecima est in meridie, olim erat extrema diei.

6 *Militariter* Quum Parthi per legatos denunciassent, vt suæ ætati consulens à bello abstineret, insolenter respondit, In Seleucia istis mandatis responsum dabimus. Hic Agisis legatorum vnus sublata manu mediam palmam ostendens, prius, inquit, in hac manu nascentur setæ, quam tibi Seleuciam conspici

ciendi sic futura potestas.

Conflucturo cum Parthis exta è manibus de- 7
 ciderunt : hoc cæteris vt inauspicatū ostentū in- Senex bel-
 terpretantibus, ac præliū dissuadētibus, huiusmo- lator
 di, inquit, incōmoda multa nobis sene ctus adfert.
 At arma mihi nunq̄ è manibus ceciderunt.

Quum Publius Crassi filius fortissime in bello 8
 & pugnasset & cecidisset, hostes caput iuuenis Fortiter
 hastæ impositum gestantes proxime ad Roma-
 nos accedebant, insultantes, rogantēsq; quo gene-
 re iuuenis ille fuisset ortus, neq; enim fieri posse,
 vt ex patre tam ignauro & imbelli talis filius na-
 sci posset. Hoc tam tristi spectaculo nihil cōmo-
 tus Crassus, per omnes ordines concionatus est
 clamans, Meus hic priuatus dolor est Romani,
 mea hæc calamitas, meus hic peculiaris luctus, cæ-
 terum publica ciuitatis salus & gloria, in vestra
 incolumitate, vestraq; virtute sita est.

Marcello ac Domitio Pompeium in senatu ro 9
 gantibus, num proximis comitijs petiturus esset Ingenue
 consulatum, forte, inquit, petam, forte non petā.
 Rursus idem percontantibus, à bonis, inquit, ci-
 uibus petā, à malis nequaquam. Quum hæc re-
 sponfa vt ambigua ac superba multos offende-
 rent, Crassus idem percontantibus respondit. Si
 è repub. fore iudicauero, petam: sin minus, à pe-
 tendo abstinēbo.

SERTORIUS

Sertorius quum Pompeij milites varie dispul 10
 sos superasset, multis occisis, audissetq; aduenta Vetus dux
 re Metellum cum alijs copijs, diremit prælium,
 reuocatisq; suis dixit, Ego puerum hunc, nisi su-
 peruenisset anus illa, verberibus castigatum domū

F iij

remissem. Pompeium pueri nomine signās, Metellum vetulum anus.

11 Idem saepe victor ad Pompeium Metellumq; *Patria dulcis* misit, offerens se paratum redire in urbem, si sibi *cis* permitteretur: dixitq; malle se Romæ ignobilissimum ciuem, quàm exulem omnium aliarum ciuitatum imperatorem nominari.

12 Admonere solet suos ne quid in conuiuio præter decorū vel fieret vel diceretur, præsertim à iurgijs & obscœnitate temperare. Nec ipse quicquid tale sustinebat vel audire vel videre. *Contiuita pudica*

M. BRVTVS

1 M. Brutus rebus in summā desperationē adductis, quū è ducibus atq; amicis paucos apud se haberet, sublatis oculis in cœlū stellis plenū, dixit hunc versiculum Græcū è tragœdia quapiā. *Vitio decorū*
 Ζεῦ μὴ λάθοι σε, τῶρ δ' ὀφθαίτι κακῶρ. .i.
 Ne te latuerit ô supreme Iuppiter
 Horum malorum quisquis autor extitit.
 Velut imprecans Cæsari vindictam à dijs. Volunnius narrat illum & alterum dixisse carmen, sed negat se meminisse.

2 Quodam ex his qui aderant præcipuo, monente, vt illinc fugeret Brutus: prorsus, inquit, fugiendum, sed manibus, non pedibus: Significās mortē spontanea vitandam Cæsarianorū tyrannidem. *Mors desistata*

3 Quum inter coniuratos deliberaretur, an vnā cum Cæsare occidendus esset Antonius, Brutus dissuasit, dicens hoc negocium quod pro legibus ac iure susciperetur, oportere omni carere iniuria. Noluī vir optimus eadem in plureis pferri. At hæc clementia male cessit illis. *Clementer*

4 Vltimū prælium initurus, dehortantibus qui

busdā ne sese tāto discrimini cōmitteret: Hodie, Aut vinces
re, aut mor-
ti
inquit, aut recte erit, aut nihil curabo. Significās
se aut victorem fore, aut non victurū, Mors autē
adimit omnium malorum sensum.

Huius vxor Portia Catonis filia, posteaquam 5
Fides vxo-
ria
sensit cōspiratum de Cæsare interficiendo: ea nos-
cite quæ præcessit diem in quo Cæsar occisus est,
egresso cubiculū Bruto, cultellum tonsorium ve-
lut vnguiū refecandorū gratia poposcit, eoque qua-
si forte de manibus elapso se ipsam grauiter vul-
nerauit. Mox Brutus clamore ancillarū in cubi-
culū reuocatus, obiurgare eā cœpit, quod tonso-
ris præripuisset officium. Hic illa clam marito,
Nō hoc, inquit, temere feci: nā experiri volui, si
quod constitutū est, parum cesserit ex sententia,
quā æquo animo me ferro sim peremptura.

Idem dixit sibi videri eum ætatis florem ma- 6
Pudor inus-
tilis
le collocasse qui nihil negaret. Inutilis est vere-
cundia quæ obstat quo minus negemus obsequi-
um ad inhonesta vocanti.

APOPHTHEGMATVM VARIE
MIXTORVM LIBER SEXTVS



IN HIS quæ sequuntur
clarissime adolescēs mi-
raberis quædā dicta nec
Scythiis nec Cyclopib⁹
digna: sed memēto tum
exceptis aliquot, nō ho-
mines, sed mera porten-
ta rerum summā tenuis-
se: siue quòd tales militū

temeritas ascisceret, siue quod immodica potestas nisi adsit animus philosophiæ præsidij diligenter præmunitus, tales reddat. Quamquam & ab illis prodigiose malis quædam dicta gesta; sunt nõ indigna imitatiõne. Postremo turpitudinis alienæ species velut in theatrũ producta, deterret à vitijs, & ad virtutis studiũ extimulat ingenia nõ omnino deplorata. Hunc igitur postremũ librũ puta esse mensæ secundæ bellaria, in quibus quædam apponũtur vt tollas, quædã vt gustes, nonnulla vt spectes tantũ. Malo enim te suauiter affectum, q̃ saturum onustũq; dimittere. Quod si quædam apponentur leuia ridiculãq; mimorum, coquorũ, equisonũ, scurrarũ, ac meretricũ, decet omne conuiuĩ hilaritas, sed præcipue mensas secundas. Quamquã & à leuissimis personis nõnũq; dicuntur, quæ nemo sapiens cõtemnat. Nec ignoras olim moriones, saltatriculas, & simios sub conuiuĩ finem induci solere. Non laboro si adsit hilaritas, modo absit omnis obscenitas. Fortassis existet qui desideret ordinem: & hoc, & si quid aliud videbitur reprehensione dignum, excusabit secundarum mensarum libertas.

TIBERIVS CAESAR

Y
Libere Tiberio Cæsari contanter & ægre suscipienti delatũ imperiũ, quidã in os ausus est dicere, Cæsari quod pollicẽtur, tarde præstant: tu quod præstas, tarde polliceris. Notata est illius simulata contatio detrectantis quod cupiebat.

2
Modeste Cuidam à quo fuerat dominus appellatus, denunciauit, ne se amplius contumeliæ causa nominaret. Quanta modestia in tanto principis. Nunc quidã nihil audire possunt, nisi sacras ma

iestates, gratiosas celsitudines, & reuerendissimas dominationes.

Idem dicentē sacras tuas occupationes, interpellauit, iussitq; nō sacras dicere, sed laboriosas. 3 Modeste

Rursum alterum dicentē, se ipso autore adisse senatum, correxit, autore mutans in suaforem.

Quum iocis, conuitijs, famosis carminibus, ac rumoribus frequenter impeteretur, amicis ad uisionē hortātibus respōdit, in ciuitate libera linguam mentēq; liberas esse debere. 4 Leniter

Quin & senatu de huiusmodi criminib⁹ ac reis flagitante, nō tantū, inquit, habemus ocij, ut implicate nos pluribus negocijs debeamus. Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis. 5 Leniter

Diogenes grammaticus sabbatis Rhodi disputare solitus, Tiberium ad se uenientem, ut ipsum extra ordinē audiret, non admisit, sed per seruulū suū in septimū distulit diē. Is quum Romam uenisset, & pro Cæsaris foribus adstaret, cupiēs illū salutare, Tiberius iussit, ut post septimū annum rediret. Nec alia poena tantam grammatici superbiam uetus est. 6 Cursus uizio.

Præsidibus onerandas tributo prouincias suarū dentibus, scripsit, Boni pastoris esse tōdere pecus, nō deglubere. hoc est lanā nō pellē detrahare. 7 Exactio moderata

Quoniā tyro in castris auidius bibebat uinū, militari ioco p̄ Tiberio, Claudio, Nerone, dictus est, Biberius, Caldus, Mero. 8 Iocus ex deprauatione.

Theodor⁹ Gadareus Tiberij in rhetoricis præceptor, animaduertens in puero sanguinariū ingenium sub specie lenitatis latitās, subinde inter oburgādum appellauit illū *πυλὸρ αἵματι συμπεφυμένον*, id est lutum sanguine maceratum. 9 Crudelitas testis.

C. CALIGULÆ

Hic initio principatus miram lenitatem prætulit, sed progressu temporis ad immanem crudelitatem devenit.

10 *Crudeliter.* Quum audisset quendam è reis nomine Carullium sibi mortem conscisse priusq̃ esset damnatus, exclamavit: Carullius me evasit. Adeo leve supplicium esse iudicabat mortem.

11 *Crudeliter.* Quum custodias recognoscentem quidam rogaret, ut supplicium maturaret, respondit, nõdũ tecum redij in gratiam. Humanitatis officiũ ducens, si damnatum cito occidisset.

12 *Indoles malefica.* Tiberius perspecto Caligulæ ingenio, fero, ac malefico, subinde prædicabat, se natricem reipublicæ, & Phaetontem orbi terrarum educare. Natricis serpentis genus est.

13 *Medicina.* Tiberius Cæsar & illud dixisse fertur, eũ hominem sibi videri ridiculum, qui sexagesimũ prætergressus annũ, manum porrigeret medico. Sentiens hominem tam grandem oportere iam scire quomodo sibi mederi debeat. Porrigunt manum medico, qui consulunt illum, explorantem pulsus venarum.

C. CALIGULA

1 *Sardus det latro.* Cõmentarios ad matris fratrumq̃ suorum calumnias pertinentes, ne cui post modũ delatori testiũ maneret vllus metus, conuectos in forũ, & ante clare testatus deos, neq̃ legisse se, neq̃ attingisse quicq̃, concremauit. Quin & libellũ de sua salute oblatum non recepit, cõtendens sibi nihil admissum cur cuiquam inuisus esset. Negavit se delatoribus aures habere. Hæc boni principis videri poterant, nisi fingerentur.

2 Quum audiret forte reges qui officij causa in

urbem aduenerant, inter se super cœnâ de nobilitate generis concertantes, exclamauit Caligula, De cœlo venit nobis rex. & adiecit carmen Homericum,

Tyrânica
Vox

ἓς κοίραν ἔσω, ἓς βασιλεύς. Id est,
Vnus dominus sit, vnus rex.

Nec multū abfuit, quin statim diadema sumeret, speciẽsq; principatus in regni formâ cõuerteret.

Liuiam Augulstam proauisam suam appellare consuevit Vlylsem stolatum, vafriciem ac fraudulentiam illius notans: hoc tantum interesse, quod vt scœmina stolam gestaret.

3
Versutia

Dicebat se nihil magis in sua natura probate, quàm ἀδίατριψία, hoc est, inuerecundiam. Pudor enim vt multis ad honestas actiones obstat, ita nonnūquam improbæ mentis homines à turpibus reuocat. Vox carnifice quàm imperatore dignior.

4
Impudẽtia

Antoniæ auis pro sua autoritate monenti vt quædam secus ageret: Memento, ait, mihi omnia in omnes licere. Talia portenta tum principum titulo pertulit mundus: quæ non cõmemorarem, nisi vt ex his principibus prodigiõse feritatis, horror incutiatur.

5
Vox tyrânica

Quum destinasset interficere fratrem suum, eumq; suspicaretur sese medicamentis præmunire, ita locutus est, Antidotum aduersus Cæsarem! Timebat ille venenum, quasi Cæsar non posset alio quouis modo trucidare quem vellet extinctum.

6
Crueliter
& impie

Vir quidam prætorius valetudinis causa secesserat in Anticyram petito à Cæsare cõmeatu. Is quum sapius peteret prõrogari cõmeatū, mansit

7
Crueliter.

dauit interfici, & adiecit necessariam sanguinis esse missionem, cui tam diu non profuisset helleborum. Solent enim medici in morbis validioribus venarum incisione uti. Et in Anticyram nauigabant quibus opus erat purgatione.

8 *Hostis populi* Illud è tragœdia subinde iactabat, Oderint dum metuant. Hanc ne quis miretur, eiusdem vox fuit, Vtinam populus Romanus vnicam ceruicem haberet. Hanc emisit, infensus turbæ fauenti Venetæ aurigarum factioni, quum ipse faueret Prasinæ.

9 *Profusio* Luxu prodigioso utens, ut calidis frigidisque vniuentis lauaretur, preciosissimas margaritas aceto liquefactas sorberet, conuiujs ex auro panes & obsonia apponeret, numos non mediocris summae è fastigio basilicæ Iuliæ per aliquot dies spargeret in plebem, Liburnicas naues, gemmatis puppibus, versicoloribus velis fabricaretur, subinde dicebat, aut frugi hominem esse oportere, aut Cæsarem.

10 *Iocus in sanus.* In auctione Apronius quidam vir prætorius dormitans capitis motu nutabat. Id animaduertens Caligula, præconem admonuit, ne illum sibi nutantem præteriret: nec hoc monere desijt, donec ignota tibi tredecim gladiatores sestertium nonagies addicerentur.

11 *Rapacitas* Aleam ludens, plus mendacio atque etiam perituro lucrabatur: & quodam tempore proximo colulufori demandata vice sua, progressus in atrium domus, quum prætereuntes duos equites Romanos locupletes sine mora corripere confiscarique iussisset, exultabundus in domum redijt, glorians se nunquam prosperiore alea usum.

CLAVDIVS CAESAR

Græculus quidam causam agens apud Claudiū I 2
 Cæsarem, inter altercandū per calorem hanc vos Libere
 cem in illum emisit, καὶ οὐ γέροντι κὶ μωρὸς,
 id est, & tu senex es, & stultus. Vsq; eò summa po
 testas ob stultitiam & passim & propalam cui
 luerat, vt hæc in os dixerit, non senator, sed igno
 tus græculus, & dixerit impune.

Quum censor equites recognosceret, & in his I 3
 reperisset iuuenem probris coopertum, sed quæ Pater tua
 pater probissimū affirmabat, sine ignominia di
 dex.
 misit. Id amicis mirantibus, habet, inquit, censore
 suum. Autoritatem suam in patrem transtulit.

Alium corruptelis adulterisq; famosum nihil I 4
 aliud q̄ monuit, vt aut parcius ætate indulge Lenitas
 ret, aut certe cautius, addiditq; praua,
 scio quam habeas amicam so censorem grauem.

Narcissum ab epistolis, & Pallantē à rationib⁹ I 5
 sic adamauit, vt eos nō solū amplissimis premijs, Peculatus
 verū etiā quæstoris prætorisq; ornamenti decreto diffimus
 senatus ornari libeter passus sit: ad hæc tantum lacus
 rapere & acquirere, vt illi querenti de fisci ext
 guitate quidam nō absurde dixerit, abundaturū
 fisci, si à duobus libertis in cōfortiū reciperetur.

Quum cuidā notam appositam, deprecātib⁹ I 6
 familiaribus ademisset, litura tamē, inquit, extat. Infamia
 non des
 letur.
 Sentiens etiam remissa culpa, manere tamen in
 famiæ prioris vestigium. Alludēs ad scripturam,
 quæ licet spongia deleatur, aut graphis radatur,
 relinquitur tamen lituræ rasuræq; vestigium.

Hic temulentus aliquādo dixit, sibi fatale esse, I 7
 vt conjugum flagitia ferret, deinde puniret. Ea Ebrictas
 loquax
 vox tectorem non mediocrē iniecit Agrippinæ.

I In Cn. Domitium Sexti Neronis atauum, cui cognomen fuit Aenobarbo, L. Crassus orator dicebat, non esse mirandum quod aeneam haberet barbam, cui os ferreum, cor plumbeum esset. Os ferreum obijciēs propter summam impudentiā, cor plumbeum ob ingenij stuporem. Quidam illum pro Nerone Aenobarbum appellarunt, atq; hoc erat vnum è duobus conuitijs quæ indignissime tulit. Alterum erat, q̄ increpitus esset ma-
Iocus ex nomine.

2 Quum ex more cuiusdā capite damnati causæ subscripturus esset Sextus Nero, Vtinam, inquit, literas nescirem. Vox parsimoniam humani sanguinis promittens, si ex animo prodisset.
Clementer

3 Puerū Sporum exectis testibus in muliebrem naturam transfigurare conatus est. Addita dos, additum flammeum, addita celeberrima nuptiarum solēnitas. Quid multis palam pro vxore habuit. Hinc fertur cuiusdā nō inscitus iocus, Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius Neronis pater talem habuisset vxorem. Sentiens exitio totius orbis natum Neronem. Is nunquam fuisset natus, si pater Spori similem habuisset vice coniugis.

4 Nūquam cuiquam officium delegauit, nisi hæc adijceret, Scis quibus mihi est opus, & hoc agamus, ne quis quid habeat. Vox prædone quam principe dignior.
Respectus

5 Quodā in colloquio pferēte Græcū versiculū, ἰμοῦ θανόντ' ἔγ' αἰὶα μίχθιτω πυρὶ. Id est, Me mortuo, terra misceatur incendio.
Grudeliter. Subiecit, ἰμοῦ κ' ἔθ' ἄντ', id est, me etiam

viuo. Quibus portentis aliquando committitur respublica.

Quum nihil flagitiorum sibi non permetteret, elatus tanto rerum successu, dicebat neminē principum ante ipsum scisse quid sibi liceret. Verum qui hoc dixit, sensit tandem quid vicissim liceat populo in malum principem.

6
Licentia
principis.

Quum incendisset urbem, spectabat, dicens se flammę pulchritudine delectari, atq; interim suā canebat Halosin, hoc est, Troianę urbis excidiū quod descripserat.

7

Isidorus Cynicus transeuntem in publico clara voce corripuit, quod Naupli mala bene cantaret, sua bona male disponderet. Nauplius erat Palamedis pater, qui filij præter meritum damnati necem magno Græcorum exitio est vltus. Solet autem Nero tragœdias cantare.

8
Libere.

Notatus est & a Dato Atellanarum histrione, qui recitās canticum quoddam, *ὕγιαυι πάρις ὕγιαυι μῆρις*, ita demonstrauit, vt bibentē nautantemq; faceret, exitiū C. Claudij & Agrippinæ significans. Nam Nero C. Claudium veneno sustulit, Agrippinam naufragio. Et in clausula cantici recitans, Orcus vobis ducit pedes, gestu senatum notauit histrionis, subindicans illis a Nerone imminere perniciem.

9
Libere.

A mathematicis audierat fore, vt aliquādo desiceretur imperio, eoq; Græcum Iambicum dactylometrum identidem vsurpabat, *τὸ τέχνηιον πάρε γῆ τριφα*, Id est, Terra quauis artem alit, Putans se tantum profecisse in arte canendi, vt etiam si exigeretur, in quauis regione ob musu

10

G

ces peritiam posset haberi in pretio. Quumque imminentibus qui illum insequerentur, de salute desperans, cogitaret sibi vim adferre, subinde dicebat, Quantus artifex pereo.

II Scenicus princeps,
Quondam theatro clam illatus, Scenico cuiusdam populo placēti inuidit, eiq; nuncium misit qui diceret illum abuti Cæsaris occupationibus.

12 Monopolia foeda,
Quoniam ex annonæ caritate quidam ditescerant aulici, multum & hinc inuidiæ Neroni conflatum est. quum forte accidisset, ut in publica fame diceretur Alexandrina nauis appulisse, iactatum est illam aduexisse puluerem luctatoribus aulicis. Quo dicto simul notatum est in Cæsare rerum scenicarum studium, & monopolia quorundam per Cæsaris fauorem publico dāno lucrantium.

13 Princeps auriga,
Statuæ eius a vertice currus appositus est, cū inscriptione Græca. Nunc demum agon est, trahere tandem. Notatum est in Cæsare aurigandi studium, simulq; denunciatum periculum.

14 Parricidii exprobratum,
Alteri cuidam statuæ & ascopera alligata est cum hoc titulo, Ego quid potui? Sed tu Culleum meruisti. Solent olim parricidæ Culleo insui, & Nero matrem occiderat. Culleus itaq; sese excusans dicit, Ego quid potui? paratus si quis te insuat: sed siue insuaris, siue non, tu tamen Culleum meruisti. Potest hoc & ad reipublicæ personam accomodari.

15 Balfe.
Columnis statuarū illud ascriptum est, Galli te cantando excitarunt. Indignissime tulerat Galliarum defectionem: proinde decreuerat Gallos omnes Romæ agentes contrucidare, prouinciāq; exercitui diripiendam tradere.

Noctu quidam simulabant se sæuire in seruos, 16
petebantq; vindicem. Vindex autem erat defe- Salle.
ctionis in Neronem dux. Et hoc loco notabatur
iam non ferenda Cæsaris tyrannis.

Quum ex oratione Neronis qua in Vindicem 17
perorabat, recitaretur in senatu, datorios pœnas Ambigere
dictum.
sceleratos, ac breui dignũ exitium facturos, ex
clamatum est ab vniuersis, Tu facies Auguste.
Quæ vox bifariam potest accipi, Tu facies vt
dent pœnas, aut tu dabis pœnas.

In Oedipode fabula, quam Nero nouissimam 18
recitauit, in hoc versu decidisse legitur
θανείμι μ' ἄνωγε, σύ γαμος, μητήρ πατήρ. id est
Iussit mori me, mater, vxor, & pater.
Nam & Oedipus patrem occiderat insciens, ma Omen exiti
ij.
trem vxorem duxerat. Ita Nero sciens Claudiũ
patrem occiderat, matrem constupratam inter-
fecerat, & Octauiam vxorem indignis tractarat
modis.

Desperatis rebus noctu adijt hospitia singulo: 29
rum de fuga consulturus: quum fores omnium
occlusas reperisset, reuersus in cubiculum com-
perit & custodes diffugisse direptis etiam stra-
gulis, & amota veneni pyxide, quam in extre-
mum casum parauerat: mox Mirmillonem no- Destitutus
vindicæ.
mine Spiculum requisit, vel alium quemlibet,
cuius manu periret: ac nemine reperto, Ergo ego,
inquit, nec amicum habeo, nec inimicum? De-
cretum erat eam beluam publico orbis odio im-
molare.

In fuga quum Phaon libertus hortaretur, vt 30
in specũ egesta harena conderetur, negauit se vi- Sepultura
viij.
uum sub terrã iturum.

21 *Delicię versę in amas forem.* Aquam e lacuna villę cuidam subiecta potaturus manu hausit: Et hic est, inquit, Neronis decocta. Nam repererat vt aqua decocta gratiã haberet crudę immissa in poculum niue.

22 Vbi sensit equites appropinquare, quibus mādatum erat, vt illum viuum attraherent, verũ homericum protulit:

ἰππῶν κὺν πόδωρ ἄμφι κτύπος δὲ αἶτα βάλλα.
Simulq; ferrum iugulo adegit.

23 *Neronis ex tremę voces.* Ingressus Centurio quum semianimem reperisset, & penula ad vulnus apposita simularet se venisse in auxilium, nihil aliud respōdit, q̄, sero. & hæc est fides. Sermo ambiguus est: potest intelligi sero venisse, qui iam ad morientem venerat: & sero venit, qui in hoc venit, vt viuum attraheret. Item hæc est fides, potest esse ex postulantis de fide amicorum. At Nero sensit se nihil illius verbis credere: eiusq; rei argumentum esse vulnus in iugulo letale.

24 *Ambitiõ.* Quum genethliaci Chaldei Agrippinę matri Neronis respondissent, imperaturum quidem filium, sed occisurum matrem, Occidat, inquit, modo imperet. Tam impotens erat in foemina dominandi sitis, & habuit quod optauit.

25 Eadem quũ iussu Neronis occideretur, ac Centurio ferrum in mortem destringeret, ventrem ostendens clamabat: Hunc percutite, hic est ferro fodiendus, qui portentum illud genuit.

26 *Fortiter.* Nero in magna erat inuidia, quod Burrũ principem virum crederetur occidisse, veneno faucibus illito, quasi remediũ adhiberetur. Ad hunc quum Nero visendi gratia venisset, auersatus est illũ Burrus, cui scelus iã erat intellectũ, multaq;

percontanti, nihil aliud respondit, q̄, Ego bene me habeo. Mira etiam in moriente lenitas.

Idem in Claudij stultitiam subinde iocabatur 27
 productione syllabę, quum diceret, posteaquam Ioc⁹ i mori
 tum.
 desijt inter viuos morari, prima syllaba produ-
 cta. Moros enim Gręce fatuum sonat, inde fin-
 xit morari pro stultum agere, quemadmodum
 nos a poeta poetari, a iuvene iuuenari.

Sunt qui putent hoc clarę & infcio etiam Se- 28
 neca fuisse decretum, vt occiso Nerone occideretur Salse.
 & Piso, mox imperium Senecę deferretur.
 Interea vulgabatur verba Flauij, qui dixerat, ad
 dedecus nihil referre, si citharędus dimouere-
 tur, & tragędus succederet. Nero cithara, Piso
 tragico ornatu canebat. Sensit vtrūq; pariter in-
 dignum imperio.

Quum de coniuratis agerentur quęstiones, Su 29
 brius Flavius tribunus interrogatus a Nerone, Libere.
 quibus causis adductus ad obliuionem sacramę-
 ti processisset: oderam te, inquit, nec quisquā tibi
 fidelior militum fuit, dum amari meruisti: odisse
 cępi, postquam parricida matris & vxoris, auri-
 ga & histrio & incendiarius extitisti. Negant in
 ea coniuratione quicquam accidisse Neroni gra-
 uius, qui vt ad patrāda facinora promptus erat,
 ita audiendi quę patraret insolens.

Eodem tēpore Sulpitius Asper Centurio, per- 30
 contanti Neroni cur in cędem suā cōspirasset, nō Libere.
 aliter, inquit, tot flagitijs tuis subueniri poterat.

Vestinus consul quū eodem die omnia munia 31
 consularia obisset, e cōuiuio repente ad mortem Ioc⁹ crudes
 lit.
 raptus est. Cōuiuę nihil aliud q̄ exitiū expecta-
 bant. Horum pauorem irridens Nero, dixit illos

fatis supplicij fuisse pro epulis consularibus. *Dis*
cas hoc a clemente dictum, si cetera Neronis fa-
cinora spectes.

- 32 Nero matrē occiderat, vnde Africanus quidā
 ita consolatus est hominem, *Orāt te Cæsar Gal-*
liæ tuæ, vt felicitatem tuam fortiter feras.

OTHO

Omē exitij 1 *Otho Syluius Imperator quū in augurando tē*
pestas esset orta, atque ipse grauiter prolapsus,
identidē obmurmurasse dicit, τὶ μοι ἢ μακροῖς
αὐλοῖς; id est, quid mihi cū longijs tibijs? Senties
se frustra sacrificijs & piaculis conari placare
manes Galbæ. Sed de hoc plura nobis dicta sunt
in Chilia dibus.

Mors desti-
nata. 2 *Idē vbi iam mori destinasset, sensit eos qui ab*
ipso deficere & abire cœptabant, pro desertoris
bus corripī ac detineri: vetuit ne cuiq̄ fieret iniur-
ria, dicens, adiciamus vitæ & hanc noctem. & in
profundā vesperam vsq; patente cubiculo, si quis
adire vellet, potestatem sui cōueniendī fecit.

Vides I mi-
litē. 3 *Multis Othonē rogantibus ne deposito impe-*
rio exercitū ac remp. desereret, quidā e gregarijs
militibus sublato ense dixit, Scito Cæsar sic p te
omnes animatos esse. moxq; seipsum iugulauit.

Moderate. 4 *Otho iam destinata morte Cocceium fratris*
filium ad se vocatum sic adhortatus est extremis
verbis, O fili, habuisse te patrum Cæsarem, nec
prorsus obliuiscaris, nec admodum memineras.
Noluit illum prorsus obliuisci, ne desereret curā
suorum. rursum noluit valde meminisse, ne mor-
tem patris vlcisceretur.

VESPASIANVS PATER

- 1 *Flauio Vespasiano quum adolescens quidā gra*

tias ageret pro impetrata præfectura, quoniam unguento fragrabat, & nutu contemptus est, & grauius increpitus. Mallem, inquit Vespasianus, alium oboluisse. mox & literas concessas reuocauit.

Vnguenti olere.

De iurgio quodam inter senatorem & equitē Romanum, ita pronunciauit, vt diceret nō oportere maledici senatoribus, remaledici ciuile fasq; esse. Prærogatiuam enim dignitatis ipse sibi ademit qui lacessiuit.

2 Venia lacessito.

Idem de Licinio Mutiano notæ impudicitiae viro, clam apud cōmunem amicum conquerens, addidit clausule, Ego tamen vir sum. Notans obtretractorem esse parum virum. Simile est illud Maronis.

3 Leniter.

Parcius ista viris tamen obijcienda memento. Saluius Liberalis, quū in defensione diuitis rei oblique mordens dixisset, Quid ad Cæsarem, si Hipparchus sestertium milies possidet? Notans Vespasianum velut inhiantem rei facultatibus Cæsar non modo non offensus est, verum etiā dictum approbavit, quasi simpliciter prolatum.

4 Leniter.

Quoniam rapacissimum quencq; promouere solent, vt mox ditatos condemnaret, vulgo dictus est officarios suos habere pro spongijs: quod veluti spongijs & siccos madefaceret, & humentes exprimeret.

5 Itaq; actas.

Rusticus quidam quoniam gratuitam libertatem suppliciter petens a Cæsare, repulsus est, nō veritus est clare dicere, Vulpes pilos mutat, non mores: exprobrās illi naturæ rapacitatem, quasi mercede data concessurus fuisset, quod gratuito negabat.

6 Auiditia in principe.

- 7 Lepide. A cōsulari viro Menstruo Floro monitus plaustra potius quā plostra dicēda, postridie illū pro Floro Flaurum salutauit, ciuilit̄er alludens ad illius curiosam admonitionem. Veteres in quibusdam pro diphthongo sonabant o, vt Clodius pro *Claudius*.
- 8 Vestius. Mulier quādam dixerat se deperire amore Vespasiani: ei perductæ quū pro cōcubitu sesteritia quadraginta donasset, roganti dispensatori, quo titulo vellet eam summam rationibus inferri, dixit, Vespasiano adamato.
- 9 Iec^o ex Homero. In quendam proceræ staturæ, sed improbius natum, torsit illud carmen Homericum,
μακρὰ βιβὰς, κραδ' ἄωρ δ' ολιχόσημι ἔγχεσθ'. id est.
- 10 Lepide. Longam hastam quatiēs, diductis passibus ibat, In Cerylum libertum, sed prædiuitem, qui vt aliquando subterfugeret ius fisci imperialis, cœpit se pro ingenuo ferre, eoque mutato nomine p̄ Cerylo dici voluit Laches, torsit versiculos ex fabula quapiam, vt opinor.
ω λάχης λάχης,
ἔπ' ἀπ' ἀποθάνης αὔθις ἴσση κίρυλ. Id est.
O Laches Laches,
Vbi mortem obieris, rursus eris tum Cerylus.
Significās illi nihil profuturū immutatū nomē.
- 11 Apare. Quidam e charis Vespasiani ministris apud ipsum pro quodā quē fratrem suū esse simulabat, intercedebat, vt illi procuratio cōmitteretur. Id sentiens Cæsar, candidatū solū ad se vocauit, exegitque pecuniam quam ille suffragatori suo pepigerat: ea accepta mox ordinauit. Huius rei ignarus minister, rursus interpellauit pro fratre. Cui

Vespasianus, Alium, inquit, tibi fratrem quære: hic quem tuum putas, meus est.

12
Sordide

In itinere quodam mulio defiliit, quasi calceatus mulas, sed re vera, ut ad eundem litigatori spatium moramque præberet. At Cæsar dolū suspicatus, interrogauit mulionem, quanti calceasset, patulque est lucri partē. Hoc si fecit ut suos corrigeret, ciuilitas fuit: sin ut eo emolumēto fieret ditior, sordidum erat.

Instituerat vectigal è lotio. Sup hoc à filio monit⁹ dissimulauit, donec prima pētio esset soluta. Eam pecuniā admouit ad filij nares, sciscitās nū odore offenderetur. Negante illo, Atqui hæc, inquit, è lotio est.

13
Sordide

Legatis nunciantibus decretam illi publice nō mediocris summæ statuat, iussit ut eam continuo ponerent: & cauam ostendēs manum, Ecce, inquit, parata basis. Significans ut eam pecuniā quam in statuā decreuissent impēdere mortuo, uiuo darent in manum.

14
Auate

Quum Cæsarū mausoleū repēte patuisset, tū stella crinita apparuisset, alijs interpretatib⁹ Cæsaris iteritū portēdi, ille facete interpretat⁹ est, pri⁹ ostētū ad Iuliā Caluinā ptinere, quæ ea esset de gente Augusti: posterius ad Parthorum, siue, ut Aurelius Victor tradit, Persarum regem, qui capillatus esset.

15
Ostentorū
Interpretatio.

Quum morbus ingrauesceret, dixit: Puto deus fio: significans se moriturū. Solent enim extincti Cæsares publicis ceremonijs in deorum cœtum referri.

16
Iocus in
morte

Quum vehementer angeretur vitiatis intestinis, nihilo secius imperatorijs muneribus fungen-

17
Stātē mor

batur, adeo vt lecto decumbens audiret legationes, & amicis hortantibus vt sibi parceret, respōdit Imperatorem stantem mori oportere.

VESPASIANVS FILIVS

1 *Cæsaris aſſiduitas* Vespasianus filius quum admoneretur ab amicis quod plura polliceretur interpellantibus quā præstare posset, respōdit. Non oportet quenquā à Cæsaris colloquio tristem discedere.

2 *Benignitas* Super cœnam aliquando recordatus, quod eodie nemini quicquam præstitisset, memorandam illam meritoq; laudatam vocem ædidit, Amici diem perdidit.

3 *Dexteritas* Idem dicere solet se maximum falsarium esse potuisse, quod omnium chirographa quæ vidisset, facillime imitaretur.

4 *Cæsar inuolens* Quum febre correptus, lectica à loco in quo tū erat transferretur, dimotis plagulis cœlum suspexit, questusq; est sibi immereti vitam eripi, quū nullum per omnem vitam extaret factum cuius poeniteret, vno duntaxat excepto. Id cuiusmodi fuerit, nec ipse prodidit, nec quisquam coniectare potuit. O Cæsarem longissima vita dignū.

DOMITIANVS

5 *Lepida* Domitianus Cæsar initio principatus quotidie sibi secretum horarium sumere cōsuevit, nec interim aliud quā muscas captare, easq; stilo præcuto configere: vt cuidam interroganti, esset ne quis intus cū Cæsare, Vibius Crispus lepide respondit, Ne musca quidem.

6 *Mina in principem* Iusserat edicto excidi vineas, quod studio colēdivineta, negligenter arua. Hoc edictū reuocauit ob sparsos libellos in quibus habebantur hi versiculi.

καρμει φάγης ἐπιρίζαρ ὁμως ἐπι καρποφορίσῃ
 ὄσσον ἐπιπῶσσαι καίσαρι θυομίνῃ

Hoc epigramma fertur in hircum arrodentē vis-
 tem. Hircus aut Baccho immolabatur, quod ad-
 mortu lœdat vineam. Ad Cæsarem accommodas-
 tunt, pro σοι τράγει mutantες καίσαρι.

Notans Metium quendam sibi immodice plas-
 centem, dicere solitus est, Vellem tam formosus
 esse, quàm Metius sibi videtur. 7
Leptide

NERVAE COCCEI

Quoniã sub Nerua Cocceio bono Cæsare, mul-
 torum nomina falso deferebantur, Fronto consul
 palàm dixisse fertur: malum esse eum imperare,
 sub quo nemini quicquam concessum sit: sed lon-
 ge peius sub eo viuere, sub quo maxima sit licen-
 tia quibuslibet. Inhumanitatis est, si princeps ni-
 hil indulgeat amicis ac familiarib, sed pernicio-
 sum est, illis licere quicquid libet. 8
Princeps in-
dulgent

TRAIANVS

Traianus aliquando in cōuiuio proposuit ami-
 cis, vt decē nominarēt quib⁹ crederēt rerū sum-
 mã recte delegari posse: quū illi silerēt, Decem,
 inquit, à vobis posco, ego vnicum habeo Seueria-
 num: Solum illum imperio dignum iudicans. 9
Vnus exis-
tens

ADRIANVS CAESAR

Moriens dixit illud vulgatum, Turba medico-
 rum Cæsarem perdidit. Arbitror illum huc de-
 torfisse Græcum prouerbiū, πολλοί στρατηγοί
 καρίαρ ἀπώλισαν, πολλοί δὲ ἰατροὶ τὸν βασι-
 λιᾶ ἀπώλισαν. Quanquã& hodie verū est turbã
 medicorum multis causam esse mortis. I
Medicorū
turba

In senatu frequenter dicere solet se sic gestu-
 rum principatum, vt sciret rem populī esse, non
 suam priuatam. Nimirum attigit hoc, qd vnū di-
2
Princeps

stinguit regem à tyranno.

3 *Clementia* Imperator creatus adeo contempfit inimicos vt vni quem habuerat capitalem, forte obuiò, dixerit, Euasisti. Principibus in priuatis offensis debet esse satis, potuisse vlcisci.

4 *Affabilitas* In colloquijs etiam humillimorum mire ciuilis erat, eosq; detestari solet, qui hanc humanitatis voluptatem ipsi inuiderent hoc prætextu, quod dicerent principis maiestatem vbiq; seruandam.

5 *Animi bonitas* Dionysius Milesius sophista insignis, in Heliodorum quem Adrianus Cæsar vnice amabat, torsit hoc dictum: Cæsar potest honorem ac pecunias largiri, rhetorē facere non potest. Cæsar em̄ Heliodorum studio verius quàm iudicio fecerat magistrum epistolarum.

6 *Iuste* Romæ quum in spectaculo populus clamore flagitaret, vt aurigam qui placuerat, liberum esse iuberet, per tabellam respondit, iniquū esse quod peterent. Si enim seruum alienum libertate donaret, fieret iniuria domino. Dicas hunc abhoruisse ab omni violentia.

7 *Vota mortis* Seuerianum & Fuscum huius nepotē, eò quod moleste ferre viderentur Commodum Lucium imperij successorem designatū, iussit occidi: quorum ille nonagenarius erat, hic annos natus decem & octo. Senex autē quum esset iugulādus, poposcit ignem, incēsoq; thure, dixit: Vos dij testor, me nihil sceleris cōmississe, nec aliud impetor Adriano, nisi vt quum volet mori non possit. Idq; euenit, adeo vt barbar⁹ conductus qui ferro mortem pro beneficio daret, aufugerit.

8 *Lepide* Quidam canescens ab eo quiddam petierat, & repulsus est. Is quum aliquanto post idem pe-

teret, sed capillitio nigro (Nam id tinctura fecerat) Cæsar agnoscens faciem, iam istuc, inquit, ne gaudi patri tuo.

Quodam tempore quum seruum suum videret inter duos senatores ambularem, misit qui illi colaphum impingeret, diceretq; Noli inter eos ambulare, quorum adhuc potes esse seruus. simul senatoriæ dignitati consulens, & serui castigans insolentiam, quam de Cæsare hero sumpserat.

Commodum Aelium Verum iterum cõsulem fecerat, eumq; imperio destinauerat: quẽ quum cerneret nec animo nec corpore satis validum, dicere solet, In caducum parietem nos inclinauimus, ac perdidimus quater milies HS, quod populo ac militibus pro adoptione dedimus. Vere presensit Commodum inutile imperio, sed sero.

Florus hos versiculos scripserat in Cæsarem.

Ego nolo Cæsar esse
 Ambulare per Britannos
 Scythicas pati pruinas. Cui Cæsar respondit,
 Ego nolo Florus esse
 Ambulare per tabernas,
 Latitare per popinas,
 Culices pati rotundos.
 Sentiens se honestas occupationes præferre inutili turpiq; ocio.

Dicere solitus est, sibi molestũ esse, si quẽ videret tristẽ, quũ tamẽ omnes doctos vexaret quæstionculis, sed vexatos donauit aliquo munere.

Cuidã vxor sua per literas exprobrarat, quod lauacris ac voluptatibus detentus ad se redire nollet. Id per frumentarios rescauerat imperator. itaq; commeatum petenti, exprobrauit lauacra

9
 Serui prin
 cipũ elati

10
 Impar prin
 cipatui

11
 Honesti tar
 borea

12
 Princeps
 nulli mole
 stus

13
 Curiositas

& voluptates. Tum ille, Num & tibi ð Cæsar scripsit vxor mea quod mihi? Notans curiositatē principe indignam.

13

Lusus in morte.

Sub mortem his versibus lusisse dicitur.

Animula, vagula, blandula,
Hospes comesq; corporis,
Quæ nunc abibis in loca,
Pallidula, rigida, nudula,
Nec vt soles, dabis iocos.

14

Præsentia

Atunt illum ex Matheseos peritia præscisse futura, ac Verum non fore longævum, Vergiliano carmine prædixisse,
Ostendent terris hunc tantum fata, neq; vltra
Esse sinent.

15

Ergula sui

Cuidam illos Vergilij versus ad Verum ac commodanti,

Manibus date lilia plenis, &c.

Cum irrisione respõdit, Ego mihi diuū adoptaui, non filium. Huc alludens, quod Imperatores referri soleant in numerum diuorum, sed à rogo.

16

Principis defectus

Ad alterum ipsum consolari volentem, hoc argumento, quod diceret genesim Veri nõ esse recte collectam, eoq; spem esse illum diu victurũ: istuc, inquit, tu facile dicis, qui patrimonij tui, nõ reipub. quæris hæredem. Sentiens magni referre vt bonus princeps quàm diutissime viuat.

17

Libere

Transeuntē mulier quædam appellauit, Audi me Cæsar. Is quum respondisset, non est ocium: Illa clamauit. Noli ergo imperare. Ad hanc vocē restitit, & audiuit mulserē. Hoc & alij tribuitur. neq; quicquam vetat, idem à pluribus vel dici vel fieri.

COMMODOVS AELIVS VERVS I

Aelius quum esset peregrinis voluptatibus de- Vxoris re-
uerentia
ditus, vxori cōquerēti dixit: Patere me per alias
exercere cupiditates meas. Vxor enim dignitas
tis nomen est, non voluptatis.

Quum morbo grauaretur, sæpe dicere solet, 2
Mortis prin-
cipia
principem sanum mori debere, non debile, quod
superiores imperatores pleriq; violenta morte
perissent. Eamq; mortem vt breuem simul & in-
expectatam C. Cæsar optauit, & obtinuit.

ANTONINVS PIVS

Adamabat illam Scipionis celebratissimã sen- 3
tentiam, subinde dicens se malle vnum seruare
ciuem, quàm mille hostes occidere, pacem vide-
licet bello præferens, & in ipso bello sentiēs hãc
oportere primam esse ducis curam, vt quàm mis-
sima ciuium iactura paretur victoria.

Quum Apollonius rhetor e Chalcide accitus, 4
Magnilo-
quentia fra-
nisa
ad Tiberinam domum in qua tum Cæsar habi-
tabat, à Cæsare vocatus vt illi M. Antoninum
traderet instituendum, dixisset, Non magister
ad discipulum, sed discipulus ad magistrum ve-
nire debet: risit hominis magniloquentiam, di-
cens: Facilius fuit Apollonio è Chalcide venire
Romam, quàm ex ædibus suis in palatium. Mer-
ces Apollonium attraxerat Romam, non reipu-
blicæ studium.

Quum M. Antoninus fleret educatorem suũ 5
Humane
mortuum, & adolescens ab aulicis ministris reuo-
catur à declaratione pietatis erga nutricium,
Permittite, inquit Antoninus, prius illi vt homo
sit, neq; enim vel philosophia vel imperium tol-
lit affectus.

- 6 *Libere* Quondam quum Omuli visens domum, ac miratus colūnas porphyreticas, quāssisset vnde eas haberet, Omulus ei respōdit. Quum in aedes alienas veneris, & surdus & mutus esto. Sentiens eū in alieno priuato nō oportere esse curiosum. Hoc tam libero ioco non est offensus Imperator.
- 7 *Dei regni* M. Antonini vxor Faustina male audiebat vulgo. Itaq; hortantibus amicis, vt eam repudiaret, si nollet occidere, respondit, Si vxorem, inquit, dimittimus, reddamus & dotem. Dotis nomine signans imperium, quod ab socero volente Adriano adoptatus acceperat.
- 8 *Consilium multorum* Nihil solitus est agere nec in bellicis negotiis nec in ciuilibus, de quo non prius conferret cum grauib; viris, dicens: Aequius est, vt ego tot tantum amicorum consilium sequar, quā vt tot tales amici meam vnus sequantur voluntatē. Multum abhorrens à quorundam ingenio, qui cōsulto pileo suo, dicūt. Vos sedulo cōsultitis, sed aliud mihi suadet pileum meum.
- 9 *Clementer* Cassium senatorium virum occidi passus est, non iussit occidi, post etiam extinctum doluit, dicens voluisse se sine senatorio sanguine imperiū transigere. Mirā clemētia in affectatorē imperij.
- 10 *Filius solatū mortis* Biduo priusquam moreretur, admissis amicis aperuit sententiā suam de filio, eandem quam Philippus de Alexandro, dicens se æquo animo mori, quum filium relinqueret.
- 11 *Mors peregrinatio* Alio quodam die dixit amicis, Quid me fletis, ac non magis de communi morte pestilentiaq; cogitatis: Philosophia docuerat hominē & mortem contemnere, & res humanas ridere. Parātibus autem abire, dixit: Si iam me dimittitis, vale

vobis dico, vos præcedens. Facete petijt ab amicitis discedendi veniam, ac veluti peregre profecturus iussit illos valere, submonēs interim fore, vt illi præcedentem sequerentur.

Rogatus cui filium commendaret, vobis, inquit, si promeretur, & dijs immortalibus. Fauorem noluit suæ autoritati tribui, sed filij meritis.

SEVERVS IMPERATOR.

De Seuerō sic iudicauit senatus, illum aut nasci non debuisse, aut nō debuisse mori, quōd quū crudelis esset, tamen reipublicę videretur admodum vtilis ob alias virtutes.

Quum milites Bassianum Seueri filium, Augustū cōsalutassent, eō quod pater pedibus æger bellum moraretur, iussit se deferri ad tribunal, si mulq; adesse omnes tribunos, centuriones, duces, & cohortes, quibus autoribus hoc acciderat, sisti deinde & filium, qui augusti nomen non recusarat. Hic quum in omnes eius facti autores iussisset animaduerti, excepto filio, omnesq; ante tribunal prostrati rogarent veniam, Seuerus manu caput contingens, Tandem, inquit, sentitis caput imperare, non pedes.

Celebratur & hoc illius dictū, Omnia fui, sed nihil expedit: Sentiens sese ex humili, per literarum ac militiæ officia plurimis gradibus fauore fortunæ ad imperij fastigiū fuisse perductū, sed nihil feliciter cessisse, aut nulla i re sibi placuisse.

Vltima verba dicuntur hæc fuisse, Turbatam rempub. vbiq; accepi, pacatam etiam Britannis relinquo, senex, & pedibus æger, firmum imperium Antoninis meis relinquens, si boni erunt: imbecillum, si mali.

12
Modeste.

1
Natura vna
ria.

2
Autoritas.

3
Omnia ex
pertus.

4
Virtus prin
cipis.

- 5 *Industria.* Symbolū tribuno dari iussit, laboremus. Per
tinax ad imperium ascitus, dederat, militemus.
Illi placuit belli omen, huic pacis. Sublato namq[ue]
bello reditur ad agricolationē & opificia. Otū
in pace, delicias alit, & omne flagitiorum genus.
- 6 *Moderate.* Epigramma quod in laudem Pescennini Nigri
fuerat ascriptū illius statuae ad viuū effictae, quū
praefecti suaderent eradendū, Severus noluit, di
cens. Si talis fuit, sciāt omnes qualem vicerimus.
Si talis non fuit, putent nos omnes talē vicisse.

PESCENNINVS NIGER

- 1 *Integre.* Pescenninus Niger consiliarijs addidit salaria,
ne grauaent eos quibus assidebant, dicens iudi
cem nec dare debere, nec accipere. Vtinam hoc
exemplū imitentur hi qui vendentes officia spo
liant iudicem, assessoribus interim raptō viuē
dum est.
- 2 *Aqua pro vino.* In Aegypto, quum Limitanei milites vinū ab
imperatore peterent: Nilum, inquit, habetis, &
vinum quaeritis? Aiunt enim aquam Nili tantae
esse dulcedinis, vt accolae vina non desiderent.
- 3 *Seuere.* Quum milites qui a Saracenis victi fuerant,
dicerent, Vinū non accipimus, pugnare non pos
sumus. Erubescite, inquit Caesar: illi qui vos vin
cunt, aquam bibūt. Nam Saracenis etiam hodie
gustare vinum nefas est.
- 4 *Dure.* Palaestinis rogantibus, vt ipsorum censitio le
uaretur, eò quod regio esset grauata, satis incle
menter respondit, Vos terras vestras leuare vul
tis, ego etiam aerem vestrum censere cuperem.
- 5 *Vini docēdi nō laudadi* Imperatori creato, quū quidam ei panegyricū
in ipsius laudē conscriptū recitare vellet, dixit:
Scribe Marij laudes, vel Annibalis, aut alterius

ducis egregij vita functi, vt eum nos imitemur. Nam viuos laudare irrisio est, presertim imperatores, a quibus speratur, qui timetur, qui possunt necare, qui possunt proscribere. Adiecit illud, Se viuum placere velle, mortuum etiam laudari.

Rogatus quid sentiret de Scipionibus, respondit illos sibi videri felices magis q̄ fortes, quod vterq; domi iuuentutem parum sancte transegerat. Sentiens imperatorem per omnem vitam in reipublicæ negotijs versari debere, nec a domesticis delictijs ad imperium accersi.

ANTONINVS CARACALLVS

Antonini Caracalli nouerca, quū esset pulcherrima, veluti per imprudentiā corpus magna ex parte nudauit. Quūq; dixisset Caracallus, Velle si liceret: Si libet, inquit illa, licet. An nescis te imperatorē esse, & leges dare, nō accipere? ea mulieris vox Caracallū ad detestabile facin⁹ pertraxit.

Quū Antonin⁹ Caracallus ambitiose sibi multa cognomina assereret, Germanici, Parthici, Arabici, & Alemanici nomen ascriberet, Heluius Pertinax filius Pertinacis belle locat⁹ fertur, adde etiā, inquit, si placet, Geticus Maximus. quod Getam fratrem occidisset.

Bassianus præfectus suadebat Caracallo, vt ad mitigandam inuidiam parricidij, fratrem Getam appellaret diuum. Sit, inquit, diuus, dum non sit viuus. & fratrem in diuos retulit. Nescit pietatis iura regnandi cupiditas.

ANTONINVS GETA

Quum Antonini Getæ pater Seuerus destinasset omnes diuersarum partium occidere, inter suos dicere solitus est, Hostes vobis eripio, adeo

consentiente Bassiano, vt liberos etiam illorum suaderet necari. Geta puer interrogauit quantus esset occidendorum numerus. Eum quum pater edidisset, rogauit num isti haberent parentes ac propinquos. quum respōsum esset habere, & quōdem multos: plures ergo, inquit, in ciuitate tristes futuri sunt, quā lāti quōd vicimus. Valuisset cordatum pueri dictum, nisi quorundam crudelitas obstitisset.

- II
Libere. Bassiano tum ioco tum serio dicenti, omnes cum liberis occidendos, Geta puer dixit: Tu qui nulli parcis, potes etiam fratrem occidere. Id dictum tunc contemptū est, post cognitū est fuisse vaticinium. Nam parricidium postea commisit.

ANTONINVS HELIOGABALVS

- 12
Tyrannice Senatum adeo contempsit, vt eos interdū appellaret togata mancipia, veluti qui pristinae dignitatis praeter togas nihil retinerent.

- 13
Chara. Amabat sibi pretia rerum quae mensae apparatuserant, maiora dici quae essent, hanc esse dicens conuiuio orexim, quod magis illa iuuant quae pluris emuntur, vt ait Satyricus.

- 14
Profusio. Huic priuato quum quidam luxum illius admirans diceret, Non times ne fias pauper? Quid inquit, melius, quam vt ipse mihi haeres sim, & uxori meae?

ALEXANDER SEVERVS

- I
Superua sua officia. Et urbem, & prouincias, & aulam suam purgavit hominibus non necessarijs, dicens malum pupillum esse imperatorem, qui ex visceribus prouincialium homines non necessarios, nec reipublicae utiles aleret.

- 2 In templis argenti minimum, auri ne guttas

lam quidem, aut bracteolam posuit, subinde re- Aurum in
templis.
petens illud Persianum.

Dicite pontifices, in sanctis quid facit aurum? 3
Cōstanter.
Negabat se passurū, vt ipsius dispositiones ab
aulicis suis venderentur, id quod solent aliorum
principum Liberti & Eunuchi. Eoq; nunquam il-
lum sefellit quod proposuerat.

Assessoribus designauit sua salaria, quanquam 4
dicebat illos potissimum promouendos, qui per
se rempublicam gerere possent, non per assesso-
res. Vnumquēq; hoc agere debere quod nosset.
Prudentissimus iuuenis sensit hoc esse præcipuū
hulcus omnium rerum publicarum, quod omnia
munia per vicarios administrantur, interdum al-
teros ac tertios. Præfectus vr̄bis habet vicarium, Vicarij
grauis.
& is vicarius rursus alterum vicarium, & hic rur-
sus alium. Ac frequenter is qui & honore, & sala-
rio fruitur, minime omnium idoneus est ad fun-
ctionem obeundam. Annotent hoc principes,
qui subinde coguntur exactiōibus grauare po-
pulum.

Descriptum habebat, quid cui præstitisset: qui 5
Henigō.
nihil aut minimū petissent, eos appellabat dicēs:
Quid est quur nihil petis? An me tibi vis fieri de-
bitorem? pete, ne priuatus de me queraris. Agnos-
cebat principem debere recte suo fungentibus
officio: nec æquū iudicabat, vt probe suo defun-
ctus officio, priuatus egeret.

Militibus diligenter prospexit de comœatu, 6
Militū cura
dicens se magis seruare milites quàm seipsum,
quod in his sita publica salus esset. Facilius est e-
nim inuenire nouum imperatorem, quàm nouū
& exercitatum militem.

7 Quinius Camillus antiquę familię senator, homo delicatissimus, rebellionē moliebatur, tyrānidem affectans. Id quum Alexandro renunciatum esset, statimq; probatum, ad palatium eum rogauit, eiq; gratias egit, quod reip. curam, quę bonis viris recusantibus imponi solet, sponte reciperet. Mox ad senatum processit, ac tanti sceleris conscientia trepidum, consortem imperij appellauit, in palatium recepit, ornamentis imperialib⁹, & melioribus q̄ utebat ipse, decorauit. Profectionis comitem adhibuit. Quumq; imperator ipse pedibus iter faceret, inuitauit & Quinium delicijs assuetum ad laborem, quem post quinque milia passuum cunctantem equo sedere iussit. Quinq; post duas mansiones equo etiam fatigatus esset, carpento imposuit. Hoc quoq; respuentem, ac imperiū tedio laborum recusantē, deniq; & mori paratum dimisit, ac militibus a quibus Cęsar præcipue diligebatur, commēdatum, ad villas suas tuto abire iussit. Sic illi comōstrauit, quid esset gerere imperium.

Clementer

8 Honores iuris & gladij nunq̄ vendi passus est, dicens, Qui emit, & vēdat necesse est. Hoc ethniscus & iuuenis, quid iam decet principes Christianos?

Sanct.

9 Quum Christiani locum quendam qui publicus fuerat occupassent, contra popinarij dicerent eū sibi deberi, rescripsit melius esse, vt quomodocunq; illuc deus coleretur, quā popinarij dederetur.

Pie.

10 In expeditionibus si quis de via in alicuius possessionem deflexisset, pro qualitate loci fustibus aut virgis cædebatur, aut alioqui condemnabatur.

Miles innoxius.

tur. Si dignitas personæ tales pœnas non recipiebat, grauiſſimis contumelijs afficiebatur, quã diceret, Velles ne hoc in agro tuo fieri, quod facis in alieno? Clamabat sæpius, quod a Christianis audierat, idq; per præconem quoties aliquem emendabat, dici iubebat, Quod tibi fieri nolis, alteri ne feceris. Quid nunc dicemus de militibus Christianis, qui siue quò eant, siue redeant, furantur, rapiunt, constuprant, pulsant, abigunt pecora, pertusis vasis sinunt effluere vinũ? Quid multis? Crudelius tractant suos q̃ hostes. Et hoc hodie, si superis placet, appellatur ius militare, & ad hæc conuient principes.

Vigilanter prouidit ne tribuni ducesve quies II
quam fraudarent de stipendijs militum, dicens, Militũ cura
Miles non timet, nisi vestitus, armatus, calceatus & satur, & habens aliquid in zonula: Sentiens militem quum aliquid habet, metuere ne perdat: sed mendicitas ad omnem desperationem vocat armatum.

Quum Antiochiam venisset, ac milites qui lac 12
uacris ac mullebribus delicijs vacauerãt, in vincula duci iussisset, orta seditione ab ea legione cuius socij erãt in vinculis, tribunal ascendit, ac vinculis omnibus ad tribunal adductis, circũstantibus militibus, & quidẽ armatis, grauitè illos admonuit, vt meminissent Romanæ disciplinæ. Quũ loquentem milites tumultu interpellarent, nihil cõterritus, iussit vt tales voces ederent aduersus hostes, nõ aduersus imperatorẽ, minatus exautorationem nisi quiescerent. Ad hæc quũ vehementius etiã fremerẽt, ac ferro quoq; minarẽtur, Deponite, inquit, dextras, cõtra hostẽ erigendas

H iij

si fortes estis, me ista non terrent. Quum nō desinerēt fremere, exclamauit, Quirites, discedite, atq; arma deponite. Mox omnes non armis tantum, sed & sagulis militaribus depositis recesserunt, nō in caltra, sed in varia diuersoria. Post tamen eius legionis militibus fidissimis vsus est.

13
Odium su-
am.

Furti suspitione infames nec intueri sustinebat, adeo vt quum Septimius Arabinus, qui famosus crimine furtorum, sub Heliogabalo fuerat liberatus, inter senatores principem salutatū venisset, exclamarit, O numina, o Iupiter, o dii immortales, Arabinus non solum viuit, sed etiā in senatum venit. Fortassis de me sperat: tam factuum, tam stultum me esse iudicat.

14
Corruptela

Dicere solet, solos fures de paupertate conqueri, dum ita student scelera vitę suę tegere. Iactabat & sententiam notam furibus.

ὁ πολλὰ κλίψασ, ὀλίγα δ' ἔσ' ἐκφεύξεται. id est, Qui multa tulerit, pauca dederit, effugit.

Notans quosdam, qui tantum furantur, vt sit quo corrumpant iudicem aut actorem.

15
Regni sta-
bilitas.

Quum Māmea mater, vxorq; Mēmia obijcerēt, qđ nimia ciuilitate redderet potestātē molliorem: respōdit, sed securiorē, atq; diuturniorē: significās malū diuturnitatis custodē esse metū.

16
Fumi ven-
ditor.

Vetronium Thurinum familiarem, quod his qui petebant aliquid a Cæsare, vendidisset suum patrociniū, mentiēns interim multa, cōuincendū curauit, & conuictum damnatumq; in stipite alligari iussit: supposito igni ex humida materia, præcone clamante, Fumo punitur, qui fumos vendidit.

17. Gemmas omnes quas reperit in palatio, ven-

didit, & aurum in ærarium contulit, dicens viris gemmas vsui non esse, matronas autē regias cōtentas esse debere vno reticulo atq; inauribus, & baccato monili, & corona in qua sacrificarent, & vnico pallio auro sparso, & cyclade, quæ pl⁹ sex vncijs auri nō haberet. Hic cultus hodie vix sufficit negociatorum vxoribus.

Cultus Aus
gustarum

Cursores nunq̄ vtebatur nisi seruo suo, dicens ingenuū currere nisi in sacro certamine non debere. Cocos itē, piscatores, fullones, & balneatores non habuit nisi seruos suos, nolens quenq̄ ingenuum fordidis ministerijs dehonestare.

18
Dignitas

Amicos & cognatos si malos comperisset, puniebat. Id si vetus amicitia aut necessitudo non patiebatur, à se dimittebat, dicens: His charior est mihi tota resp. Significans priuatos affectus vtilitati publicæ polthabendos.

19
Reip. pri
ma cura

MAXIMINVS

Maximinus accepta legione, nullum laborem defugere solet, dum milites exercet, eisq; prospicit. Quum autem tribuni quidam eum reprehēderent, dicerentq; Quid tantopere laboras, quū eius loci iam sis, vt ducatum possis accipere? Ego vero, inq̄t, quo maior fuero, hoc magis laborabo.

1
Industria

Exercebat lucta milites suos, multos ad terrā prosternens. Itaq; cunctis inuidentibus, tribunus quidā vasti corporis, notæq; virtutis, atq; ob hoc ferocior, dixit: Quid magni facis, si tribun⁹ tuos milites vincis? Tum Maximinus, Vis ne congruamur? Quum prodisset, palma pectori impacta supinum reiecit, continuoq; dixit: Date aliū, sed tribunum.

2
Robur cor
poris

Quum nimium sideret corporis viribus, qui

3

Libere dam in theatto ipso præsentē Græcos versus recitauit, quorum hæc est sententia,
 Elephas grandis est, & occiditur,
 Leo fortis est, & occiditur,
 Tigris fortis est, & occiditur,
 Caue multos, si singulos non times.

Qui ab vno non potest occidi, à multis occidit.

4 *Modeste* Maximinus senior nunquam ad oscula pedum quēquā admisit, dicens: Dij prohibeāt, vt quisq̄ ingenuorū pedib⁹ meis oscula figat. Et vbi sunt interim qui nō solū ingenuos, verū etiā summos monarchas ad oscula non pedū, sed calceorū, nō dicā admittūt, sed iuitāt, & quodāmodo cogūt!

GALIENVS

Respublicæ negligētus Galienus prouinciarum defectionem, quasi leuissimarū rerū iacturam ioco solet eludere. Quū enim nūciatum esset Aegyptum defecisse: Quid inquit, sine lino Aegyptio esse non possumus? Quū vastatā Asiā Scytharū incursionib⁹ accepisset: Quid, inquit, sine aphronitris esse nō possum⁹? Perdita Gallia, arrisit dixitq; nō sine trabearis sagis tuta respublica est? Pessimī principis voces, cui quicquā chari⁹ est repub. Aphronitrum autē est spuma nitri, qd̄ in Asia laudatissimū cōrescebat.

2 *Libertatē exigibilis* Junior patris mortē inultam reliquit. Itaq; quū rex Persarum quasi captiuus per pompam duceretur, quidam scurræ miscuerunt se Persis, diligentissime scrutantes omnia, & cuiusq; vultum mira inhiatione cōtēplātes. Qui interrogati quid agerēt, Patrē, inquit, principis quærim⁹: notantes à Galieno neglectum fuisse. Id vbi delatū est ad principē, scurras viuos exuri iussit. Exēplū impietatis in Cæsare, periculosaē libertatis ī scurris.

Quum taurū ingentem in arenā misisset, pro
 dissetq; ad eum ferendum venator, neque produ
 ctum decies potuisset occidere, Cæsar coronam
 venatori misit: mussitantibus cunctis quid rei es
 set, quod homo ignauissimus coronaret, Galtes
 nus per curionem dici iussit, Taurum toties non
 ferire difficile est. Ludens significauit graue di
 scrimē toties tauro occurrere, etiā si non ferias.

Quidā huius vxori gēmas vitreas pro veris vē
 diderat. re comperta, mulier flagitauit vindictā,
 Cæsar iussit hominē corripī, quasi leoni obiēctus
 ras. Dein in caueā, dū impostor & popul⁹ expe
 ctat terribilē leonē, prosiliit capus. Cunctis rē tā
 ridiculā mirātib⁹, per curionē dici iussit, impostu
 ram fecit, & passus est. Eadem opera sefellit im
 postorem, & irrisit vxorem.

Quum patrē Valerianum audisset extinctum,
 vocem laudatissimā sine laude vsurpauit, dicēs,
 Sciebam patrem meum esse mortalem.

M A R I V S

De Mario tyrānorū septimo dictū est, q; vno
 die fact⁹ est impator, altero visus est impare, ter
 tio interēpt⁹ est à milite, qui percussur⁹ illū dixe
 rit, Hic est gladi⁹ quē ipse fecisti. Fuerat em̄ opī
 fex ferrari⁹. Allusit autē interēptor ad illud pro
 uerbium, Tuo te gladio iugulo.

S A T V R N I V S

Saturninus tyrannorum XXI, quum milites
 illi peplum imperiale imposuissent, aduocata
 concione de seipso dixit, Commilitiones, bo
 num ducē perdidistis, & malum principem feci
 stis. Ante fuerat dux egregi⁹: sed quoniā in impe
 rio fuerat seuerior, ab iisdem à quibus impator

factus fuerat, interemptus est. Non quivis ad quoduis munus idoneus est.

ZENOBIA

3 Zenobia *xxviii* mulier varijs nominib⁹ merito laudata, quum ab Aureliano capta in cōspe⁹ ctū illius ducta fuisset, isq; dixisset, Quid d⁹ Zenobia, ausa es nobis insultare Romanis Imperatoribus? Imperatorem, inquit, te agnosco, qui visceris: Galienum, Aureolum, reliquosq; principes non putavi.

AURELIANVS

4 Quum Tyanam venisset, eamq; oclusam repperisset, iratus dixit, Canem in hoc oppido non relinquam. Hac voce milites erecti sunt in spem prædæ, & Heradamon Tyanensis, metu ne cum cæteris occideretur, prodidit ciuitatem. Qua capta, Aurelius Heradamonem patriæ proditorum occidit. Militibus ex Cæsaris promisso dispositionem oppidi flagitantibus respondit, Agite, canem me negavi relicturum: canes omnes occidite. Hoc pacto & proditori mercedem repedit, & militum auaritiam elusit. Videtur autem hic sermonis color sumptus ab Hebræis, in quorum literis reges qui minantur interneccionem, negant se quenquam relicturos, vsq; ad mingentem ad parietem, canē hac periphrafi significantes.

DIOCLETIANVS

5 Diocletianus adhuc priuatus dicere solet, nihil esse difficilius, quàm bene imperare. Id Flavius Vopiscus in Aureliano tradit se audiuisse à patre suo: & addunt causam. Colligunt, inquit, se quatuor aut quinque, simul consilium ad decipiendum imperatorem capiunt. Dicunt quid probandum

lit. Imperator qui domi clausus est, vera non no-
 uit. Cogitur hoc tatum scire, quod illi loquuntur.
 Facit iudices, quos fieri non oportet. Amouet a re-
 pub. quos debebat retinere. Ita, vt dixit Diocle-
 tianus, bonus, cautus, optimus videtur imperator.
 At vulgus ad imperatoris titulum satis esse pu-
 tat nasci, aut eligi: nasci vtcunq, eligi emptis suf-
 fragijs, ac solennibus ceremonijs confirmari.

TACITVS

Tacitus imperator fratri petierat consulatum,
 nec impetrauit. Ea repulsa adeo non fuit offensus
 vt vehementer etiam lætatus sit, dicens: Scit se-
 natus, quem principem fecerit.

PROBUS

Probus quum multa barbarorum loca pur-
 gasset latrocinijs, vbi peruenisset ad Isauros, di-
 xit ab illis locis facilius arceri latrocinia, quam
 tolli: Sentiens esse dandam operam ne latronibus
 illuc esset aditus, neue iuuenes latrocinari disce-
 rent. Itaque loca omnia quæ angustum haberent
 aditum, veteranis concessit, addens vt eorum fi-
 lij ab anno decimooctauo ad militiam mitteren-
 tur, ne ante latrocinari discerent, quam militare.
 Hoc tum recte Probus, quum multum interesset
 inter militiam & latrocinium: nunc friuolum est.

Non patiebatur militem esse ociosum: sed mul-
 ta opera militari manu perfecit, dicens, Annonam
 gratuitam militem comedere non debere.

Idem dixisse fertur, breui milites necessarios
 non habebimus. Sperabat tantam pacem, vt ni-
 hil opus esset exercitu. Hanc mentem vtinam
 deus immittat omnibus nostri seculi prin-
 cipibus.

6
Lectiter

7
Sancte

8
Miles ocio-
sus

9

FIRMVS

IO Firmus imperator vini patientissimus fuisse legitur, citra ebrietatem. Quondam à Barbaro vexillario prouocatus ad bibendum, duas vini situlas hausit, & postea toto conuiuio sobrius fuit. Quum vero Barbarus diceret, Quur nō & fecē ebibistis? Stulte, inquit, terra non bibitur.

BONOSVS

II Bonosus imperator prodigiose bibax fuisse legitur, de quo Aurelianus sæpe dicere solet, Non vt viuat natus est, sed vt bibat. Sobrietas in primis decet principem.

A P O P H T H E G M A T A V A R I E M I X T A

I Milites aliquot Tarentini inter cœnandū multa liberius dixerant in Pyrrhum regem. Res ad eū delata est, acciti sunt iuuenes, ac periclitabantur omnes, quum factum nec negari posset, nec defendi. Tum vnus illorū dexterioris ingenij, Imo, inquit, rex, & ista diximus, & longe acerbiora dicturi fueramus, nisi nos lagena defecisset. lingue petulantiam in temulentiam reijciens. Ac mox ira principis in risum versa dimissi sunt. Quis neget hoc dictum fuisse bene collocatum?

2 Longus Sulpitius, insigniter ipse foedus, eū contra quem in iudicio liberali aderat, dixit ne faciē quidem habere liberi hominis. Cui respondens Domitius Afer, Ne tu ex animi mei sentētia Longe. Qui malam faciē habet, liber non est. Si ideo liber non erat cuius agebatur causa, quod deformis esset, nec ipse Sulpitius habēdus erat pro libero, quum esset foedissimus.

3 Iunium Bassum hominem cum primis dicacē vulgus asinum album appellabat, quod feliciter

esset stupidus ac ridiculus. Alba enim veteres fecundicia vocabant.

Philippus orator in malevolentem, Video, inquit, me a te circumueniri: sentiens se malo odore vndiq; oppleri, quum circumuenire dicitur, qui dolo fallit. 4
Malcolis

Cesellius consultori dicenti, nauim diuidere volo, pdes, inquit. Ille de precio nauis mercibusq; consulebat, hic aliud respodit. Na ipsam diuidere nauim est nauim perdere. Macrobius ita refert. Si diuidis, nec tu, nec socius habebitis. Erat autem duorum negotiatorum communis nauis. 5
Lepide

Vectius Valens quum Claudio Cæsari immineret periculum, atq; interim Silius cum Messalina domi Vindemiæ simulacrum omni lasciuarum genere celebrarent, conscendit præaltam arborem, & in ea prospectantis specie stabat: interrogantibus quid aspiceret, respodit, tepestatē ab Ostia atrocē. Id siue ioco dixit, siue forte lapsa vox est, in prælagium vertit. mox adsunt a Cæsare nuncijs: quid vidistā parāt. 6
Periculum præulium

Fauorinus philosophus in adolescentem prisca, rum & iam obsoletarum vocum affectatorem, Curius, inquit, & Fabritius dilucide cum suis fabulati sunt: neq; Auruncorum, Sicanorum, aut Pelasgorum, qui primi Italiā incoluisse leguntur, sed gratissimæ verbis locuti sunt. Tu vero perinde quasi cum matre Euandri nunc loquaris, verbis iam olim desitis vteris. Quod si intelligi non vis quæ loqueris, non hoc abunde consequeris tacens! 7
Obsoletorum affectatio

Ficinus Philemoni paratas & in conspectu eius positas asellas comedebat, Puer iclamat ut asinum abigeret, sero venit. Itaque consumptis omnibus, quum, inquit, tam tardus fuisti, da nunc merum asello. Interim risus 8
Risus inanimatus

obortus hominem senem præfocauit.

9 C. Julius Helio mancipi sæpius obstrepenti sibi, dixit, Etiam ostendam qualis sis: & Helio instanti vt ostenderet qualis esset, Julius digito demonstrabat Gallum in Mariano scuto Cimbrico depictum, nodis distortum, eiecta lingua, buccis fluctibus, cui maniceps tum simillimus est visus. Taberna autem erat apud forum, ac scutum illud signi gratia positum. Ingens omnium risus consequutus est. Expectarant enim vt aliquid in mores illius obijceret.

10 Iuba querenti quod ab illius equo esset aspersus, Quid tu, inquit, an me hippocentaurum putas: Deridens eum qui quod equus commiserat, domino sessori imputaret, quasi idem animal esset equus & sessor, quales finguntur hippocentauri.

11 Miles sine gladio C. Crassus militem videns sine gladio currentem, heus, inquit, commilito, pugno bene vteris. festiuiter taxans inermem militem, cui pro gladio pugno sit vtendum.

12 Publius videns Publium Mutium hominem maleuolum & inuidum solito tristiorẽ, aut Mutio, inquit, aliquid accidit mali, aut alteri cuiquam aliquid boni: sentiens illum non minus alienis commotis quam suis incommodis vri.

13 Publius natione Syrus, quum herus ipsius seruuum hydropticum in area iacentem increpans interrogaret, quid illic ageret, lepide pro seruo respondit, aquam calefacit.

14 Idem quum super cœnam esset orta iocosa queristio, quod non esset molestum ocium, & alius aliud optinaretur, respondit, podagrici pedes. Ocium vt res suauissimam expetunt omnes, sed ocium podag-

grici cum summo cruciatu coniunctum est.

Faustus Syllæ filius, in sororem quæ eodem tē-
pore cum duobus adulteris haberet consuetudi-
nem, Fulvio fullonis filio, & Pompeio cognomi-
ne Macula: facetissime lusit, Miror, inquit, soror
rē meā habere maculam, quū fullonem habeat.

15
Ioc⁹ ex no-
mine.

Seruilus Geminus cœnans apud Lucium Mal-
lium, qui Romæ pictor insignis habebatur, quū
videret filios illius deformes: haud similiter, in-
quit, Malli fingis, ac pingis. Et Mallius, Non mē-
rum, inquit. in tenebris enim fingo, luce pingo.

16
pingere fit
gure.

M. Votacillus Pitholaus in C. Seruilium, qui
vno tantum die cōsul fuit, ita lusit, Antè Flami-
nes, nunc consules diales fiunt. Abusus est voce
diales, quasi a die deducta sit, ac non magis a Io-
ue, cui Flamines instituebantur.

17
Bravis pos-
tillas.

Lapidatus a populo Vatinius gladiatorum mu-
nus editurus, impetrarat ab ædilibus edictum,
ne quis quid in harenam mitteret, nisi pomū. Per
id tempus forte Cæselius consultus a quodam
num nux pinea pomum esset, Si in Vatinium, in-
quit, missurus es, pomum est. Nam ea nux & du-
ra & grauis pro lapide esse poterat. Martialis pi-
neam nucem apeplat pomum, hoc disticho

18
Nux pinea

Poma sumus Cybeles, peul hinc discede viator,
Ne cadat in miserum nostra ruina caput.

Quum Publius Clodius diceretur iratus Deci-
mo Valerio, quod ipsi mutuū petenti non de-
disset, Quid, inquit, mihi amplius facturū es,
nisi vt Durachium eam ac redeam? Exprobrans
illi Ciceronis exilium, ab ipso procuratum, quod
tamen populi ac bonorum virorum studio bre-
uius fuit, quāmi volebat Clodius.

19
Morsus ter-
tut.

20 *Profusio.* Quum Brutus iunior fundos ædesq; paternas luxu prodegisset, & in his etiam balneas, & in sermone quodam diceret se frustra sudare: Nō mirum, inquit Crassus, nuper enim existi e balneis. Lusit ex ambiguo, exit e balneo qui lauit, & exit qui vendit, alteriq; cedit.

21 Idem Brutus quū in accusatione C. Plāci duos lectores excitasset, & alteri de Colonia Narbonensi Lucij Crassi qui reo Bruti aderat, orationē legendam dedisset, alteri de lege Seruilia, ex his demonstrans illum sibi pugnancia scribere: Crassus vicissim tres Bruti patris de iure ciuili libros tribus legendos dedit. In quorū primo erat, For te euenit, vt in Priuernate essemus. Hic Crassus: Audis Brutes pater testificat se tibi fundū Priuernatem reliquisse. In secundo libro scriptum erat, In Albano eram ego & Marcus filius. Hic rursus Crassus, Notat hūc gurgitē, meruebat, ne quū is nihil haberet, nihil esse ei relictum putaretur. Tum ex tertio recitatum est, Quū in Tiburti assedimus ego & Marcus filius. Tū Crassus, Vbi sunt hi fundi Brute, quos tibi pater publicis commentarijs consignatos reliquit? Quod nisi puberem te iam haberet, quartū librum cōposuisset, & se etiā in balneis lotum cū filio scriptū reliquisset. Ita Crassus duos lectores aduersus se a Bruto excitatos, tribus aduersus ipsū productis vltus est. Hoc urbanitatis exēplū refert M. Tullius, quod non astringitur paucis verbis, sed per orationem fusum est.

22 *Iocus ex ambiguo* Philippus causam agens, quum pusillus testis prodisset, Licet ne, inquit, rogare? quum quæstor properas dixisset, licet, modo breuiter. Hic Phi

lippus, non accusabis, perpusillum rogabo. Primum in testem risus obortus est, sed mox in iudicem Lucium Aurificem conuersus, qui sedebat ipso teste breuior.

Vargula cum eum candidatus A. Sempronius cum Marco fratre suo complexus esset, puer, inquit, abige muscas: leuitatē ac molestiam cōplectentiū significans, sed ridicule magis q̄ urbane.

Nero quidam in seruum furacem ita iocatus est, vt diceret solum esse, cui domi nihil sit nec signatum, nec oclusum. Id si de frugi seruo dicas, laus est: si de furacti, iocus. Intelligim⁹ enī illi nec feras, nec signa obstare quo minus furect. Scrinia claudim⁹, olim & cadi lagenęq; solēt obsignari.

Spurio Caruilio grauitet claudicanti ex vulnere ob rempublicā accepto, & ob claudicationis vitium in publicū prodireverecūdanti, mater dixit, Quin prodis mi Spuri, & quotiescūq; gradū facis, toties tibi tuarum virtutū venit in mētem?

De Caluino Glaucia claudicante dixit quidā, Non claudicat, sed clodicat. Veteres Clodiū dixere pro Claudio. Hinc iocus in eum qui Clodio fauebat.

Publius Blessus Iuniū hominē nigrū, macilētū & repandum, sibilā ferreā appellauit, ob coloris duritiem, & incuruati corporis similitudinem.

Vatinius reus a Caluo accusatore in inuidiam vocatus, quod cādido sudario frontem tergeret, Quinquā, inquit, sum reus, tamen & panem candidum edo, ita crimen diluens, vt duplicaret. Solent autem rei prodite squalidi.

Quū in triumpho C. Cæsar̄is oppida eburnea fuissent circūlata, ac paucis post dieb⁹ in triumpho

Fabij Maximi lignea deportaretur, Chrysippus ludens dixit eas esse thecas oppidorum Cælaris. Solent enim res pretiosæ ligneis thecis muniti.

30 Empedocles quū in arena Mirmillonem Retiarius sequeretur, nec feriret, Viuum, inquit, capere vult. Sic in venatu, qui cupit animal viuum, cauet ne vulneret.

31 *Libere.* Augustus videns equitem in spectaculis bibentem, misit qui illi suis verbis diceret, Ego si prædere volo, domum eo. Respondit eques: Tu enim non times ne perdas locum. Augustus sensit in decorum esse illic in publico bibere. Eques per iocum sic interpretatus est, Cæsarem sine damno posse discedere e theatro, quod locus ipsi seruetur, non item equiti.

32 *Ioc⁹ ab abo surdo.* Manius Curtius Campatium de theatro ex untem interrogauit, num spectasset: Cāpatius stultitiam hominis sic irrisit, Nō, inquit, sed in orchestra pila lusi. Quid aliud fecisset in theatro, nisi vt spectaret? Quasi quis e balneo. exiens rogetur an lauisset. Sed multo absurdus est in orchestra pila ludere.

33 *Consultum inuicem in pelus.* Iunius Bassus Domitiæ Passanij querenti quod ei sordes obijciens dixisset illum veteres calceos vendere: Nunq̄ me hercule, inquit, istuc dixi, sed dixi emere solere. Atqui multo sordidius est emere q̄ vèdere veteres calceos. Sic irrisit mulierē, vt pro eo quod obijciabatur, subijceret aliud illo molestius.

34 *Libere.* Eques Romanus obijceni Augusto quod patrimonium deuorasset, Meū, inquit, putauī. Simulans errore factū quod criminabatur, ac sentiens interim non esse crimen, si quis sua suo profun-

dat arbitrio.

Cassius Severus quum obiurgaretur a prator: 35.
 re, quod eius aduocati Lucio Varo Epicureo Ce-
 saris amico conuitium fecissent: Nescio, inquit,
 qui conuitiati sint, & puto Stoicos fuisse: huc al-
 ludens quod inter Epicureos & Stoicos maximū
 dīssidium est. Nam Epicurei felicitatē hominis
 voluptate metiuntur, Stoici præter honestū ni-
 hil ducunt in bonis.

Idem cuidam obijciēti, quod Proculus ei do- 36.
 mo interdixisset, Nunquid, inquit, ego illuc acce-
 do? Elusit obiectionem: nam in ius vocari solēt
 qui *contra prætoris interdīctum adeunt locum*,
 non is qui paret interdīcto. Simul innuens se ne-
 quaquam teneri domus illius desiderio.

Trachalus Suellio cuidam inter argumentans 37.
 dum dicenti, Si hoc ita est, is in exilium: per iocū
 subiecit, Si non est, redis. *Isidoro.*

Catulus Philippo oratori dicenti, quid latras? 38.
 respondit, furem video: conuitium latrandi in i-
 psium retorquens, notans hominis rapacitatem. *Retortum
 dictum.*

Catulus quū orator quidā malus, qui in epilogo 39.
 se putabat mouisse misericordiam, postq̄ assedit,
 rogaret hūc, videretur ne mouisse misericordiā:
 ac magnā quidē, inquit. Neminē enim esse puto
 tam durum, cui non oratio tua miserāda visa sit. *Depravatū*

Theodotus regis Aegypti præceptor alijs cen- 40.
 sentibus esse recipiendum Pompeium, alijs non
 recipiendum, neutris assentiens dixit, recipien-
 dum, sed occidendum, addens iocū, mortuos nō
 mordere. Atq̄ huius sententia vicit, tuta suadens
 magis quā honesta. *Mortui nō
 mordent.*

Scipio in Neuium quendā, quid hoc inquit Ne: 41.

Iocus ex nomine.

42

uio ignauius? Lusit e contrario mutata literula. M. Scipio Maluginensis ex sua centuria renunciarat Acidinum consulem: quumq; præco dixisset, dic de L. Manlio, ego, inquit Scipio, virum bonum egregiumq; ciuem esse arbitror. Præco expectabat suffragium pro Manlio, Scipio respondit quasi de moribus illius interrogatus. Nescio an hic Acidinus, nomine & prænomine dictus sit L. Manlius. quumq; Scipio postremum adnomen tantum expressisset, præco admonuit & illa addenda. Hinc Scipio iocandi occasionem arripuit.

Turmales.

43

Scipio maior Corinthijs pollicētibus se illi statuas posituros eo loco quo erant aliorum imperatorum, respondit sibi displicere turmales: Sentiens in turba occultari quod additur. Turma proprie equitum est in bello. Id transtulit ad statuas armatas.

Contumeliose.

44

Scipio apud Numantiā iratus C. Metello, dixit, si quintum pareret mater eius, asinum fuisse parituram. Tarditatem mentis, ac deformitatem corporis illi fratribusq; eius exprobrans.

Excusatum in pœnis.

45

Scipio quū ei M. Flaccus multis probris obiectis P. Mutiū iudicem tulisset, Eiero, inquit, iniurus est. Huic voci quū esset admurmurātū, Ah, inquit, patres conscripti, nō ego mihi illū iniquū eiero, sed omnibus. Expectabatur vt purgaret quod dixerat, sed aggrauauit. Licet reijcere iudicem reo inimicū seu iniquum, hoc est male volentem, sed multo magis eum qui nulli æquus est.

Apia.

46

Quū Africano illi maiori corona sæpius in cōuiuio imposta rumperetur, Licinius Varus accommodanti dixit, Noli mirari si non cōuenit, caput

enim magnū est. Sentiens hominem esse præpotentem, cui non quæuis corona congrueret.

Domitius Afer Manlium Suram multum in agendo discursantem, salientem, manus iactantem, togam deicientem ac reponentem, nō agere dixit, sed satagere. Actio enim oratoris est, Satagit autem qui frustra misereq; conatur. 47
Agere
satagere.

Afer Didio Gallo, qui provinciam ambitiosissimam petierat, mox impetrata ea, querebatur quasi coactus esset, Age, inquit, aliquid & pro Republica elabora. Iocus est ab ironia, simulq; allusum illuc est, quod magistratum magno studio ambisset. 48
Ironia.

Afer orator egerat causam aduersus libertum Claudij Cæsaris. Quidam ex aduerso conditionis eiusdem cuius erat litigator cui aduersabat Afer, exclamauit, Itane tu semper in libertos Cæsaris dicis: videlicet illi metum iniicere cupiens ex nomine Cæsaris. subiecit Afer, nec me Hercule quicquam proficio. Notans illum post alios libertos existere, contra quem dicere cogeretur. 49
Salte.

Idem in quendam patronum imperitum, sed splendido vestitu se venditantem litigatoribus, lepide dixit, Homo in agendis causis bene vestitus. Lusit ab inexpectato. Nam auditor pro vestitus expectabat instructus, aut exercitatus. 50
Ab inexpectato.

Idem quum qui diuersam partem agebant, subinde repeterent, Celsinam hoc dicere, quum probe nouisset foeminam præpotentem, tamen simulans se credere Celsinam virum esse, rogauit quis esset ille Celsina: obiter notans illorum ineptiam, qui tantum autoritatis, opum gratia, tribuerent foeminæ, ut illius dicta toties citarent pro testimonijs. 51
Dissimulater.

Domitius Afer quum haberet ingratum litigato: 52

Ingratitudo. rem, ipsius cōspectū vitanti, ne cogereetur agnoscere patroni beneficium, in foro per nomenclatorem dixit illi, Amas ne me, quod te non vidit. Tecte exprobrans ingratitude, cui gratum esset non videri a bene merito, ne cogereetur illi gratias agere.

53 Aliena a causa. Idem dispensatori, qui quum ad reliqua non responderet, dicebat subinde: Panem non comedi, & aquam bibo, Pasce, inquit, & redde quod debes. Non agebatur quid edisset, aut bibisset, sed quid deberet. Permisit igitur vt se quomodo vellet pasceret, modo solueret quod debebat.

54 Confessio per ironiā. Idem candidato dicenti, semper domum tuam colui: credo, inquit, & verum est, quum posset palam negare. Candidatus enim hoc ad gratiam fingeat.

55 Ex ambiguo. L. Galba scurra cuidam pilam negligenter petenti, petis, inquit, tanquam Cæsaris candidatus. Huius competitores negligentius ambiebāt, vel quia metuebāt Cæsarem repulsæ impatientem, vel quia desperabant se assequuturos tali competitore, vel quia sic illi blandiebantur. Locus est ex ambiguo. petitur pila quæ repercutitur, & petitur magistratus.

56 Ex absurdo. Idem cui coenaculum perpluebat, cuidam cōmodato roganti penulam, dixit, non possum cōmodare, nam domi maneo. Significās domi maxime opus esse penula. Solent alij secus excusare, non possum commodare penulam, ipse exeo.

57 Excusatio. Idem alteri roganti vsum penulæ: si non pluit, inquit, nō est tibi opus: si pluit, ipse vtar. Dilemmate excusauit officium.

58 Idem Mecœnatem acceperat conuiuio, quūq;

sentiret illū velle ad ipsius vxorem ludere, simulauit se dormire, quo magis liceret Meccenati qđ libebat. Interea quum accessisset aliquis volens quædā è mensa tollere, ibi Galba, Infelix, inquit, huic dormio, non tibi. De quo plura retulimus in Chiliadibus.

Diffimulatio

Galba quodam iactante quod in Sicilia murenam quinq; pedes longam emisset victoriato, nihil, inquit, mirū. nā ibi tā longæ nascunt, vt his pifcatores pro restibus cingantur. Mendacium eius dēntiore mendacio derisit.

59

A mendacio manifestio

In Galbā oratorem eloquētia clarum, sed gibbo deformem ita lusit M. Lelius, vt diceret ingenium Galbæ male habitare. Nam animi domicilium est corpus.

60

Deformis ingeniosus

In eundem acerbius etiam Orbilius grammaticus, qui prodierat testis contra reum cui Galba aderat. Hunc vt Galba confunderet, finxit se nescire quod grammaticus esset, & conuitio locum captans interrogauit, Quid artium facis? In sole, inquit Orbilius, fricare gibbos solco.

61

Retortum

Quidā humiliori liberius a duersus ipsum multa loquenti, colaphum, inquit, tibi dicam, & formulam scribo, quod caput durū habeas: pro diē tibi dicā, dixit colaphū tibi dicā: & in capite duro lusit amphibologia. Siquidem durū caput habet peruicax, & durum caput habet qui offendit manum percutientis. Allusit autem ad morē eorum qui quempiam in ius vocant, quorum est & diem reo præscribere, & quur in ius vocetur, misso libello exprimere.

62

Ridiculus

Quidam interrogatus quid sentiret de eo qui fuerat in adulterio deprehensus, tardus, inquit,

63

Ab inexpectato

mihī fuisse videtur. Ludens ab inexpectato, significansq; quod non fugisset in tempore.

64

Vxor molesta

Quidam deploranti quod vxor sua se de ficu suspendisset, rogo, inquit, des mihī surculum ex illa arbore, vt inseram: per suspiciōē ludēs, quū vellet intelligi sibi molestam esse vxorem.

65

Quidam mirantibus quod humile candelabrū emisset, pransoriū erit, inquit, eludēs iocoso mē dacio, ne parcus videretur. In conuiujs vtimur humilioribus candelabris, vt exactius peruideamus quæ sunt apposita.

66

Exceptio iocosa

Dignus erat nominari, qui de quodam illaudato veluti laudans dixit: Quid huic abest, nisi res & virtus? Similis iocus hodie apud Gallos vulgarissimus fertur, quum aiunt, Sum totus tuus, excepto corpore & bonis.

67

Sybarita quispiam iter faciens per agros, quū videret quosdam fodientes, dixit se spectando illos fodientes rupturam capere. Ad hanc vocem auditam quidam ita respōdit, At mihī te audienti latus dolet. Tāta erat Sybaritarum mollities, vt nullum opificiū in ciuitatē admitterent, quod cū strepitu exerceretur, quod genus sunt fabrorum ferrariorum & lignariorum. Atq; adeo ne gallum quidem gallinaccū in ciuitate phas erat alere, ne quid esset quod illis somnum interrumperet. Iocus autē in hoc erat, quod agricola probabilis dixit sibi ex tam stulta voce dolere latera: q̄ Sybarita dixerat, se ex fossorum ligone sentire rupturam. Latera dolent loquēti, non audienti: & rupturā patitur grauius laborans, non spectator. Cōmemorat hoc Athenē in duodecimo.

68

Quū testis qui se dicebat à reo vulneratū, in

tetogaretur an cicatrices haberet, ingentem in femore cicatricem ostendit: tum aduersarius, latus inquit, erat opportunius: significās illum vulnere letaliore dignum.

Siculo cuidā Scipio p̄tor patronū causę dederat hospitē suū, hominē nobilē, sed egregie stultū. Hic Sicul⁹, Quęso, inquit, p̄tor aduersario meo dā hūc patronū, deide mihi neminē dederis. Sentiēs illū tā insigniter stultū, vt illo diuersam partē adiuuāte possiet etiā nullo patrocinate vincere.

Quidam vidēs Fauoniū, quū nulli adessent famuli, Pompeio per omnia inservientē, vsq; ad pedum lotionem, pronunciauit Græcū versiculū, φῦν ἦσι γυναῖοισιρ ὡς ἄσπερ καλόν. Id est Claris viris vt est decorum quidlibet?

Qui Scipionis glorię inuidebāt, dicere solent illum esse egregiorum facinorū histrionē, Leliū vero collegā illius gestorē. Alludentes huc, quod alius est aētor fabulę, alius autor. Sentiēbāt Scipionem præclaras res gerere, sed Lelij consilijs.

In Metiochum nimis in repub. sedulū, nihilq; non agentem, illa iactata sunt, μητιοχος μὲν στρατηγῆ, μητιοχος δ' ἰ τὰρ ὀδ' οὐς μητιοχος δ' ἄρτες ἰποπτά, μητιοχος δ' ἰ τ' ἀλλοιτα,

μητιοχος δ' ἰ πάντα κᾶται, μητιοχος δ' οἰμῶ ξιται. Id est.

Metiochus dux est, at idem Metioch⁹ curat vias. Metioch⁹ molit' farinas, Metioch⁹ panes coquit, Metioch⁹ fit cū cta solus, Metiochus plorauerit. Est aliquid pauca bene agere. Notat Martialis quendam ardelionem, qui nihil non faciebat belicē, quum nihil faceret bene.

false

69

patronus
malus

70

Obsequiū
humile

71

Cōsiliarius

72

Ardelio

- 72 *Facere pro
stantius
dicere* Quidam Atheniensis indifertus, sed factis strē
nuus, & artis peritior: quum alius oratione facun
da meditataq; multa præclare polliceretur: Viri,
inquit, Athenienses, quæ iste magnifice disseruit,
ego re efficiam.
- 73 *Patriæ
charitas* Sylla quum Præneſte oppidum armis cepisset,
decreuissetq; quicquid erat ciuium trucidare, ho
spitem suum iussit excipi, hoc beneficio pensare
volens hospitij communicati gratiam. At ille cō
tra libere, Nolo, inquit, patriæ meæ extinctori de
bere vitam, simulq; turbæ ciuiū sese admiscuit,
& cum illis trucidatus est.
- 74 *Parſimo
nia ſordis
da* Seruus quidam ab hero Chio negociatore pro
fugerat. Rogatus quur fugisset, quoniam, inquit,
quum adsint bona, mala querit. Solet enim herus
ille vinum mustum primæq; suauitatis vendere,
ipse interim nō bibēs nisi subacidū, ac vapesces.
- 75 *Parſimo
nia ſordida* Seruus quidam interrogatus quid ageret domi
nus, Expectat, inquit, donec vinum fiat acidum.
Habebat herum perparcum, qui non prius sine
bat bibi vinum, quàm acuiſſet. Ita fiebat, vt fami
lia semper acidis ac vapidis vinis vteretur.
- 76 Quidam seruum fugitiuum insequens, quum
ille in piſtrinum se proripuiſſet, vbi, inquit, alibi
te reperire maluiſſem? Serui maxime oderunt pi
ſtrinū, eoq; detruduntur ob grauissima peccata.
- 77 *Ocium* Theſſalorū deterrimi, qui, inquit, à bellicis nego
cijs ocium agunt. Barbari nesciunt vti pace.
- 78 *Dominū
præſentia* Equiſo quidam interrogatus quid maxime ſa
ginaret equū, Oculus, inquit, regis. Sentiens equū
optime curari, si dominus frequenter adſit. Idem
vult illud celebre, Frons occipitio prior est.

Nestor apud Sophoclem ad Aiacem se conu-
tius incessentē ita loquitur, 79
Vitia p̄fata
ta

ὄν μίμφομαίσι: δὲ ἄρ' ὦ, κακῶς λίγες.

De te queror nil, male loquens facis bene.

Aliquid concedendum est viris fortibus, deq; re-
pub. bene meritis: & bene pensat linguæ vitiū,
qui factis egregius est.

Quum Aegyptij qui diu fuerant in præsidio,
nec à quoquam dimittebantur, conspirassent, vt
in Aethiopiā se cōferrent, ac Psammetichus rex
eo cognito, consecutus eos. obtestaretur, ne pa-
trios deos, vxores ac liberos desererent, quidam
illorum ostenso membro genitali, respōdit, vbi-
cunq; hoc esset, ibi & liberos & vxores fore. 80
Crassa veri-
tas

Olim in diuitum epulis apud Aegyptios vnus
quispiam cadauer ligneum, sed q̄ proxime ad ve-
rum effectum ostendit singulis, dicens: In hūc in-
tuens pota & oblecta te, talis post mortem futu-
rus. Dubites quo animo id fecerint, vtrū vt mo-
deratius fruerentur voluptatibus conditionis sue
memores, an auidius, ytpote mox abituris. 81
Mortis me-
morla

Puer quidam apud Platonem educatus, quum
ad patrem ex interuallo redisset, eumq; vidisset
effusius ridentem, admiratus dixit se tale nihil
vnquam apud Platonem vidisse. Tanta res est iā
inde à teneris virtuti assuescere. 82
Assuescens
dum optis-
sima

Rhodius quidam ministro Romani Imperato-
ris multa vociferanti ferociter, non curo, inquit,
quid tu dicas, sed quid ille taceat. Loquacitas ca-
ret effectu, taciturnitas habet certiora consilia. 83
Minae inan-
nea

Aegyptius baiulus gestans quiddā velis oper-
tum, cuidā sciscitāti quid portaret, Ideo, inquit,
obuelatum est ne scires, tu vero quur curioso ve- 84
Curiositas

stigas, quod occultatum est. Solent vectigalium redemptores explorare sarcinas. Aegyptij autē dicti sunt ἀχθοφόροι.

85
Adulterii

Bizantius quidam quum mœchū in vxore de formi deprehēdisset, miser, inquit, quid opus erat Sapratorae dote? Significans fœminæ tam deformi non futurum fuisse qui concumberet, nisi dote conductum. Nunc quum illa nacta esset gratis adulterum, quid opus erat Sapratoræ marito dare dotem, quum esset qui gratis hoc faceret?

Nihil de vitello

86

Quidam somniarat se videre ouum ex lecti cubicularis fascia pendens illigatum. Id somnium retulit ad coniectorem. Is iussit, vt eo loco fodiret, defossum enim esse thesaurum. Fodit, & inuenit, & argenti paululum detulit ad coniectorem, de auro dissimulans. Tum coniectore, Quid? nihilne de vitello? Somniator inuenerat aurum argenteo circumdatum in oui speciem: nec id latuit coniectorem.

87
Lucri auiditas.

87

Philosophus quidam Pythagoricus à sutore emerat phecassia, calceamenti genus, non presentibus nummis. Paucis post diebus redit ad tabernam redditurus precium: quūq; clausam diu pulsaret ianuam, fuit qui diceret, Quid perdis operam tuam? Sutor ille quem quæris, elatus combustus est. & addidit iocum in Pythagoricum. Id nobis quidē molestum est, qui in æternū nostros amittimus, tibi minime, qui scis futurum, vt renascatur. His auditis Pythagoricus treis denarios non inuita manu domum retulit, subinde manu concutiens, velut de lucro gestiens. Post quū hunc animi affectum reprehendisset, redit ad tabernam, & ait sibi, Ille tibi viuit, tu redde quod debes. simulq;

per clostrum, qua se commissura laxauerat, treis denarios in tabernā immisit, poenas à se ipse exigens improbæ cupiditatis, ne assuesceret; alieno. Prudenter ille quid em, qui morbo suppullulanti statim occurrit.

Vopiscus in diuo Aurelio refert apophthegma 88
 scurræ cuiusdam, qui dixerit, in vno anulo bonos Bonorum paucitas
 principes omnes sculpi posse. Sentiens esse magnum Imperatorum numerum, sed in his per paucos bonos.

Rex quidam, cuius nomen supprimitur, nomi 89
 nari alioqui dignissimus, quum ipsi porrigeretur Principatû sollicita res
 diadema, tenuit aliquandiu manu, dixitq; O nobilem magis quàm felicem pannum, què si quis penitus cognoscat, quàm multis periculis, sollicitudinibus ac miserijs sit refertus, ne humi quidè iacentem tollere dignetur.

Proconsul quidam Romanus in Sicilia conspi 90
 catus quendam adolescētem admodum sui simili Retoræ locus
 le, rogauit similitudinis causam, quum paterio locus
 suis nunquam adisset Siciliam. At meus, inquit, Romam frequenter accessit. Iocum retorfit Siculus, nihil veritus secures ac virgas proconsulis. Simillimum huic dictum in Augusto.

Quidam dixit eum qui primus populo Ro 91
 mano dedit epulum & congiarium, exitij cau Largitio
 sam illi fuisse. Vnde Cæsar Augustus cogita locus
 uit aliquando de tollendis huiusmodi largitio locus
 nibus. Insyncerus fauor est, qui donis emitur: quæ si minuas, ingens murmur: si tollas, seditio grauis oritur.

Philippus Macedonum rex, quoniam pleraq; 92
 dando perfecit, potius q̄ bellâdo, iactatum est in Auro puz gante

illum non Philippum, sed Philippi aurum subegisse Græciam. Ita Plutarchus in vita P. Aemilij Romulus primus urbis Romanæ conditor legitur vini fuisse parcissimus. Is ad cœnam vocatus, quum ibi minimum bibisset, eò quod postridie negocium haberet, dicunt illi familiares: Si ad istum modum bibant omnes homines, vinum esset vilius. Ille respondit, imò vero carius, si quantum quisque volet, bibat: nam ego bibi quantum volui.

93

Sobrietatis
Clementer

Porsena demiratus egregium animum Mutij Sceuolæ, qui iratus dextræ suæ, quod in stringendo ferro errasset, foculo impositam eam exuri passus est, dixit illi: Reuertere ad tuos Muti, eisque refer, te quum vitam meam petieris, à me vita donatum.

94

Tarquinius Superbus iam exul factus, dixisse fertur, se tum denique cognouisse quos habuisset amicos fidos, quos infidos, cum neutris gratiam referre posset. Qui commodi gratia sunt amici, sublata commodi spe deserunt amicitiam. Sed amicos secundæ res parant, aduersæ probant.

95

Amor glorie

Horatius rediens ad suos, trium Curiatorum fratrum quos occiderat, spolia gestabat, quorum vni desponsa fuerat Horatij soror virgo: illa agnoscens sponsi paludamentum, quod ipsa manibus suis confecerat, soluit crines, ac fletu ipsorum mortuum in clamat. Horatius sororem gladio transiit, dicens: Abi hinc cum tuo præpropere amore, oblita fratrum mortuorum, viuique, oblita patriæ. Tantum valuit amor laudis, & patriæ gloria.

96

Pudicitia conjugalis

Quum Collatinus cum paucis familiaribus ad Lucretiam venisset à Sexto Tarquinio vi stupratam, quærenti viro ex more, satin salua? Minime

Inquit Lucretia. quid enim salui mulieri amissa pudicitia? Vestigia alieni viri Collatine in lecto sunt tuo. Sed corpus tantum violatum est, animus insons est, mors testis erit. his dictis cultrū, quem abditum habebat, in cor infixit, & colla p̄sa est moribunda.

C. Plautius consul de Priuernatibus, qui a Romanis descuerant, ad senatum retulit: ac variantibus sententijs, quidam Priuernatū legatos percontatus est, quam pœnam viderentur meruisse. eam, inquit e legatis vnus, quam merentur qui se libertate dignos cēsent. Hic consul, quid, inquit, si vobis pœnam remittimus, qualem vobiscum pacem habituri sumus? Si bonam dederitis, inquit, & fidelem & perpetuā: si malam, haud diuturnam.

A Papyrio Cursore viro impigro equites ausi sunt petere, vt pro re bene gesta relaxaret aliquid laboris. Quibus ille, ne nihil, inquit, remissum dicatis, remitto ne vtiq; dorsum demulceatis, quū ex equis descenderetis. Hoc nō erat remittere laborē, sed equo curādo aliquid adimere.

Appius populo Romano exprobrabat, sibi acceptū ferri debere, quod ex muto & e'ingui factum haberet consulem, de L. Volumnio collega sentiēs. Ibi L. Volumnius. Quām malle, inquit, tu a me strenue facere, quām ego abs te scire loqui didicissem.

Romani dicebāt, prima Gallorum praelia plus quām virorum esse, postrema minus quām foeminarū, quòd primo impetu feroces essent, mox demitterent animos.

Quū exercitus Romanus terga daret Samnis

K j

97
Libert.

98
Seuere.

99
Facta dicitur
ctis potiora

100
Prima
cultior

scure. tibus, M. Attilius consul equo præuectus ad portam castrorum, edixit, vt quicumq; miles ad valium tenderet, siue Samnis esset, siue Romanus, pro hoste haberetur. Quò pergis, inquit, miles? Hic arma & viros inuenies, nec viuo cõsule tuo, nisi victor castra intrabis. Proinde elige, cum ciue an cum hoste pugnare malis.

2 Animo. Sagunto a Pœnis cõtra fœdus oppugnato, Romani legatos misere Carthaginẽ, in quibus erat Q. Fabius, exploraturos an id publico consilio factum esset. Ad id quum quidam Carthaginensium Princeps ferocius respondisset, Romanus sinu ex toga facto, En, inquit, vobis bellum & pacem apportamus, vtrum placet sumite. quũ Pœni ferocius reclamarent, daret vtrum vellet, Romanus effuso sinu, Bellum, inquit, damus. Responderunt Pœni se accipere, eoq; animo gesturos, quo ille daret.

3 victoria dulcis. Martius Coriolanus in bello aduersus Volscos, quũ rogaretur vt labore ac vulneribus æger sese in castra reciperet, Non est, inquit, victoris laborare. moxq; hostẽ fugientẽ insectatus est. Victoriæ dulcedo excutiebat omnẽ molestiæ sensum.

4 Honor positior mercede. Quum ob bene nauatam operam ante prædæ diuisionem e singulis rebus, equis & captiuis, deos sibi eligere iuberet, insuper & equo pulcherrimo donatus a consule, Lætor, inquit, a consule laudari, equumq; fortitudinis præmium lubens accipio, cætera non tam decora q̃ mercedem nõ accipiam: fuitq; communi reliquorum sorte contentus. Nec aliud extra ordinem petijt, q̃ vt Volscus quidam vir probus & æquus, quo hospite & amico fuerat vsus Coriolanus, nõ venderetur ca

ptius, sed suæ libertati relinqueretur. Huic antimo contemptori pecuniæ, & hospitis memori, magis applausum est, q̄ victoriæ.

Quum Coriolanus merito iratus ingrato populo Romano, exitium vrbi moliretur, nec a legatis, nec a sacerdotibus exorari posset, Veturia mater vnà cum vxore filijs ac liberis in castra venit. In cuius complexum quū accurreret Coriolanus, Sine, inquit illa, prius sciam, vtrū ad hostē an ad filium venerim, & vtrū captiua, an mater in castris tuis sim. Hæc aliq; quum dixisset, matrem cōplexus, Expugnasti, inquit, & vicisti irā meam. Patria te mihi quāuis merito inuisam, huius precibus dono.

5
Pietas.

Attilius Regulus, qui fuit bello Punico bis cōsul, aiebat, neq; fœcundissimis locis agrum insalubrem parandum, neq; effœtis saluberrimum. Frustra salubris est locus, vbi peritur fame. Et frustra fertilis est, vbi non licet viuere.

6
Schubertus
iūcta fœcū
ditati.

Manlius consulatum magno consensu recusauit, excusans aduersam valetudinem oculorū: sed instantibus cunctis, alium, inquit, Quirites quærite cui mādētis istum honorem. Nam si me suscipere coegeritis, nec ego mores vestros ferre, nec vos meum imperium perpeti poteritis.

7
Seuerus.

C. Figulus in petitione consulatus repulsam passus est. Id eo grauius tulit, quod patrem haberet bis consulem. Ad hunc quum postridie comitorum complures venissent consulendī gratia, nam erat iuris ciuilis peritissimus, omnes dimisit, ita præfatus, omnes consulere scitis, consulem facere nescitis.

8
Ingratiss
do.

M. Drusus tribunus plebis nō cōtentus L. Phī 9

K ij

Atrogantia
felix. lippum cōsulem præcipitasse in carcerem, quod se loquentem aulus esset interpellare, quum senatus ad eum misisset, vt veniret in curiam: quur non potius, inquit, senatus ad me venit in Hostiliam, Rostris propinquam? Quid consequutum? Tribunus senatus auctoritatem despexit, senatus tribuni verbis paruit.

10
Crueliter. C. Fimbria procurarat vt Scæuola in funere C. Marij iugularetur, quem vt cognouit ex vulnere recreatum, apud populum deferre instituit. Ros-gantibus quid optimo innocentissimoq; viro esset obiecturus, Obijciam, inquit, quod parcius corpore telum recepit, quasi hoc ipsum crimen esset, non perisse.

11
Improbis
tas. Quum M. Tullius in senatu dixisset incendiū a Catilina excitatum, Sētio, inquit Catilina, idq; si aqua non potuerō, ruina extinguam. Vox non hominis, sed furia.

12
Seueritas. Manlius Torquatus quum e Macedonia venisset legati graues querelas deferētes de filio eius Decio Syllano, qui eam prouinciam obtinuerat, a senatu petijt ne quid ea de re statuerent, prius q̄ ipse causam cognouisset. Quum senatus illi cognitionem detulisset, domi sedit, solusq; vtrique parti per totum biduum vacauit: tertio die pronunciauit in hanc formam. Quum Syllanum filium pecunias a socijs accepisse probatum sit, & repub. eum & domo mea indignum iudico, protinusq; e conspectu meo abire iubeo.

13
Seueritas
patriæ. Aulus Fuluius filium ingenio, literis & forma florentem, quoniam in Catilinæ castra properabat, ex itinere retractum occidit, dicens: Ego te non Catilinæ aduersus patriam, sed patriæ ad-

uerfus Catilinam genui.

M. Castritius Placentiæ magistratum gerens, 14
 Cn. Carboni consuli iubenti decretum fieri, quo Fiducia se-
 sibi obsides a Placentinis redderentur, non paruit: nectutis.
 atq; adeo minitanti dicentiq; multos habeo gla-
 dios, respondit, & ego annos: declarans se sene-
 ctutis præsidio fretum, non metuere gladios.

Cesellius quum nec triumuiris obtemperaret, 15
 & multa libere de C. Cæsaris temporibus loque- Fiducia as-
 retur, admonentibus amicis vt sibi caueret, Dug, tatis & ors
 inquit, res sunt, quæ cæteros reddunt formidolo- bitatis.
 sos, mihi maximam suppeditant fiduciam, sene-
 ctus & orbitas. Senex cito periturus est etiam si
 nemo occidat. Et orbis nec habet quos curet,
 nec habet quibus timeat. Solet enim vltio in li-
 beros propagari.

Quum nauis qua Granius prætorius quæstor ve- 16
 hebatur, in Scipionis potestatem venisset, Scipioq; Animosus.
 cæteris direptis quæstori salutem polliceretur,
 quæstor ita respodit, Cæsaris milites salutem dare
 non accipere solent. Tantum loquutus pugione se
 se cõfodit. Hos animos Cæsar suis inspirauerat.

Granius patrono malo quum dicendo vocem ob- 17
 tudisset, suavit vt simul ac domum redisset, frigi- Patronus
 dum mulsum biberet. quum is respondisset, Per- malus.
 dam vocem si id fecero: melius est, inquit Granius,
 perdere vocem, quam reum.

M. Lucullum quod Brutii & Cassij partes sequu 18
 tus fuerat, M. Antonius occidit. Huius mortem Amicus.
 quum Volumnius, qui viuum familiariter colue-
 rat, sine fine deploraret, ad Antonium pertractus
 ait: Iube me protinus ad Luculli corpus ductum
 occidi. Neq; enim illi extincto superesse debeo,

quum ei infelicis militiae autor extiterim.

19 *Industria
lucrosa.* C. Furius Cresinus e seruitute liberatus, quum e paruo admodum agello largiores multo fructus perciperet, quam ex amplissimis vicini, in magna inuidia erat, quasi fructus pelliceret veneficijs. Quam ob rem illi dicta dies est a S. Albino Curuli. Reus metuens damnationem, quum in suffragium oporteret ire tribus, omnia instrumenta rustica in forum attulit, adduxit & filiam validam, bene curatam ac vestitam, ferramenta egregie facta, graues ligones, vomeres ponderosos, boues saturos: postea dixit, Veneficia mea Quirites haec sunt, nec possum vobis ostendere aut in forum producere lucubrationes vigiliasque & sudores. Omnium sententijs absolutus est.

20 *Ira imposita.* Qu. Flavius apud populum reus actus accusante C. Valerio, quum quatuordecim tribuum suffragijs damnatus esset, proclamauit se innocentem opprimi. cui Valerius aequae clara voce respondit, nihil sua referre nocens an innocens periret. Ea vox tam violenta reliquas tribus reo conciliauit, itaque reus, quem prostratum credebat, absolutus est.

21 *Tranquillitas.* Pomponius Atticus in funere matris quam extulit nonagenariam, ipse natus annos sexaginta septem, gloriatus est, quod nunquam cum matre in gratiam redisset, nunquam cum sorore fuisset in similitate, quam prope aequalem habuit. Hanc vocem se ab ipso audisse scripsit Cornelius Nepos. Plus autem est non redisse in gratiam, quam non fuisse in similitate. Matrem nunquam offenderat, inter ipsum & sororem etiam si quid incidit offensarum, nunquam exierunt in similitatem, quae tam

men inter fratres & sorores frequenter acerrimæ solent existere.

Amiſſa claſſe circa Siciliam, Pœni de pace cū Romanis incunda cōſultabant. Amilcar negabat ſe audere ire ad conſules, ne idem accideret ipſi a Romanis, quod Pœni fecerant Cornelio Aſinæ conſuli, cui legato catenæ ſunt iniectæ. Hanno melius ſentiens de fide Romana, profectus eſt. Cui liberius exponēti cauſam tribunus militum minitans dixit & illi poſſe accidere, quod accidifſet Cornelio conſuli. Hic uterq; cōſul tribuno ſilere iuſſo: Iſto, inquit, metu Hanno, te fides noſtra ciuitatis liberat.

Samnitibus conſultantibus quid de legionibus Romanis apud furcas Caudinas incluſis fieri deberet, Herennius Pontius ſuaſit, vt inuiolatę dimitterentur. Poſtero die eadem de re conſultus, reſpondit ad vnū vſq; delendas. Sentiens aut elementer magno beneficio demerēdos hoſtes, aut irreparabili iactura vires illorum cōminuendas. Neutrum ſecutus eſt exercitus, ſed ſub iugū miſſos contumelia magis illos in ſe prouocauit.

M. Bibulus in Syria duos egregiæ indolis filios amiſit a Gabinianis militibus Aegypti occiſos. Horū interfectores Cleopatra ad illum vincōs miſit, vt in eos p̄ arbitratu ſuo animaduertret: at ille eos protinus intactos ad Cleopatram reduci iuſſit, dicēs eius vindictæ poteſtatem non ſuā, ſed ſenatus eſſe debere.

C. Sulpitius Gallus vxorem repudiavit, quod aperto capite fuiſſet foris, Lex, inquiēs, tibi meos vnus præſinit oculos, quibus formam tuam approbes: his ornamenta comparato, his eſto ſpe-

22

Fides hoſtis
vni legatis
ſeruita.

23

Hoſtis aut
perdendus,
aut demer-
endus.

24

Moderate.

25

Sueritas
in vxorē.

ciosa: alijs velle videri formosam, in suspicione & in crimine hæreat necesse est.

26
Adulans
libertas.

Tiberio senatum ingrediente, surgens adulator quidam exclamauit, esse libere loquendum, nec reticenda quæ ad rempub. attinerent. Erectis ad hanc vocem omnibus, ipso etiam Tiberio attento: Audi, inquit, Cæsar, in quo te reprehendimus omnes, licet nullus audeat palam fateri. Impendis teipsum nobis, corpus tuum diurnis nocturnisque laboribus & curis pro repub. cõficiens. Huiusmodi multa quum diceret, sub libertatis prætextu turpiter adulans, C. Seuerus subiecit fertur, Ista tanta libertas hunc hominem dabit exitio.

27
Decorum
personæ.

Quum in senatu variantibus sententijs, Cato censeret perpetuam dictaturam, vt tyrannicam potentiam e repub. tollendam, Bibulus quum esset Pompeio inimicus, primus in senatu rogationem tulit, vt vnicus consul Pompeius decerneretur. Aut enim, inquit, resp. ab imminente procella per illum liberabitur, aut optimo parendum erit. Egregius animus, qui priuatam similitudinem posthabuit reipub. commodis. Eam sententiam Cato dixit se ab alio dictam comprobare, licet ab ipso non debuerit proficisci.

28

Rutilius quum aliquando Romæ adisset Musonium, rogauit, dic mihi Musoni, Jupiter seruator quem tu imitaris, num foeneratur? Notans illius inopiam, qui cogeretur interdum accipere mutuum. Ad hoc arridens Musonius, At ne foenerat quidem Rutili. Turpius est ad foenus dare quàm accipere. At Rutilius quum ipse faceret quod grauius est, obiecit illi quod erat leuius.

Valerio Publicolæ Iouis ædem dicanti, iamq; 29
 ex more postem tenenti, Marcus illius frater de Fortiter
 repente funestum nuncium ingessit, dicēs: O cōs-
 ful, filius tuus morbo periit in castris. Ob eū nun-
 cium mœstis omnibus, Publicola nihil commo-
 tus, Cadauer, inquit, quolibet abijcite. simulq; de-
 dicationem solenni ritu peregit. Nec tamen ves-
 rum erat perisse filium, sed data opera factū est,
 vt à dedicatione reuocaretur, atq; is honos ad
 alium transfiret.

Cesetius eques Romanus quum à Cæsare filiū 30
 abdicare iuberetur, quod is tribunus pl. cū Ma- Pietas in
 rullo collega ei inuidiam mouisset regni affecta- filium
 ri, Citi⁹, inquit, Cæsar tu mihi omnes filios meos
 accipies, quàm ego ex his vnū nota pellam mea.

Titus Labienus equiti strenuo de præda Galli 31
 ca aurum donauit. Id videns Scipio, dixit equiti: Honorpre
 Habebis donum viri diuitis. Hac voce audita cio prior
 eques aurum ad pedes Labieni abiecit. Idem quū
 audiret Scipionem dicētem, Imperator te armis
 his argenteis donat, alacer gaudio abijt. Miles au-
 rum contempsit, honorem amplexus est.

Q. Fabius Minutius, hortante filio vt locū ido- 32
 neum paucorum iactura caperet, Vis ne, inquit, Vita nemo
 tu ex illis paucis esse? Admonens non esse boni contemnit
 ducis, vllius militis incolumitatem contemnere,

Fabricius Cinea Epirotarum legato magnā au- 33
 ri vim dono offerente, recusauit accipere, dicens Auri contē-
 se malle imperare aurum habentibus, quam ha- ptus
 bere aurum.

M. Liuius fuso Hasdrubale, nonnullis suadētis 34
 bus vt hostes ad internecionem insequeretur, alii Clementer
 qui, inquit, & supsint, qui de victoria nostra nū-

cium hostibus perferant.

35 *Virtus infelix* Varro Pauli collega, quoniam ex Cannēsi pugna quę Romanis fuit infelicissima supersuit, honores à populo delatos recusauit, dicens felicioribus magistratibus opus esse reipub. Quum animum gereret inculpatum, fortunę suę reipub. vltro pœnas dare voluit, vir ob hoc ipsum summis dignus honoribus.

36 *Aequalitas* Curius deuictis Sabinis cum ex senatus cōsulto ei ampliaretur agri modus, quem consummati milites accipere solent, recusauit, & gregalium portione contentus fuit, dicens esse malū ciuem, cui non esset satis id quod ceteris esset satis.

37 *Ahabilitas* Hortensius orator ob cultum mundiorē, ac gestulationes in dicendo molliores, crebro male audiebat in ipsis etiam iudicijs. Sed quum Luci Torquatus, homo subagrestibus & infestiuus moribus, quum apud concilium de causa Syllę quęreretur, nō iam histrionem illum diceret, sed gesticulatricem, Dionysiamq; notissimę saltatriculę nomine compellaret: tū voce molli demissaq; Hortensius, Dionysia, inquit, Dionysia malim equidem esse, quàm quod tu Torquate, ἀμύσος, ἀγροδίατρος, ἀπρόσιτος, id est inelegans, agrestis, aditu difficilis. Periculose maledicit alteri, cui vel idem, vel simile, vel diuersum, sed deterius vitium potest obijci.

38 *Prælongi* L. Crassus orator de Menenio homine prælongo dixit, quod quoties in forum descenderet, caput ad Fabij fornicē offenderet. Iocus est ab hyperbole. Nam arcus Romę tam alti sunt, vt vix hasta possis contingere curuaturę summum.

39 Idem censor Cn. Domitio collegę exprobranti

quod ob murenam in viuario mortuam lachry- Retortum,
 masset: At tu, inquit, quum vxores tres extuleris,
 nullam emisisti lachrymam. Scite retorsit conui-
 tium. Notauit illum quasi curasset vxorum mor-
 tem. Et alioqui turpius est, in vxoris funere non
 flere, quàm ob murenam emittere lachrymas.

Idem Cn. Domitius L. Crasso exprobrauit, quò 40
 censor tanti habitaret, eò quod in porticu domus Crimen retortum
 haberet columnas bymettias, pro domo eius mis-
 lia nummum identidem promittens. Crassus vt
 erat festiuo ingenio, rogauit collegam quãti ipse
 domum suam estimaret. Is respòdit, Sexagies ses-
 tertio. Rursum Crassus, Quanto igitur, inquit,
 cam minoris aestimas, si decem arbusculas succis
 dero? Eæ fuerunt Loti patula ramorù opacitate
 lasciuæ. quum Domitius respondisset, tricies se-
 tertio: Vter, inquit Crassus, nostrum luxuriosior
 egone, qui decem columnas centum milibus nũ-
 mũ emi, an tu qui decem arbuscularum vmbra
 tricies sestertium aestimas? Ita est ingenium ho-
 minum, ad aliena vitia perspicax, ad sua cecum.

Lucius Philippus consul L. Crasso summæ dis 41
 gnitatis & eloquẽtiæ viro manum iniecti iusserat, Potestas
 eò quod vocem illius indigne ferret, qua dixerat Spretta
 sibi alio senatu op⁹ esse. At Crassus reiecto licet
 re, non es, inquit, mihi tu Philippè consul, quan-
 do ego tibi non sum senator.

L. Crassus Mummium cognomento Diuisorẽ, 42
 dixit ita sibi nomen inuenisse in campo Martio, Ex nomine
 quẽadmodũ Neoptolemus inuenerat ad Troiã. ne locus

L. Crassus cuidam roganti num molestus esset 43
 illi futurus, si bene mane ante lucẽ ad eum veni- Festiuar
 ret: cum respondisset, non eris molestus: & ille

subiecisset, Iubebis igitur te suscitari? Crassus: at tu certe negaras te fore molestum. Venire non erat molestum, sed suscitari molestum. At percontator hoc ipsum quærebat, an si mane venisset consulturus, futurus esset molestus. Crassus per iocum sic interpretatus est, ut si veniret mane, ne molestus esset.

44 *Trifido* Idem apud Perpennā iudicē defendebat Aculus leonem, quem accusabat L. Aelius Lamia, homo deformis. Is quum interpellaret odiose, audiamus, inquit Crassus, pulchellum puerum. Huic dicto quum esset arrisum, Ingeniū, inquit Aelius, ipse mihi fingere potui, formā non potui. Tum Crassus, Audiamus igitur, inquit, disertum. Multo arrisum est vehementius.

45 *Iocus inter pestius* L. Porcius Nasicā quū ex more conceptis verbis à Catone censore rogaretur, habes ne vxorē ex animi tui sententiā, habeo, inquit, at Hercle nō ex animi tui sententia. Verum ob eum iocum in tempestiuum multa illi dicta est.

46 *Lepide* Scipio Nasicā quum ad poetam Ennium venisset, eiq; ab ostio quærenti Ennium, ancilla dixisset eum domi nō esse, Nasicā sensit illam hoc domini iussu dicere, & illum intus esse. Ac tū quidē dissimulans abiit. At paucis post diebus quum ad Nasicā venisset Ennius, eumq; à ianua quæreret, exclamat ipse Nasicā se domi non esse. Tum Ennius. Quid? Ego, inquit, non agnosco vocem tuā? Hic Nasicā, Næ tu homo es impudens: ego quū te quærerem, ancillæ tuæ credidi, tu mihi nō credis ipsi?

47 *Oculi iuuile* Idem Nasicā quibusdam dicentibus res Romanas iam in tuto esse, extinctis Carthaginensibus,

& Græcis in seruitutem redactis, Immo, inquit, nunc demum summo in periculo sumus, postea quam nulli supersunt quos vel timeamus, vel reueremur. Sensit inimicos per occasionem vtilis esse nobis, per quos nō licet impune secureq; negligentes esse.

Idem cum ædilitatem curulem adolescens peteret, ac, vt candidati solēt, manum cuiusdā opere duratam prensaret, rogauit hominem, nū manibus ambularet. Hoc dicto rusticanæ tribus suspicantes sibi exprobratam paupertatem, effecerunt vt repulsam ferret. Tantum obfuit iocus iri-
 tempestiuus.

48
Iocus iri-
tempestiuus

In Gallico triumpho milites hos versiculos iactabant in Cæsarem.

49
Impudicicia

Urbanis seruate vxores, mœchum caluum adducimus.

Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpstisti mutuum.

Notabant quod in prouincia agens, alienas vxores auro corruerit: Romæ non emerit, sed mutuum sumpserit, quod vxor ipsius male audiret de Clodio. Nisi forte quiddam obscœnius intelligi voluerunt. Nā Suetonius aliquanto post commemorat, quod Curio pater in oratione quadam appellat illum, omnium mulierum virū, & omnium virorum mulierem.

C. Gracchus ad quendam Cornelie matri obtrestantem, Tu, inquit, Corneliam vituperare audes, quæ Tiberium peperit? Et adiecit, Quæ fronte te Cornelie comparas? an tu peperisti vt illas? Atqui nemo ciuis ignorat, diutius illam sine viro fuisse, quàm te virum. Is in quem hæc dicebatur

50
Pietas in
matrem

tur, male audiebat de mollitie.

51
Diffidētia

Populus Romanus Carbone pollicente quipō
piā, & addente iusiurandum cū execratione, pop
ulus vicissim iuravit se illi non credere. Probris
viris & iniuratis habēda fides, leuibus ne iuratis
quidem. Refertur ad id versus Menandricus:

Ἐρὸς ἢ ἰσθ' ὁ πείθωμι τοῦ λέγοντος ἐν λόγῳ.
id est.

Suadet loquentis vita, non oratio.

52
Vita misera

Silenus senex à Mida captus, rogatus est quid
esset homini optimum: diu silentium tenuit, tan
dem adactus vt diceret, respondit, optimum esse
nunq̄ nasci, proximum quā̄m ocyslime aboleri,
atq; hoc precio dimissus est.

53
Vita pura

Iulij Drusi ædes publicolæ pluribus ex parti
bus patebant vicinorum prospectui. Hoc incom
modum faber se quinque talentis correcturum
pollicebatur, effecturūq; ne pars aliqua esset ob
noxia prospectui. Tum Drusus, Decē, inquit, da
bo, si talē reddas domū meā, vt vndiquaq; pateat
omniū oculis, quo non vicini tantū, sed oēs ciues
perspicere possint, quomodo domi meæ viuatur.

54
Maledictus
male audire

M. Seruilius dissuasurus legem quam ferebat
M. Pinarius, dic' mihi M. Pinari, inquit, si contra
te dixerō, num mihi maledicturus es, vt cæteris
soles? Vt semētem, inquit Pinarius, feceris, ita &
metes. per allegoriam minitans illum male audire
turum, si malediceret.

55
Retortum
conuulsum

Libo quum Seruilio Galbæ dixisset, quando tā̄
dem Calba exhibis de triclinio tuo? mox audijs,
quum tu de cubiculo alieno. Libo notauit Gal
bam, quod L. Scribonio trib. plebīs iudices ferret
familiares suos, & conuiuis corruptos. Galba vi

ciffim illum notauit adulterij.

Celebratur & Glauiciæ dictum in Metellum, 56
Villam habes in Tiburte, cortem in palatio. At
cors vilæ solet esse contigua. Notauit autem illū
quod multos sibi cibo largitionibusq; deuinciret,
quod idē alijs verbis Libo obiecit Galbæ. In cor
te aluntur animalia domestica.

Quum Sextus Titius se Cassandram esse dice
ret, ob coniecturā opinor, quod illa esset fatidica: 57
multos, inquit Antoni⁹, posses Aiaces tuos Oileos
nominare, notās illi⁹ impudiciā. Nā Ajax Cas
sandrā de tēplo Palladis raptā vi cōstuprauit.

Quū Gallus qui testimoniū ferebat cōtra Pi 58
sonē, dixisset innumerabilem pecuniam Magio
præfecto datā, idq; Scaurus tenuitate Magij re
dargueret, erras, inquit, Scaure, ego enim Magiū
non conseruasse dico, sed tanquā nudus nuces le
geret, in ventrē abstulisse. Correxerunt sermōnē suū
Gallus, sed ita vt crimini corruptelæ, crimen ad
deret luxus.

M. Cicero, M. Tullij pater dicebat Italos simi
les esse Syrorū venalium, quorum vt quisq; sciret 59
optime græce, ita esse nequissimū. Sentiens vnā
cū literis Græcorū mores ad Latinos demigra
re. Vnde q; M. Tullius fuit iniquior Græce natio
ni, p̄p̄modū videri possit illi fuisse hereditariū.

Testio Penario mos erat in dicendo mentū in 60
torquere. Is quū aduersariū vrgeret, vt diceret si
quid vellet, dicam, inquit, si nucē fregeris.

Huic simillimum est quod de Tito patre nar
rat Suetonius. quum scurrā multa in alios iacien 61
tē puocasset vt in se quoq; diceret aliquid, Dicā,
inquit, vbi ventrem exonerare desieris; alludens
Iocus ex
specie cora
poris

ad formam Cæsaris, qui faciem habebat nitentis. In cuiusmodi hominē iocus extat Martialis. Vtere lactucis, ac mollibus vtere maluis.

Nam faciem durum Phœbe cacantis habes.

62
Compilari,
venire

C. Fabritius P. Cornelium hominem, vt putabatur, auarum & furacem, sed egregie fortem ac bonum imperatorem, suo suffragio fecerat consullem. Huic quum Cornelius ex more gratias ageret, quod immemor simultatis ipsum fecisset consulem, bello præsertim magno & graui, nihil est, inquit, quod mihi gratias agas, si malui compilari, quàm venire. Compilamur furto, veniunt bello capti. Proinde inimico fauit, cuius dexteritate sperabat fore, ne Romani venirent in manus hostium.

63
Furax magistratus

Scæuola Septumulcio Anagnino, cui pro capite C. Gracchi aurum erat repensum, roganti vt se in Asiam præfectum duceret, quid tibi vis, inquit, insane? tanta malorum est multitudo ciuium vt tibi hoc confirmem, si Romæ mæseris, te paucis annis ad maximas pecunias esse peruenturum. Notauit auaritiã hominis, præfecturam nõ ob aliud ambientis, nisi vt spoliaret prouinciales: ac ludens finxit id citius consequuturum Romæ. Hoc dictum Fannius in annalibus ascribit Africano Aemiliano, qui dictus fuerit Iron.

64
Iuste

Q. Scæuola Publij filius quum postulasset vt fundus cuius emptor erat, sibi semel indicaretur, idq; fecisset venditor, dixit se pluris æstimare, & adiecit precio centum milia. Exemplum integritatis vix hoc seculo credibile.

65

C. Publicius solitus est dicere P. Mummiũ, cuius temporis hominē esse, Sentiens illũ dexter

titate facilitateq; ad omnem vite statum esse ac commodum. Eodem sensu Pollionem Asinium omnium horarum hominem legimus. Et Tiberius Cæsar duos familiarius ab ipso dilectos, omnium horarum amicos vocare solet.

Africanus censor tribu mouebat Centurionē, qui in Pauli pugna non adfuerat: ille quum diceret se *custodiæ causa in castris remansisse*, rogaretque quur ab eo notaretur, non amo, inquit Africanus, nimium diligētes. Dissimulauit Centurionis ignauiam, & accusauit nimium diligentem custodiam. 66
Salice

Liuius Salinator quū Tarentum amisisset, artem tamen retinuit, multaq; prælia præclare gessit. Quum autem post aliquot annos Fabius Maximus id oppidum recepisset, rogauit eum Salinator, vt meminisset se opera ipsius Tarentum recepisse. Quid nī, inquit Maximus, meminerim? Nunquam enim ego recepissem, nisi tu perdidisses. Iocus hinc est, quod Maximus diuersum ex alterius verbis excepit, q̄ ille volebat. 67
Ex verbis
aliter exceptis.

Idem quum bellum aduersus Asdrubalem gesturus urbem egrederetur, monitus est a Fabio Maximo ne prius cum hoste confereret, q̄ vires animumque illius cognosceret. Is respondit se primam quāq; occasionem pugnae arrepturum. Percontantibus quid ita properaret, vt quā ceptissime, inquit, aut gloriam ex hostibus victis, aut ex ciuibus prostratis gaudium capiam. Virtus & ira sermonē hominis inter se partite sunt, illa triumphī auida, hæc iniustæ damnationis memor. 68
Vicio

Mancia quum audisset Antonium censorem, 69

Salfe. cui male volebat; a M. Duronio de ambitu postulatum, aliquando, inquit, tibi tuū negotiū agere licebit. Censores in aliorum mores inquirunt, at qui reus est, habet ex se quod agat.

70 *Ab imitacione per song.* Q. Opimius consularis quum esset adolescens, male audiuit. Is Aegilio homini festiuo, qui videbatur mollior, nec erat, sic exprobrauit molitiam. Quid tu Aegilia mea, quando ad me venies cū tua lana & coluslepide retorfit Aegilius, Non pol, inquit, audeo, nam me ad famolas ventuit mater accedere. Alter simulabat orationem velut ad fœminā, alter accepta persona simulationē vertit in irrisionem.

71 *Submorosus locus.* Inter falsa cōmemorat & illud M. Tullius ex Nevio, apud quem filius dicit patri, Quid ploras pater? isq; respondet, mirum ni cantem, cōdem natus sum. Indignatur senex submorosus rogari quur pleret, quali dānatus magis cantare debuisset. Perinde quasi si quis interroget agrotū, quur suspiras, aut quur decumbis?

72 *Literarum interpretatio.* Scaurus accusabat Rutilium ambitus, quum ipse consul esset factus, ille repulsam tulisset, & in tabulis eius ostendebat literas A F P R, easq; sic interpretabatur, Actum fide P. Rutilij. Contrā Rutilius dicebat illis significari, ante factū, post relatum. Tum C. Caninius eques, qui Rutilio aderat, exclamabat, Neutrū illis literis declarari. Quum Scaurus dixisset, quid igitur? festiuus ter in ipsum torsit, Aemilius fecit, plectitur Rutilius. Probabilius enim erat illum ambitum cōmisisse qui obtinuerat, q̄ qui repulsus erat. Simile quiddam memoratur de Beda, quem Venerabilem dicunt. Huic Romam profecto quū ostens

dissent has literas saxo insculptas, S P Q R, quibus significari volunt, Senatus populusq; Romanus, ac velut hospes rogaretur, quid sibi vellent illæ literæ, dissimulās dixit, Stultus populus querit Romam.

M. Scaurus quum pro rostris accusaretur, quod a rege Mithridate ad prodendam rempub. pecuniam accepisset, ita causam suam egit, Iniquum est Quirites quū inter alios vixerim, apud alios me rationem vitæ reddere. Sed tamē audebo vos interrogare, Varius Sucionensis ait M. Aemiliū Scaurum mercede corruptū P. R. prodidisse, M. Aemilius Scaurus huic culpæ se affinem esse negat: vtri creditis? Nominato tantū actore & reo, populus accusationem repulit.

C. Memmius quum accusaret Bestiā reum, cui patronus erat Scaurus, ac forte funus quoddam duceretur: Vide, inquit, Scaure, mortuus rapitur, si potes esse possessor: notans Scaurum, qui male audiebat, quod Phrygionis Pompeij bona sine testamento possideret.

Quum Silus testis læsisset Pisonem reum cui Crassus aderat, prolato crimine, quod se in eum dictū audisse dicebat: potest fieri, Sile, inquit Crassus, vt is vnde te audisse dicis, iratus dixerit. Annuuit Silus: potest etiam, inquit, fieri, vt tu nō recte intellexeris: quū id quoq; toto capite annuisset Silus: vt se Crasso daret, subiecit Crassus, Potest etiam fieri, vt omnino quod te audisse dicis, nunq̄ audieris. Hoc adeo præter expectationem, vt Silum testem omnium risus obrueret.

C. Lelius cuidam malo genere nato, obijcanti sibi q̄ indign⁹ esset suis maioribus. At Hercle, in-

73
Auctoritas
personæ.

74
Hereditas
ta.

75
Ab inexpectato.

76
Ex fisdem
verbis retor-
tum.

L ij

quit, tu tuis dignus es. Id si dicas bono viro ex bonis prognato, laus est: sin malo ex malis prognato, graue conuitium est.

77 *Irrillo re-
torta.* M. Cincius quo die legem de donis ac muneribus tulit, C. Centoni prodeunti, ac satis contumeliose interrogati, quid fers Cincioles? Vt emas, inquit, si vti velis: notans illum quod donatis & commodatitijs rebus vti gauderet. Alludit autem ad illud decantatum in primis, Emere malo quam rogare. Ad hæc, amphibologia est in verbo fert: fert enim qui promulgat legem, & fert qui portat aliquid venale.

78 *Ab impossibili.* M. Lepidus quum in campo sese exercentibus ipse in herba recubisset, vellem, inquit, hoc esset laborare. Huius generis est Terentianum illud, Quam vellem mos esset amicis etiã noctu operã dare. Optat enim adolescens quod fieri nõ potest.

79 *Salse.* Quum M. Lepidus censor M. Antistio Pyrgæsi equum ignominia causa ademisset, & amici vociferantes quærerent, quid ille patri suo responsurus esset, quur ademptum sibi equum diceret, quum optimus colonus, parcissimus, modestissimus ac frugalissimus esset: dicat, inquit, me nihil horum credere. In simili argumento lusit Augustus, sed ciuilitus, dic me tibi displicuisse.

80 *Fides erga patriam.* Pomponius vir insignis multis vulneribus in bello acceptis, quum ad Mithridatem adductus ab eo quæreretur, an si curaret eum, vellet sibi esse amicus: Si tu, inquit, Romanis amicus fueris, me quoq; amicum habebis.

81 *Diuinitio.* Spurina aruspex admonuit C. Cæsarem caueret discrimen ingens quod ultra Calendas Martias non proferretur. Eo die quum iret in senatum,

Spurinae forte obuius, quid ais? inquit, nonne venere Calendae Martiae? Venere, inquit, sed nondum praeteriere. Nam eodem die caesus est Caesar.

Spartaco in Crassum omnes mouenti copias, quidam equum dono obtulit. At ille, Si vicero, inquit, plurimos ex hoste equos habiturus sum: Si victus fuero, nec hic mihi futurus est vsui. Simulque cum dicto equum gladio transfuerberatum interemit.

Quum Pompeius graui laboraret inuidia propter immodicam potentiam, & ob vulnus fascia linea tibiam vinctam haberet, dixit aliquis, quid refert vbi gestet diadema? in capite, an in crure? Nam cadidum amiculum olim erat insigne regum.

Quoniam Fabius contando eludebat hostem, quum Marcellus viribus vrgeret Annibalem, ille dictus est clypeus Romanorum, hic ensis, quod illi praecipuum studium fuit, ne quid cladis acciperet Romani, alteri vt hostem perimeret.

D I V E R S O R V M G R A E C O R V M

A P O P H T H E G M A T A

Anytus amicorum Alcibiadis vnus, eum ad cenam rogarat: ille recusauit, sed domi bene potus cum famulis comes abundus irrupit, stansque ad ostium cenaculi iussit famulos vasa diripere, & ad suas aedes deferre: qui ferè dimidium asportarunt: alijs conuiuis Alcibiadis violentam superbiam criminantibus, Anytus dixit illum humaniter egisse, cui quum totum auferre licuerit, dimidium ipsi reliquisset.

Hippomachus Alistes quum aliquando videret adulescentes quos exercebat, e foro carnes effertentes, dicebat se procul agnoscere suos esse discipulos. quod institutio reluceat in omnibus dictis

ac factis hominis.

87. Quibusdam laude vehētibus procerum quempiam, ac praelongis manibus hominem, tanquā ad pugilum certamen idoneū, sanè, inquit, si pendens in alto corona esset detrahenda.

Turba sine
duce.

88. Demades orator vita defuncto Alexandro dixit se videre exercitum Macedonū principe orbatū, Cyclopi similem. Sentiens turbam militū, nisi adsit dux cordatus ac vigilans, nulli esse vsui: quemadmodū Polyphemus adēpto oculo frustra vastum corpus ac vires habebat immanes.

Astetrachia
ra plebs.

89. Idem quæstor, populo huc persuaso, vt ijs qui ab Alexandro descuerant, triremes auxiliaries mitterent, subentique vt ilico pecunias depromeret, paratae sunt, inquit, pecuniae, o viri Athenienses, quas in congios deposueram, vt singuli minae dimidium acciperetis. Verū si has mauultis in hūc vsum erogari, per me quidem vt vestris sicuti lubet vtamini licet. Hoc sermone fregit impetum populi nolentis illa distributione spoliari. Sic interdum vt indomitae beluae, arte ad meliora consilia auocandus est populus.

Sobrietas.

90. Prandens apud Phocionem, quū apparatus admodū tenuē videret, demiror, inquit, o Phocion, te remp. administrare, quū possis ad istum prandere modum. Bis errans, & quod lucri tantū causa putaret ad eundam remp. & quod luxū probaret in eo, cui maxime conueniebat sobrietas. Sed Demades alios e suis moribus existimabat. Erat enim & pecuniarum auidus, & luxui deditus.

Libera mo
natio.

91. Quum vidisset Philippum largius potum cum amicis saltasse per mediam captiuorū turbam, eisq; petulanter exprobrasse suam calamitatem,

libere dixit, Quum ó rex fortuna tibi Agamemnonis personam imposuerit, non pudet te factis agere Thersiten? Ea vox totum regem in diuersum vitæ genus immutauit.

Quñ Athenienses vellent Alexandro diuinos honores decernere: Videte, inquit, ne dum cælum custoditis, terrā amittatis. Alexander enim ambiebat monarchiā. Absurdum autē erat eos sic aliū donare cælo, vt ipsi terra sua pellerentur.

Iocari solet in Demosthenem, quod cæteri quidem oratores dicerent ad aquā, ipse vero & scriberet, taxans eum quod nunq̄ nili de scripto diceret, tum esset ὑποκρίτης. Contrā Demades vt largius bibebat, ita valebat extēporali dictione. Rhetores olim dicebant ad Clepsydram.

Onomademus Chius posteaquā aduersam factionē superasset, quibusdam cēsentibus omnes diuersæ factionis vrbe pellēdos, negauit expedire, dicens se vereri, ne omnibus inimicis ad vnū eiectis, inter amicos existerent dissidia. Sentiens sic esse multorum ingenium, vt si desint inimici, in quos naturæ malitiā exerceant, amicos impetant.

Simonides Pausaniæ Lacedæmoniorum regi subinde de rebus a se gestis glorianti, tandem & Simonidem per irrisiōnē hortanti, vt aliquid sapienter ipsum admoneret, Moneo, inquit, vt te memineris hominem esse.

Idem reprehendentibus, quod ad quæstū scriberet, iocari solet, sibi duas arcas esse domi, alteram pecuniæ, alteram gratiarum: priorē se reperire plenam, alteram semper vacuam.

Idem quum cæteros laudādo venateretur vt aliis

92

Libere.

93

Lepide.

94

Inimicis vtiles.

95

Libera ad monitio.

96

Mercedis amor.

97

Stupidi. quid darent, interrogatus quur non & Theſſia-
los captaret. Stupidiores ſunt, inquit, quàm vt a
me falli poſſint. Qui quærunſ cui imponant, ad
ſtupidos eunt. At qui tam erant ſtupidi, vt non
ſentirent ingenium poematum illius, nec tange-
rentur amore nominis in poſteros transmitten-
di, non poterant ab illo falli.

98
Callide. Idem interrogatus quam ob rem, quum eſſet
extremæ ſenectutis, tamen attentus eſſet ad rē:
quoniam, inquit, malim moriens inimicis relin-
quere, quàm viuus carere amicis: taxans inſtabi-
les hominum amicitias, qui conſequuti quod vo-
lunt, negligunt amicum: idem dum ſperāt, ob-
ſeruiunt.

99
Integritas. Lycurgus orator obijciente quodam, quod ſe
pecunia redemiſſet a calumnia, nō eſt inſiciatus,
ſed clariffima voce populum appellans, Bene ha-
bet, inquit, viri Athenienſes, quandoquidem tot
annos in repub. verſatum dediſſe me non accepit
ſe pecuniam criminantur obtrectatores.

100
Eloquentiæ
certamen. Thucydides ab Archidamo Lacedæmoniorū
rege interrogatus, vter eſſet in paleſtra ſuperior,
ipſe, an Pericles: Poſteaquam, inquit, ego homi-
nem pugnādo deiici, ille ſe negat cecidiſſe, itaq;
vincit, & ſpectatores a ſua ſententia deiicit. Sen-
tiens ſe bonis rationibus eſſe ſuperiorem, ſed Pe-
riclem eloquentia vincere, & quocunq; vellet,
agere multitudinem. Nam Thucydides vir præ-
potens diu in adminiſtranda repub. aduerſatus
eſt Pericli. Eam contentionem Archidamus pa-
leſtram appellauit.

Pietas in
parietis. Dario totius regni viribus ſubinde impetum
faciēte, Scythæ paulatim, cedētes ad vltimas ſor-

litudines peruenerāt. Interrogati tandem ab eo, quem fugiendi finem essent facturi, responderūt se nec agros, nec villas, nec vrbes pro quibus dī micarent habere: cæterum quum ad parentum suorum monumenta peruentum esset, tū deniq; sciturū Dariū, quomodo Scythæ soleāt præliari.

Alexander statuerat Lampfacum diruere. Ad id tendenti quum Anaximenes Alexandri præceptor veniret obuiam extra muros deprecatur⁹ suæ ciuitatis perniciē, Alexander suspicans quid esset petiturus, Iuro, inquit, me non facturū quod petet Anaximenes. Tum Anaximenes, Peto, inquit, vt Lampfacum diruas. Captus erat Alexander, & iureiurādo compulsus est seruare, quos demoliri statuerat.

Alexander consulto oraculo monitus est, vt eū qui sibi portam egresso primus occurrisset, interfici iuberet: occurrit agaso, iussus est arripi. Roganti quid commeruisset, responsum est ita iussisse deum. Si ita est, inquit, o rex, alium designauit oraculū. Nam asinus tibi prior occurrit. Agaso enim sequitur asinum, vt impellat, alioqui non sequuturum. Alexander delectatus hoc commēto, asinum pro homine occidit.

Amasis Aegypti rex ab amicis admonit⁹, qđ perfunct⁹ negocijs forēsibus, potaret, omniq; voluptatum genere solueretur, respondit: Qui arcus habent, eos non intendere, nisi quū opus est: quos si semper intendant, rumpendos esse, ac ne tum quidem fore vsui, quum exigit vsus. Ita qui nulla relaxatione curas suas soluunt, aut mente captos, aut corpore male affectos euadere.

Conspiciens quendam amisso filio lugentem, r

Ingeniose

99
Solertter100
Relaxan,
dus anim⁹

Si tunc, inquit, quum nondum esset, nō dolebas: nec nunc quidem doleas, quum non est.

2 Psammenitus Aegyptiorū rex à Cambyse re-
gno pulsus est. Eius filiam ancillari veste indutā
cum aliquot nobiliū virginibus Cambyses mit-
ti iusserat ad hauriendam aquam, vt hoc specta-
culo parentum captiuorum animos discruciatet.
Cæteris indigne ferentibus solus Psammenitus
demisit oculos. Mox iussit duci filium illius, cum
alijs plurimis eiusdem ætatis, vinctis ceruicib⁹, &
ore frenato. Ne hoc quidē spectaculo sol⁹ Psam-
menitus ad lachrymas commotus est. Idem quū
vidisset familiarem quendā exutum opibus mē-
dicantem obambulare, hoc spectaculo adeo cō-
motus est, vt ingenti fletu hominem amicū com-
pellans, caput suū barbarico more cæderet. Ea re
cognita, quum Cambyses per nuncium causam
sciscitaretur, quur in liberorum calamitate tact⁹
tus, vnus seniculi calamitatem tā impotēter fere-
ret, respondit, Fili Cyri, domestica mala grauio-
ra sunt, quā vt lachrymas recipiant: at amic⁹ de-
plorandus erat, qui è multis opibus ad summam
inopiam redactus est, idq; in extremo senectus-
tis limine.

3 Croesus Lydorū rex à Cyro captus, hoc argu-
mento pacem bello prætulit, quod pacis tem-
pore filij sepelirent patres, in bello contra, patres
sepelirent liberos.

4 Idem quum videret Cyri milites per urbē ca-
ptam discurrentes, percontatus est Cyrū, quid
agerent. Quumq; is respondisset, diripiunt urbē
tuā, opesq; tuas populātur. Nequaquā, inquit, o
rex, nihil iā hic meū est, tuū est quod diripiūt. Ea

Fortiter

Amanter

Pax bello
potior

Prudenter

vox comouit Cyrū vt suos à direptione reuocaret.

Quum Cambyfes se cum patre Cyro cōferret, 5
 amici illum patre præstantiorē affirmantibus, *Proles des
 betur pas
 tris.*
 Cræsus respondit, illum nõdum patri equandū,
 qui nondum reliquisset filiū. Sentiens & hoc esse
 non infimum erga rempub. meritum, si non solū
 ipse te præstiteris egregium virum, sed aliquem
 tui similem gignas educesq; patriæ.

Megabyzes quum apud Hellespontios agens 5
 audisset quod Chalcedonij decem & septem an- *Locus elige
 dus vrbis*
 nis urbē condidissent ante Byzantios, dixit Chal
 cedonios id temporis fuisse cæcos, qui quum ad
 esset locus vrbis condēdæ multo commodior, de
 teriorem elegissent. Hoc dicto scribit Herodot⁹
 Megabyzen apud Hellespontios immortalē sui
 memoriā reliquisse. Quod si verum est, erat tū
 temporis mira dictorum caritas.

Simonides interrogatus vtra res esset optabi- 6
 lior, diuitiæ, an sapientia: dubito inquit, vt qui vi *Diuitie.*
 deam sapientes frequentare diuitū fores: innuēs
 philosophos verbis quidem cōtemnere diuitias,
 sed re tamen eas captare.

Euripides, quum populus Atheniensis tumultu- 7
 tuaretur, offensus sententiā quadā in illius tragœ- *Fiducia arti
 tis*
 dia quæ tum agebatur, & autorem efflagitaret vt
 eam mutaret, progressus in scenā dixit se vt po
 pulum doceret, non vt ab eo disceret, fabulas so
 lere componere. Eruditio sibi conscia contēpsit
 multitudinis iudicium.

Idem apud Alcestidem tragœdiarū scriptorē 8
 aliquando questus est, quod summo tridui labore *Fiducia
 artia*
 adnixus non potuisset nisi tres versus absoluere.
 Contra Alcestidi glorianti quod ipse perfacile

centum absoluisse vno die: At tui, inquit, ad tri-
dium modo, mei in omne æuum duraturi sunt.

9 **Temperan-
tia** Euripides cuidam dicenti, Carmen condidisti
ex modis ad tripudium accommodis, alio dictū
hoc ridente: ni stupidus esset, inquit, non risisset,
quod res setias Lydijs modis temperarim. Lydij
modi lasciuiores sunt. Porro quæ p se tristia sunt,
ea decet arte exhilarare. Refert hoc Plutarchus
ī libello περι τοῦ ἀκούειν. Quū Euripides choreā
agentibus succinuisse cātionem quandam modū
latam, vnus illorum risit. Cui poeta, Ni stupidus
esses, & expers affectuum, haudquaquam risisses
me canente Mixolydium.

10 Alexis poeta Callimedontem rhetorem vt deli-
cijijs deditum taxauit his versib.

ὑπὲρ πατρός μὴ πάς τις ἀποθνήσκῃ θέλει,
ὑπὲρ δὲ μητρός, καλλιμέδων ὁ κάρα βῆ.

10 **Luxus** Pro patria vel quilibet velit mori,
At Metræ amore Callimedon solus cupit.

Perit Latinis ioci gratia: nam πατέρα patriam
significat, μητέρα nō matrem sed vuluam aut pi-
scem sonat. Pisces olim erant in delicijs.

11 Cuidam videnti ipsum iam senio fessum ægre
lenteq; incedere, ac roganti quid ageret, paula-
tīm, inquit, morior, siue pedetentīm morior. si-
gnificans senes non viuere, sed lente mori.

12 **Populi iodi-
cia** Menander centum & quinq; fabulas scripsisse
traditur, ex quibus tantum octo vicit. Itaq; quū
à Philemone longe impari, fauore populi saepe
numero vinceretur, forte illi factus obuiā dixit,
Quæso Philemon bona venia dic mihi, quū me
vincis, non erubescis? Victi solent erubescere, at
sic vincere, Menander iudicabat erubescendum.

Philoxenus poeta quum audisset suos versus à laterarijs perperam recitari, lateres ipsorū comminuit, dicens: Vos mea corrumpitis, ego vicissim vestra.

Philippides poeta comicus Lysimacho cū primis charus fuit ac familiaris: cui quum Lysimachus offerret liberalitatem suam, diceretq; quid vis tibi impartiam rerum mearum? Quodcunq; voles, inquit, modo ne arcani quippiam: Significans esse periculosum nosse magnatum arcana, quorum si quid effutias, actum est de capite, quāquam & alioqui solent odisse conscios eorū quæ nolint efferi.

Actius poeta interrogatus quur nō ageret causas, quum in tragœdijs optime tractaret argumenta, Quoniam, inquit, in tragœdijs ea dicuntur quæ ipse volo, in foro aduersarij dicerent quæ minime vellem. Idem fit in dialogis, vbi qui scribit opus, vnicuiq; tribuit orationē qualē putat esse commodam. In iudicijs secus fit.

Antigenides Thebanus Ismenię discipulo quū scite canens populo minus probaretur, mihi, inquit, cane & musis: admonens profus esse contemnendum imperitæ multitudinis iudicium, quum artis abunde magnū præmiū sit ipsa consciētia.

Leo Byzantijs quū à ciuibus accusaretur: adhortantibus nonnullis vt ad hostes confugeret, in concionem prodiens, Ego, inquit, à vobis ciues mei, quā vobiscum interfici malo.

Cuidā obijcienti oculorum infirmitatem, quū exprobrator esset gibbo deformatus, humanum, inquit, opprobrafti vitiū, quū ipse Nemesim in tergo portes. Nemesim appellauit vitiū, quo vis

11
Secreta regum

12
Poetica fuit
ctio

13
Fiducia artis

14
Pietas in patriam

15
Recriminatio

cissim ipse possit redargui.

16
Propositi
merci

Aeschyl⁹ poeta Tragic⁹ aliqu⁹ spectās Isthmīa certamina, quū alter pugilū eēt cēs⁹, totūq; theatrū exclamaret, O chiū Iouē fudisti, Vide, iquit, cuiusmodi sint hoīm mores, cēs⁹ filet, & spectatores vociferāt. Solēt icti ob dolore exclamare. hic cōtra q; dolebat, filebat: q; læsi nō erāt, clamabāt.

17
Concordia

Pytho rhetor Byzāti⁹ cū eēt supra modū obeso corpore, p̄dissetq; i cōcionē suā sur⁹ cōcordiā byzātijs seditiōe ciuili tumultātib⁹, stati p̄p̄ris⁹ obort⁹ est ex ipso corporis habitu. At ille risū uertit i rē seriā. Ridetis, iquit, ciues? Quū tale corp⁹ habeā, vxorē habeo multo me obeliore, & tū cōcordes q̄uis grabbatulū capit ābos, discordes ne tota q̄dē dom⁹. hoc p̄mīo⁹ i⁹ igress⁹ est orōnē.

18
Deo debetur gratia

Pytho Atheniēsis ob res feliciter gestas ipsū admirātib⁹ ac p̄dicātib⁹ q; Cotyn regē iteremississet, Dijs, iquit, habēda est grā, quib⁹ autorib⁹ hoc facin⁹ p̄clare gestū est. Nā ipse nihil aliud quā manu & operā meam cōmodauī. Euentus rei in manu dei est, & huic debet gratia, si quid feliciter cesserit. Sed interim vult nostrā operā accedere.

19
Integritas
militis

Lysāder Lacedemoni⁹ militē q; de via deflexerat, castigauit. ei dicēti ad nulli⁹ rei rapinā se ab agmine recessisse, ne speciem quidem, inquit, rapturi præbeas volo.

20
Pietas in
patriam

Thrasibulus quum moliretur exigua manu ciuitatem Atheniensium à triginta tyrannorū dominatu liberare, cuidam e conscijs dicēti, quātas gratias tibi debebunt Athenæ per te libertatem cōsequutē? dij faxint, inquit, vt quantas ipse illis debeo, videar retulisse. Significans neminē patriæ parem referre gratiā, etiā si vitam impendat.

21 Anaxarch⁹ Abderites philosophus quū à Cy⁹

Silentij fides

priorū tyrāno Nicocreonte torqueret vt cōscios pderet, post multa in regē dicta cōuitia, tādē p iracūdiā & linguę amputationē mināti, Nō erit, inqt, effoeminate adolescens hęc quoq; corporis mei pars tuę ditionis. Simulq; dentib⁹ abscissam & comāducatā linguā in os ei⁹ ira patēs expuit.

Quū Gorgias sophista recitaret i Olympiacis ludis apd Gręcos oronē de cōcordia, Melāth⁹ q; dā, hic, inqt, de cōcordia toti⁹ Gręcię differit, qui sibi, vxori & ancillę, trib⁹ dūtaxat, vt cōcorditer viuant nondum persuasit.

26

Paradomica

Theodorus Atheniēsis cognomento *ἀθεος* dicere solitus est, se doctrinā auditoribus dextra porrigere, sed illos sinistra accipere. Sentiens illos bene dicta in malam accommodare partem.

23

Stratocles Atheniēsis quū de parta victoria nūciū accepisset, ptin⁹ ad populū retulit, vtq; supplicatio dijs immortalib⁹ decerneret psuasit. Aliis quāto post quū certior nunciū adferret acceptæ cladis, populo indignante quod delusus esset, Equis, inquit, vestrum quicquā dāni accepit, quod totū hoc triduū mea opera hilares letiq; fuistis!

24

Voluptas temporaria

Theramenes vn⁹ trigita tyrānorū, domo i qua multi accūbebāt, i cōnātes illapsa, sol⁹ icolumis euasit. Hęc ob rē quū ab alijs, felix p̄dicaret, ille magna exclamās voce, O fortuna, inqt, cui me occasione seruas! Sensit vir prudēs se nō eē seruātū, sed maiori malo reseruātū. nā aliquāto post iter Idē quū iussu tyrānorū porrectā veni (sect⁹ est.

25

Fortuna

neni potionē fortiter hausisset, qd ex ea supfuerat sic illisit solo, vt clarū sonū ederet, reddēs q; seruo publico qui eā tradiderat, Critiæ, inquit, propino. vide igi⁹ vt hoc poculū cōtinuo ad illū pferas. Erat is Critias e trigita tyrānis crudelissim⁹.

26

Fortiter

27 Celebratur Iasonis Theſſalli dictū, quo se purgare solet ijs quibus molestiam aut vim attulisset. Qui magnis in rebus se iustitiæ cultorem habere velit, eum in parvis interdum illam violare oportet. Velut in bello, quo tuta sit respub. agrī aut ædificia quorūdam ciuū interdū perdunt.

Privatus
affectus

Cleon posteaquam reip. administrationem capeſſere destinasset, testatus est se iam omnīu amicitarum vincula velle soluere, quod amici plerūq; obstant ne liceat vbiq; rectū tenere clauū.

28

Testimoniū
inimici

Inter Neronem & Thraseam graues intercedebant inimicitie, verum cuidam multa criminoſe iactanti de Thrasea, dicentiq; causam ab illo perperam esse iudicatam, obſtitit Nero, exclamans, Vtinam me tam Thrasea diligat, quā est iudex rectus & æquus. Hostis hosti testimoniū perhibuit, de fama periclitanti, nullum autē grauius testimoniū, quā inimici de inimico.

29

Mediocris
tas

Nero sibi compararat auleum quoddam insignē, tum precio, tum pulchritudine. Id vidēs Seneca, Declarasti, inquit, te esse pauperē. Causam rogante Nerone, Quoniā si istuc amiseris, inquit, nō poteris aliud parare simile. Euenit vt illud auleū naufragio periret. In hoc autem profecerat Senecæ admonitio, vt Nero iacturam adamatæ rei ferret moderatius. Qui nummum habet vnicū, quo amisso non queat alterū promere, pauper est. Tutissimum igitur est mediocribus ac parabilibus delectari.

30

Luxus

Seruus Dolobellæ quum interrogaretur an domus eius auctiōnem proposuisset, Domum, inquit, vendidit. Luxum heri notans, quum id falsum esset, Qui domum vendidit, non opus habet

vt seruum exponat auctioni.

Plancus quū in causa quadā adesset amico, vel
 letq; testem molestum perturbare, interrogauit 31
 quo se artificio tueretur. Sciebat enim illum esse Arte retorici
 tū conpitiū
 sutorem. At ille lepide retorquens in Plancum,
 Gallam, inquit, subigo. Id quidem sutorium ha-
 betur instrumentum, sed tecte exprobrabat illi
 adulterium cum Meuia Galla, quo nomine Plan-
 cus male audiebat.

Post Mutinensem fugam, percōtantibus quid 32
 ageret Antonius, quidam e familiaribus eius res Bibit & fur-
 git.
 spōdisse fertur, Id quod canis in Nilo, bibit & fur-
 git. Constat enim in Aegypto canes e Nilo cur-
 rentes bibere, nimirum metu crocodilorum eo
 in flumine regnantium.

Lucius Cæcilius, quum C. Cæsar alijs qui secū 33
 pila lusitabant, centū sestertia daret, illi vni eius Lepidos.
 summæ dimidiū. Quid, inquit, num ego vna ma-
 nu ludo, ac non duabus? Si officium erat collude-
 re, non minus præstiterat ille quàm cæteri.

Laberius ex equite Romano factus mimus an- 34
 nos iam natus sexaginta, huc adigēte Cæsare, in Liberis.
 actione quadā induxit habitū Syri, qui veluti fla-
 gris cæsus, ac proripiēti se similis exclamabat,
 Porro Quirites libertatem perdidimus.

Ac paulo post adiecit, 35
 Necessè est multos timeat, quē multi timent.

Ad has voces populus vniuersus oculos & ora
 conuertit in Cæsarem, intelligens illius impoten-
 tiam his dictis lapsidatam. Hoc modo qua licuit
 Laberius vltus est sortem suam.

Titius quidam studiosè pila ludere solet, sed 36
 idem noctu signa sacra frangere putabatur. hunc Ex ambiguo
 tecte.

quum gregales in campo desiderarēt, Vespa Terentius hoc colore excusauit, vt diceret illum fre-
gisse brachium. Nam diuorū imagines brachijs
gestabant donaria. Huc allusit Vespa.

37
Rex cogita-
bundus.
Pylades histrio Augusti temporibus celebris,
quum Hylas discipulus quem ad æqualitatis cō-
tentionem prouexerat, in scena canticum quod-
dam saltaret, cuius clausula erat, τὸν μίγαρ ἀγα-
μέμνονα, id est, magnū illum Agamēnonem, ac
sublimē veluti metiretur, e cauea proclamauit,
σὺ μακρόνδὺ μίγαρ ποιῆς, id est, tu longum
facis, non magnum. Tūc populus efflagitauit vt
Pylades idem cāticū saltaret iterū. Quumq; ad
locum venisset quem reprehenderat, expressit
Agamemnonem cogitabundum, nil magno dū-
ci magis conuenire ratus, quā pro omnibus
cogitare. Ea res magnum ducem facit, nō proce-
ritas corporis.

38
Imitatio
mala.
Idem Hylam negligenter saltantem Oedipo-
dem, hac voce castigauit, σὺ βλίπεις, id est, tu
vides, quum ille Oedipodem iam cæcum expro-
mere debuierit.

39
Decorum.
Idem Pylades quum saltans Herculem furen-
tem nonnullis incessum histrioni conuenientem
minus seruare videretur, deposita persona riden-
tes increpuit dicens, μωροὶ, μαινόμενον ὄρα
χθῆμαι, id est, Stulti, furentem salto. Significans
hoc ipsum quod videbatur indecorum, maxime
decorum esse.

40
Ab inexplē-
tato.
Appius homo dicax vsq; ad scurrilitatē, Caio
Sextio dixit, Cœnabo apud te, nam vni locum
esse video: Notans illum quod luscus esset. Cui
Sextius ex tempore, manus, inquit, laua, & cœna

na, recte obijciens illi impudicitiam, aut certe rapacitatem.

Appius maior quàm in senatu ageretur de agris publicis, ac premeretur Lucilius ab his qui a patre eius depasci publicos agros dicerent, Non est, inquit, Lucilij pecus illud: erratis. Hactenus defendere videbatur, sed adiecit, Ego liberum puto: qua lubet pascitur. Iocus est ab inexpectato. Expectabatur enim ut probaret hoc pecus non esse Lucilij, sed alterius cuiuspiam, ac reum subleuaret. Nunc irrisum grauabat.

Ischomachus mimus cum primis celebris, me dico percontante rusticum qui ob ingurgitationem male habebat, num ad vomitum coenasset: Nequaquam, inquit, sed in ventrem. Iocus Græcis festiuor est, quod *ις* sonat pariter & in, & vsq; ad. *ις* *ιμιτρον*, *ις* *κοιλια*.

Item quàm mendicam quædam ventris tormina pateretur, ac medicus percontaretur, num haberet in ventre, Qui potest, inquit, quum triduo nihil comederit: Et huius dicti festiuitas iucundior est Græcis, quibus in ventre habere dicitur quæ fert vterum. Nam id medicus percontabatur, an esset grauida.

Antiocho cui cognomen erat *ιπφανης*, id est illustris, Polybius inuertit nomen, appellans illum *ιπιμαν*, id est insanum, quod quum infamis quibusdam plebeis atq; etiam cùm hospitiibus præter regiã dignitatẽ voluptatibus indulgeret.

STRATONICVS

Stratonicus citharædus natione Atheniensis, non minus festiuis dictis, quàm arte musica celebris, ad quietem iturus, assidue iubebat puerum

M ij

sibi infundere vinum, nō quod sitiam, inquit, sed ne sitiam.

2. *Modeste.* Idem quum se contulisset Corinthum, anicus la quædam diu attente illum inspexit, nec dimouebat ab illo oculos, admiranti similis: quūq; ille dixisset, quid vis mater? & quam ob causam me sic aspicias? Demiror, inquit, si te mater decē mentes pertulit in vtero: quum hæc ciuitas vnicū tantum diem habens te, doleat.

3. *Facete.* Idem nauigarat in Pontum ad regem Berisadem, vbi diu moratus voluit illinc in Græciam aufugere: quum id rex videretur nō passurus, Berisade, inquit Stratonice, cogitas o rex, qui statueris hic manere: suam fugam subindicans, ac regis consilium probans, quali & ille de migrando cogitasset, & ipse non nisi grauibus causis commotus pararet abitum.

4. *Initium bellum.* Idem Byzantij quum citharædus quispiam bellice cecinisset proœmium, cætera minus feliciter, surrexit, ac præconis in morem pronunciauit, quisquis indicarit citharædum qui bene cecinisset proœmium, drachmas accipiet mille.

5. Idem interrogatus qui nam essent in Pamphylia miserrimi, Phaselitæ, inquit: sed addebat, in toto orbe miserrimos esse Sidetas. Vtraq; gens est in Pamphylia. Phaselitarū sordes prouerbio notatæ sunt, Phaselitarum sacrificium, quod falsis pisciculis sacrificarent dijs. Miseros dixit parcos.

6. *Barbaries.* Idē interrogatus vtri essent barbariores, Bœotii, an Thessali, nominauit Elæos, significans hos vtriusq; barbariores, quum illi haberentur barbarissimi. Hoc erat lepidius, si ab Elæo fuisset proposita quæstio, vt forte fuit.

Idem aliquādo trophæum quum erexisset, hūc 7
 inscripsit titulum, Aduersus male canētes citha- Citharædi
 ra. Notans tales ubiq; quamplurimos esse, quos mali.

Idem percontanti quod nauigij genus esset tu- 8
 tissimum, longi an contra, respondit, ea quæ sub- Ab inexpectate.

Idem Rhodi quum artis suæ specimen edidisset, neq; quisquam plausu aliove gestu signum fa- 9
 uoris dedisset, abscessit illinc dicēs: Quū id quod Applausus

Idem Ptolemæo rege de musica cum ipso con- 10
 tētiosius disserēte: aliud est, inquit, ō rex sceptrū, Decorum.

Idem inuitatus aliquando, vt audiret citharæ- 11
 dum canentem, posteaq; audierat, recitauit illum Alius nō
 versiculum Homericum, præstat.

ἄνδρ' ἑτερορμῶν ἰδὼν κεν ποιεῖν, ἑτερορ δ' ἀνέ-
 νευσεν. Id est.

Huic dedit hoc pater altitonās, verū abnuuit illud
 Cuidam rogāti quo pacto, exposuit, male citha-
 ra canere dedit, bene canere negauit.

Idem quum trabes delapsa quendam è conui- 12
 uis occidisset, dixit ἀνδρ' εἰς δοκῶν ἐπὶ θείοι, εἰ δ' εἰ
 ἐπὶ ἐπὶ, δοκῶν ἐπὶ. Id latine reddi non potest: ioc- Ex vocum
 cus est ex amphibologia: δοκῶν sonat trabi, si affinitate.

subscribas iota, & sine hac sonat opinor. Viri opi-
 nor dij sunt: quod si non sunt, trabi sunt. nisi fors-
 te δοκῶν legendum acuto accentu, vt intelli-

gas trabes sunt.

13
Exilium
optabile.

Idem Seriphi agens, hospitem suum percontatus est ob quam causam illic homines iuberentur vertere solum: quum ille respondisset flagitiosos apud Seriphios exilio mulctari, Quin tu quoq; inquit, aliquid flagitij committis, vt ex his locorum angustijs emigres? Notans regionem esse incommodam, & oppidum frigidum.

14
Luxus.

Idem quum Rhodi ageret, taxans eius gentis luxum, deliciasq; dicebat illos ædificare perinde quasi essent immortales, opsonare quasi breue tempus victuros. Auidius enim fruimur his quæ breui scimus auferenda.

15
Citharod^{us}
malus.

De Phaone malo tibicine dixit, quod non caneret harmoniam, sed eadmum. Phaon autem quum se gereret pro tibicine, iactaretq; se Merгарis habere chorum, Nugaris, inquit Stratonicus, non habes, sed haberis: Significans illum discipulum esse potius quàm magistrum, aut chorum ipso doctiorem esse.

16
Molesti.

Idem Stratonicus aiebat se vehementer demerari Satyrî sophistæ matrem, quæ illum decem menses tulisset, quem nulla ciuitas decem dies ferre posset.

17
Illo mala.

Idem quum Satyrû accepisset apud Ilium peregrinari, festiuiter in illum torsit illud prouerbio iactatum, In Illo semper mala, ludens ex ambiguo vocis. Aliter enim mala dicuntur quæ misera tristiaq; sunt, aliter homines mali.

18
Vltra malum.

Idem Minnaco fabro, vt opinor, secum de musica disceptanti, non animaduertis, inquit, te supra malleum loqui. Simillimum est huic illud Apellus, Ne sutor ultra crepidam.

Idem quum quendam sibi notum haberet ob- 19
tium calceis pulchre extersis, specie laudantis Laudando
vituperavit, dicens, nunquam calceos tam belle vituperare.
potuisse abstergi, nisi absterfisset ipse.

Idem quum forte venisset Miletum, quæ tum 20
a conuenis inhabitabatur, vidissetq; omnia sepul- Conuenis.
chra titulos habere peregrinorum, Abeamus, in-
quit, hinc puer, nam hic hospites videntur mori,
cuium nullus.

Idem Zetho de musica differenti, te vnum, in- 21
quit, nequaquam oportet de musica loqui, qui tibi no- A nemine.
men omnium a Musis alienissimum elegeris, te
ipsum pro Amphione appellans Zethum. Am-
phion, vt est in fabulis, cætu citharæ cōdidit The-
bas, at Zethus frater rusticus fuit. Apparet illū
sibi mutasse nomen.

Idem quum doceret Macedonem quendam, nec 22
ille quicquam proficeret, exasperatus in discipulo Macedoniam
lūm, in Macedoniam inquit, pro eo quod alij di-
cunt *ις κελιαρ*, sicui precantur exitium. Ob-
iter notauit & Macedonicæ gentis barbariem.

Idem quum videret facellum malo sordidoq; 23
balneo vicinum, anathematibus pulchre exorna- Balneum
tum, posteaq; e balneo exijt male lotus, Non mi- si. ritidum.
ror, inquit, hic multas pendere tabulas. Quisquis
enim hic lauit, illic suspendit tabulam veluti ser-
uatus. Indicans magnum esse si quis e tali balneo
exisset incolumis. Allusit autem ad morem nau-
tarum aut militum e mari belloq; seruatorum.

Idem quum egrederetur Heracleã ciuitatem, 24
portas ac moenia circumspiciebat: percõtanti ve- Ciuitas
ro cuidam, quid circumspiceret, pudet, inquit, si Ispanar.
videar exire è lupanari: notans corruptos eius

ciuitatis mores. Sunt eius nominis ciuitates multæ, sed de Heraclea Thraciæ sensit opinor.

- 25 Idem in eum qui quū prius fuisset olitor, postea factus musicus de arte secum contenderet, pronunciauit senarium Græcum vulgo celebrē, ἀδ' οἱ τις ἢ μ' ἴκασ' ὅτι δ' ἴη τέχνη Id est. Quam quisq; nouit artem, eam canat licet. Mutato uerbo detorsit ad iocum quod est in pro uerbio, ἴρ' οἱ τις, &c.

26 Idem quum in Maronia potaret cum quibusdam, dicebat se posse scire ad quem locum spectaret ciuitas, si tecta facie ipsum ducerent. Quum duxissent, rogassentq; quò spectaret, ad cauponam, inquit, sentiens totam ciuitatem nihil aliud esse quàm cauponam. Itaque quocunq; uerteretur tectis oculis, sciebat se spectare cauponam. Maronia Ciconum ciuitas est dedita negotiationi.

- 27 Idem quum in Arcadia malam terram, ac falsam aquam balneator exhiberet, iocatus est se terra marique obsideri. Apparet in balneis terræ fuisse usum, qui nunc est fullonibus.

28 Idem quum apud Sicyonios vicisset aduersum se cithara certantes, consecrauit in Aesculapij templo trophæum cum hac inscriptione, Stratonicus a male cithara canentibus. Hoc si idem est cum eo quod paulo ante memorauimus, miror ab eodem autore eodem in loco bis idem referti. Referuntur enim hæc apud Athenæum.

29 Idem quendam qui male cecinerat, rogauit, cuius esset cantio: quum ille respondisset, Carcini, multo magis, inquit, q̄ hominis. Carcinus enim Græce cancrum sonat. Est autem eadem vox cā

toris cuiusdam nomen, quem notant Græcorum prouerbía.

Idem quum puer illius in balneo cum balneatore litigaret de pecunia. Nā mos erat, vt hospites pluris lauarent quàm ciues. Scelerate, inquit puero, ob es me propemodum Phaseliten reddideras. Nam hoc accidit in Phaselide, de qua gente male sentiebat tanquam fordida. Proin ministrum obiurgans, notat gentis malitiam.

Idem cuidam laudanti ipsum, vt aliquid ab eo acciperet: Ego, inquit, maior mendicus sum: Sentiens non esse musicorum dare laudanti, sed accipere à laudatis.

Idem quū doceret in ciuitatula perquā exigua, iocatus est mutatione literæ, non est πόλις, sed μόλις, id est, non est ciuitas, sed vix. Senties vix dignam nomine ciuitatis.

Idem quum esset Pellæ, & in puteum descenderet, rogauit num esset aqua potabilis: quū dixissent qui aquam hauriebant, nos istam bibimus, Non est igitur, inquit, potabilis, quòd illos videret pallidos luridosq;. Nam id interpretabatur malæ valetudinis argumentum, quā ex aqua contraxerant.

Idem quum audisset nixus matris Timothei regis, Si, inquit, opificem peperisset, non deum, quales emisisset voces? Irridens quorundam fœdam adulationem, qui regum filijs tribuebāt diuinitatem, quum vox parentis regem æque miserabilis sit, ac parturientis quemlibet plebeium. Ipse autem Stratonicus filius erat opificis.

Idem Polyidæ glorianti quod discipulus ipsius Philopas canendo vicisset Timotheum, miror,

30
Phaselitæ

31
Mendic⁹ &
mendic⁹

32
Depraua
tio nomis
nis

33
Res verbis
contraria

34
Regum na
tiuitas

35
Certare cū
rege

inquit, si ignoras, quod discipulus tuus condit decreta, Timotheus autem leges. Iocum captas ex ambiguo vocis. Nomos enim Græcis & legē sonat, & modulos cantionis. Itaque periculosum est regem vincere.

36 *Ex mutata littera* Idem psaltæ cuidam molestius obstrepenti, *ψάλλ' ἐς κόρακας* dixit, pro *βάλλ' ἐς κόρακας*, abi ad coruos: ludens vnus literæ mutatione.

37 *Magnus stultus* Idem quum vidisset Propin citharædū Rhodiuum corpore quidē magnum, sed arte pusillum, percontantibus qualis videretur, respōdit prouerbiali dicto, Nullus, malus, magnus, piscis. Singulis verbis hypostigme separatis, aliū efficiēs sensum: De quo nobis dictum est in Chiliadibus.

38 *Cum dijs* Idem quum in ludo suo haberet pictas Musas nouē, Apollinem vnū, discipulos autē tantū haberet duos, rogatus à quodam quot haberet discipulos, Cum dijs, inquit, x i i. De huius ioci genere nobis alibi dictum est.

39 *Templa vacua* Idem versans apud Malissam quum videret tēpla multa, homines paucos, stans in medio foro clamauit, Audite templa.

40 *Præconum turba* Idem apud Abderitas agens, conspicatus illic singulis ciuiū singulos esse præcones, adeo vt prope modū maior esset præconū numerus q̄ ciuiū, a cœna cœpit per ciuitatē summis pedum digitis ingredi, demissis in terram oculis. Percontantibus autē Abderitis, quid mali repente accidisset illius pedibus, ita respondit, Cætera quidem belle valeo toto corpore, & ad cœnam curro celerius ipsis adulatorib⁹: illud vnum metuo, ne ingrediens præconis pedem offendam. Sentiens illic præconum plena omnia.

Idem quum in sacrificio malus quidam tibi cē
 esset cantaturus, Bene ominandum est, inquit, li-
 bantes precemur deos: Significans opus deorum
 auxilio, vt bene caneret. 41
Citharœ-
dus malus

Citharœdus quidā malus Stratoniciū excipie-
 bat conuiuio, atq; super cœnā ostentabat illi ar-
 tem suā. Erat autem apparatus splendidus. Itaq;
 Stratonicus quum illo canente nō haberet qui cū
 loqueretur, confregit poculū, & poposcit maius.
 Id quū accepisset cum multis cyathis, solū calicē
 ostendit, moxq; sese vino ingurgitauit, & obdor-
 mijt. Quum forte superuenissent aliquot comesa-
 būdi, cātorī qui conuiuū exhibebat noti, Strato-
 nicus expergiscēs fact⁹ est ebrius. At illi quū in-
 tellexissent, q̄ multū assidueq; bibēdo fuisset in-
 ebriatus, Stratonicus cōpendio respōdit, Hic in-
 sidiator & sceleratus cātor, me veluti bouem ad
 pręsepe, dum cœna accipit, occidit. Boues multo
 cibo saginantur priusquam maectantur.

Idem in citharœdum imperitum, cui nomen 43
 erat Cleon, sed vulgo dicebatur bos: Olim, iquit,
 asinus lyræ dictum est, nunc bos est lyræ. Bos lyræ

Idem Rhodios quum videret delicijs dissolu- 44
 tos, & calido potu vtētes, appellauit albos Cyre-
 næos, & ciuitatē illorum appellauit procorum
 ciuitatem, quod colore quidem differrent à Cy-
 renæis, qui nigri sunt, luxu & voluptatum studio
 similes. Sic hodie quidā appellant albos Mauros.
 Eiusdem ferunt & alia libere falseq; dicta, in quib;
 dicitur imitatus Simonidem & Philoxenū.
 Si rogas quod libertatis præmium tulerit, offens-
 so Nicocle Cypriorum rege, venenum bibit, &
 mortuus est. Hic primus fertur auxisse chordarū

numerum & harmonias docuisse, & diagramma reperisse.

45 *Empyta* Phœnicides cum apponeret pisces in cōuiuio, sed his duntaxat qui dedissent symbolum, dixit, mare quidem esse commune, sed pisces in eo natos eorum esse qui emissent.

46 *Luxus* Theocritus Chius posteaquē Dioeli lurconi perisset vxor, & in funebri cœna quam illi parabat, nihilo secius opsonia voraret, flens interim: desine miser, inquit, nihil profeceris, opsonijs indulgens. Sentiens illi semper flendi fore materiam, si pergeret deliciari. Olim vesci piscib. pro delicijs habebatur, & infami vocabulo dicebantur opsophagi. Nunc ea res magna est sanctimonia.

47 *Loquacitas* Idem quū Anaximenes esset dicturus, ita præfatus est: incipit verborum flumē, mentis gutta: significans illum esse multiloquum, sed minime sapientem.

48 *Iocus inter pestiuus* Idem quum duceretur ad Antigonom regem, atq; hi qui ducebant, iuberent hominem bono esse animo, fore enim incolumem simul atq; venisset ad oculos regis, Omnem, inquit, spem salutis mihi adimitis: mordens regem quod luscus esset. Rex audito ioco, iussit hominem agi in crucem.

I *Ex ambiguo* Chirosofphus Dionysij adulator, quum videret regem cum aliquot familiaribus ridentem, ipse quanquā longo abesset interuallo, nec audiret, pariter risit. Rogauit Dionysius num audiret que dicerentur. Negauit. quur igitur, inquit, rides? Quoniam persuasum habeo, quicquid istuc est quod inter vos agitis, esse aliquid ridiculum. Ridicula Græcis dicuntur interdum non deridenda, sed festiua.

Arcadion adulator odio Philip. Macedonis spō 2
 te deseruit patriam. Euenit autem, vt Philippo
 Delphis agente adesset. Eum rex accersitum ro-
 gavit, quousq; fugies Arcadion? Donec, inquit,
 peruenero, vbi nemo norit Philippum. Quis nō
 miretur eam libertatem in adulatore? Sed hac li-
 bertate delectatus rex, vocauit illum ad cœnam,
 itaq; cum eo in gratiam redijt. Quāq; libertati
 suberat adulatio, subindicās Philippum nusquā
 non esse celebrem.

Melanthus Alexandri Pheræi parasitus, inter 3
 rogatus quomodo fuisset interfectus Alexander, Ventris sta-
 dium
 per coxam, inquit, in meum ventrem. Sentiēs idē
 vulnus etiam suo inflictum ventri, cui iā erat esu-
 tiendum, mortuo qui consueuerat alere.

In Archippum Atheniensium ducem, contra 4
 etis & incuruis humeris, iecit scomma, dicēs eū
 οὐ προεισάναε τῆς πόλεως ἀλλὰ κικυφίναε. nā
 locus latinis verbis reddi non potest. Quāquā
 legendū arbitror προκικυφίναε id est, nō ante-
 stetit, sed antecubuisse. Stat enim q erecto est
 corpore προκύπτει qui se ante alium incuruat.

Interrogatus quid sentiret de tragœdia Dioge 5
 nis, negavit se vidisse, quod esset obiecta verbo: Verbotum
 ampullæ
 tum inuolucris. Notans ambitiosa verborum co-
 pia rē obscurari. Refert Plutar. περί τοῦ ἀκούειν

Agis Argiuis adulator videns Alexādrum in 6
 gentia munera dedisse cuidam ridiculo, exclama- Libertas
 adulatriæ
 uit, O rem vehementer absurdam. Quum Alexā-
 der hac voce excitatus dixisset, Quid tu ais? Fa-
 teor, inquit Agis, me pati non posse, quum videā
 vos ē Ioue prognatos omnes pariter assentatori-
 bus delectari. Siquidem & Iupiter Vulcanū ha-

bet pro Morione, & Hercules Cercopib. & Bacchus Silenis delectari consuevit. Tales videmus & apud te magni fieri. Pestilentissimū adulationis genus, sub libertatis imagine blandiri.

7 *Omen* Seuerus imperator quum e Britannia rediret, non solum victor, sed etiam in æternū pace fundata, voluēs animo quid ominis sibi occurreret, æthiops quidā è numero militari, clarę inter scurras famę, ac iocorum celebrium, cū corona e cupressū facta ei occurrit. Cæsar & coloris & coronę tactus omine, nam cupressus funebris est, iratus iussit hominē submoueri. At scurra discedēs peius omen addidit lingua, dicēs: Totū fuisti, totum vicisti, iam deus esto victor. Scurræ iocus vaticinium erat. Nam Cæsar aliquanto post periit.

8 *Adulater* Anaxarchus quum Alexādrum se ob Cliti necem discruciantē videret, Clito, inquit, contigit iustitia, quę dijs assidet: persuadere cupiens, quicquid à rege fieret, ius falsq; esse. Nam & Alexander pro deo se haberi sustinebat.

9 *Impius adulator* Praxaspes Cambyzen regē admonuit, vt parcius vino indulgeret. Turpem enim esse in rege ebrietatē, in quem vnum omnium essent coniecti oculi: cui rex, Vt scias, inquit, quā mihi nūquam excidam, approbabo etiam post vinum & oculos & manus in officio esse. Bibit deinde solito largius, iamq; vinolētus iubet obiurgatoris filium produci, alleuataq; supra caput sinistra manu stare: tunc in cor adolescentis figit sagittam, nam id dixerat se petiturum: recisoq; pectore, iaculum cordi infixum ostendit patri, rogans num satis certam haberet manū. At ille negauit Apollinem potuisse certius mittere,

Nicesias Alexandro abigenti muscas, quod ab illis diceret se morderi. Magis, inquit, ab alijs quę plus tui habent, gustato sanguine. Adulatores notaui, vt omnibus muscis plus fugentes.

Clisophus Atheniensis adulator, Philippo increpanti cur semper aliquid peteret, Obliuiscor, inquit. Lepidus iocus, sed pugnans cum laudatissima sententia, Beneficij accepti meminisse, dati obliuisci oportet.

Idē à Philippo donatus equo saucio, vēdidit, & ab eo post interrogatus, vbinam esset equus, ex vulnere, inquit, illo confectus est. Ludens ex ambiguo. Nam *πῖπρακται*, sonat venditus est & confectus est.

Idem Philippo iacenti in ipsum scommata, & admodū hilari, Ergo posthac, inquit, te nō aliam lepide inuertens rem. Nam reges in hoc alū parasitos, vt illorū dictis exhilarentur. Quod si ipsi reges per se norint ludere, & in alios ridicula dicere, nihil opus sit parasitis, quū ipsi norint parasitos agere. Alioquin parasiti magis alunt reges, quā reges parasitos. Quāquam Plutarch⁹ in Symposiacis ita refert, *ὄυκ ἐγώ σε τρέφω*, id est, non ego te alo. notans regē quod versa rerū vice, pro rege ageret morionē. Tu me alis, vt ridiculis dictis te exhilarem, non ego te.

Bithys parasit⁹ quū Lysimach⁹ rex vesti ipsi curasset affigendū scorpionum ligneum, aut, vt Plutarchus ait, rubetam, pulchre assimilatum vero, perturbatus resiliit. Ridentibus omnibus, vbi dolum sensit, & ego, inquit, te vicissim terrebo rex. Quum ille dixisset, fac, Da mihi, inquit, talentū: exprobrans regi fordes & parsimoniam,

10

Musca regum

11

Petax

12

13

Ex inuersione

Salte

14

Parsimonia exprobrata

- 15 **Ex nomine** Philoxenus, cui cognomē Pternocopis, patria Corinthius, orto sermone quod turdi magno viderentur, quum forte adesset Corydus, qui male audiebat, quod corpus suum ad questum prostitisset, Atqui ego, inquit, memini fuisse tempus, quo Corydus obolo parabatur: Ludens ex ambiguo. Nam Corydus etiam auiculæ nomen est.
- 16 **Mediocritas grata** Idē, opinor, dixit eas esse iucundissimas carnes quæ carnes nō sunt, & suauissimos pisces qui pisces nō sunt. Item dixit amœnissimam esse navigationē iuxta terram, & ambulationem iuxta aquam.
- 17 **Libere** Philoxenus poeta Dionysio recitante sua carmina, quum alij per assentationem laudarent, exclamauit, Abducite me in lapicidinas. Subindicans hoc esse tolerabilius, quā audire laudareque tam mala poemata. Nam antea rex offensus miserat illum in lapicidinas.
- 18 **Argute** Idem interrogatus quur in tragœdijs induceret mulieres malas, quum Sophocles eas induceret bonas, argutissime respondit: quoniā, inquit, ille tales inducit, quales esse deberent: ego quales sunt.
- 19 **A carmine Homeri** Idem apud Pythonē prandens, appositis oleis quum paulopost inferretur patina piscium, percusso vasculo quod habebat oleas, Homericum hemistichiū dixit μάσιξιμ δ' ἐλάειμ: id est, scuti ea incitauit, vt traherent. Nam de auriga dictum est. Sensit autem Philoxenus oleas quamprimū auferendas, alludens interim ad Græcam vocem ἐλαειμ quæ sonat olearū, & ἐλάειμ quod sonat trahere currum, aut aliquid simile.
- Idem vocatus ad conuiuium, quum esset appositus ater panis, Caue, inquit, multos apponas, ne

facias tenebras. Nigra enim obscurant, & atras tenebras dicimus, quoniam color albus plurimum habet lucis, unde & oculis noxius.

Corydus parasitus compotante ipsi meretrici 20
la, cui nomen erat Gnome, quum vinum deficeret, ipse iussit imponi duos supra centum obolos, Gnome autem conferre quantum populo videretur: notans illam e populo quæstum facere.

Idem quum Plyctor citharædus lætem forbes 21
ret, ac lapidem lenti admixtum manderet, O miser, inquit, etiam lenticula te ferit: Significans illum dignum qui ab omnibus lapidaretur, posteaquam lens illi lapidem incusserat.

Idem quum apud Ptolemæum Mattya cibi laudatissimi 22
genus circumferretur, sed apud Corydum semper deficeret, Vtrum, inquit, Ptolemæum ebrius, an videor mihi videre ista circumferri? Admonens se nihil aliud quam spectatorem esse Mattyæ. *Ebrijs autem videntur omnia versati in gyrum.* Spectator conuiuij.

Idem Chærephonti parasito dicenti, non possum 23
ferre vinum: ne id quidem, inquit, quod in vinum. Sentiens illi non esse quod impenderet in vinum. Fert autem qui tolerat, & fert qui confert pretium. Ex ambiguo.

Idem quum Chærepho nudus in conuiuio distenderetur, ô Chærephon, inquit, nunc te veluti 24
lecythos intueor, quousque plenus sis. In lecythis vitreis apparet, quousque plenæ sunt, si eximantur e thecis. Ita in cute illius apparebat expletio totius corporis. Voracitas.

Idem quum Demosthenes ab Harpalo poculum 25
ingens dono accepisset. Hic, inquit, alios Acrocothonas, hoc est bibulos appellat, quum ipse Munerz.

magnam pateram attraxerit. Cothion cyathus est fictilis. Attrahit qui accipit donū, & attrahit vinum qui bibit.

26 *Vmbra.* Idem solitus nigros panes inferre in conuiuū, quum alius intulisset nigriores, dixit illum non inferre panes, sed panum vmbra, ob immodicā nigredinem.

27 *Vetulae cubicus.* Pausimachus in parasitum qui ab ancilla abatur, dicebat illi qui cum anu consuetudinē habebat, diuersum quiddam accidere, atq; ipsi vetulae. Nam illum semper aliquid ventre concipere, illam nunquam. Sentiens illum subinde fieri saturum, illam manere sterilem.

28 *Dij miseri.* Cinefias videns Alexandrum magnum a pharmaco quod sumpserat vehemēter turbatū. Quid, inquit, nobis faciendum est, quum vos dij talia patiamini? quum Alexander ægre sustulisset oculos, Quales, inquit, dij sum? metuo ne dijs inuisi.

29 *Libertas in elca.* Pantaleon in Arfinoen Lysimachi vxorem vovete solitam torsit hunc versiculum.

κακῶς κατάρχης τίνος ἰμοῦ ἄρ ἰσαζωρ.
 Dominare prauis, qui hanc vomentē induxeris,
 Quod vbi rescivit Lysimachus, in mustelę cauca
 inclusit hominem, ac tanquam feram circumferri
 iussit, aluitq; vsq; ad mortem. Huic certe bonum
 dictum male cessit.

30 *Benigne.* Arcesilaus quum Apellem Chium ægrum inuisens etiā egere sensisset, postridie reuisit illum decē drachmas secū adferēs, & proxime assidēs: hic nihil est, inquit, præter Empedoclis clemēta, Ignē & aquā, terrā, atq; volubilis ætheris orbes. Ac ne cubas quidem, inquit, satis cōmode. simulq; moto cervicali, furtim subiecit pecuniā. Hanc

quum anicula, quæ ægrotanti ministrabat, reperisset, & Apelli narrasset: ille ridēs, disperciam, inquit, nisi hoc Arcefilai furtū est. κλίμια α κλῆς πῖω, quod Græcis & celo significat, & furor.

Apelles quum vidisset tabulā a Protogene pictam, quam Demetrius in bello seruarat deprecantibus Rhodijs, aliquandiu præ stupore tacitus eam est contemplatus, tandem in hanc vocē erupit: Ingens labor, ac mirandum opus, desunt tamen Gratia, quæ hoc aliq; eiusdem auferant, atq; in cælo reponant. Eam tabulam Protogenes nondum absoluerat.

Quum Megabyzes aliquādo in officinā Apellis venisset, cœpissetq; nescio quid de pingēdi arte loqui, Apelles non ferens regem de his iudicantem quæ non didicerat, Quamdiu, inquit, sis lebas, omnes te ob aurum, purpuram, ac diadema venerantes, magnū virū esse putabant: nūc pueri mei qui colores terunt, ob inscitā te ridēt. Plinius pro Megabyze ponit Alexādrū Magnū.

Pictori parum perito de celeritate gloriantī, & ostensa tabula dicēti, hanc modo pinxi, Etiam si tacuisses, inquit Apelles, res ipsa loquitur quod eam ex tempore subito pinxeris.

Apelles quū Laidem adhuc virginem vidisset ex Pireæo ferentem aquā, admiratus in signē formam, duxit illam in conuiuīū sodalium. Cæterū irrisus ab illis, quod pro meretrice virginem adduxisset in conuiuīum, Ne miremini, inquit, ego eam alo, vt aliquando fruam. Nam prius q̄ totum excesserit triennium, eam formosam reddam.

Idem dicere solet sibi cū Protogene omnia esse paria, aut illi etiā meliora: vno se præstare, quod

31
Opus imortalitate et ingenium.

32
De arte artificis.

33
Celeritas inepta.

34
Spes boni futuri.

35
Morosa diligentia.

N ij

ille manum de tabula nesciret tollere. Sentiens Protogenem peccare nimia diligentia, quam morosam appellant, quæ frequenter officit, non pictori tantum, sed & oratori. Huic vitio affinis fuit vir eximie doctus Paulus Aemilius Veronensis, qui sibi nunquam satisfaciebat, sed quoties recognoscebat sua, mutabat pleraque; diceres opus non correctum, sed aliud; idque subinde faciebat. Quæ res in causa fuit, ut citius elephantum pariant, quam ille quicquam edere posset. Nam historiam quam edidit, plusquam triginta annis habuit præ manibus. Et suspicor huc adactum, ut euulgaret. Nec multum abfuit ab hoc vitio Thomas Linacrus Anglus vir vndequaque doctissimus.

36
Artis exercitatio.

Nunquam tam occupatus fuit, ut diem prætermitteret in quo nihil omnino pingeret, arte exercens. Vnde subducens sese a negotiis dicere solet, hodie nullam lineam duxi. Quæ vox abijt in prouerbum, de quouis officio prætermisso.

37
Iudicare de arte aliena.

Idem tabulas in pergula proponere solet, postque eas latitans, quid prætereuntes reprehenderent auscultabat. Sutor quidam reprehendit, quod in crepidis pauciores vna intus fecisset ansas. Tu lit hoc tacitus Apelles: postridie quum idem critica crux aliquid notaret, Apelles indignatus prospectit, denuncians illi, ne sutor ultra crepidam iudicaret. Quod & ipsum in prouerbum venit.

38
Ei non sicut dicere.

Protogenes Rhodi viuebat. Eo Apelles videndi eius gratia profectus est: continuoque petit officinam, in qua tabulam magnæ amplitudinis in machina aptatam picturæ, anicula quædam custodiebat. Ea Protogenem negauit esse domi, rogauitque a quo quæsitum diceret reuerso. Ab hoc,

Inquit Apelles, arreptoq; peniculo lineam ex colore duxit, summæ tenuitatis, per tabulam. Reuerso Protogeni, quæ gesta erât, anus indicauit. Ac lineam ille contemplatus, cōtinuo dixit, Profecto Apelles Rhodum venit. Nec enim in aliū cadit tam absolutum opus. Mox induxit alio colore lineam illa subtiliorem, anuique mandauit, vt si rediret hospes, diceret ostensa linea, hic est quem quæris. Reuersus Apelles, & vinci erubescens, tertio colore lineas secuit, nullū relinquens amplius subtilitati locum. Protogenes victum se confessus, in portum deuolat, hospitem quærit, domumq; ducit victus victorem. Ex minimo vestigio artifex agnoscit artificem.

Agatharchus pictor sese iactabat de pingendi celeritate, quum Zeuxis diutius immoraretur operi. At Zeuxis respondit, ea quæ cito fiunt, cito perire: contra quæ paulatim exacta cura absoluerentur, ætatem ferre. Juxta Valerium ita respondit, Diu pingo, quia pingo æternitati. Cito nata, cito pereunt: diu elaborata ferunt ætatem. Beta cito nascitur, buxus paulatim.

Cito nata
non durat

Zeuxis certamen artis exercuit cum Parrhasio. Quū enim Zeuxis tam scite effinxisset vuas, vt in scenam aues aduolarent, Parrhasius detulit linteum pictum, ita veritate representata, vt Zeuxis alitum iudicio tumens, flagitaret tãdem remoto linteo ostendi picturam. Mox intellecto errore, Vicisti, inquit, Parrhasi. Nam ego aues fefelli, tu artificem. Rari candoris inter artifices exemplum.

Idem postea pinxit puerum vuas ferentem, ad quas quum aues aduolassent, processit iratus

41
Imitatio.

operi, Vuas, inquit, melius pinxi, q̄ puerum. Nā si hoc consummassem, aues puerū timere deberant. Ingenuitatis exemplum. At aues viderūt in puero nullum esse motum, itaq; aut mortuū, aut dormientem arbitratæ sunt.

42 *Superuacua* Scopas Theſſalus ſtatuarū artifex demiranti quæ in ædibus ſuis tantum haberet rerū ſuperuacanearū & inuſitatarū, Imò his, inquit, ſuperuacaneis felices ſumus ac beati, non illis neceſſarijs. Quum ea quæ ſunt vitæ neceſſaria, ſint ſua pte natura pretioſiſſima, tamen quia quotidiana ſunt, multiq; cōmunia, contemnuntur. Cæterū quāti ſint pretij, declarat extrema neceſſitas, quæ ſi incidat, quilibet libens omnes gemmas, aulææ & aurum ſuum vno pane commutet: Cætera magis ad oſtentionem pertinent, q̄ ad ſalutem.

43 *Philosophia ars* Polycletus ſtatuarius dicere ſolet, eorum opificium eſſe moleſtiſſimum, quibuſcunq; lutum perueniret ad vngues, Plaſtas opinor ac figulos notans. Admonuit autem eas artes exercendas, vnde non conſpurcarentur opifex. Tale nimirum philoſophiæ ſtudio.

44 *Populi iudicia.* Idem duas ſtatuas eodem argumento fecerat, alteram ad artis iudicium, alteram ad opinionē vulgi, & ad cuiuſuis prætereuntis iudicium. Am̄babus perfectis admittit turbā. Prior illa quam ex arte fecerat, magnopere laudata eſt, altera nō item. Tum Polycletus, atqui ſcītote, inquit, quod hanc quam tantopere laudatis, ego feci: eam quā vituperatis, vos feciſtis. A populo factam dixit, quam ad iudiciū populi fecerat. Vicit tamen artis ſpecies imprudētes. Si moniti fuiſſent, vtram ad illorum iudicium finxiſſet, eam prætuliffent.

Arato destināti tyrannorum cōmuni odio ab: 45
 olere tabulam insignis artificij, quæ Aristratum Honos arti-
 in curru victorem habebat, Nealces supplex in- tis.
 tercessit, vt opus incolume seruaretur, dicens cū
 tyrannis non cum tyrannorum imaginibus bel-
 ligerandum esse.

Quum Philippus locum quendam Ithomatā 46
 non minus munitum, si præsidium imponeretur, Diuinatio.
 quæ erat Acrocorinth⁹, occupasset, & sacrificio per-
 acto per vatem ad ipsum exta essent delata, ac-
 cepta Arato ac Demetrio Phario demonstrauit:
 & ipse animi dubius rogabat eos quid exta por-
 tenderent, vtrum Messenijs locum redderet, an
 retineret. Hic Demetrius arridens, Si animum,
 inquit, vatis geris, locum dimittes: sin regis, vtro-
 que cornu bouem retinebis. Peloponesum bouis
 ænigmate signans, quam facile tueretur, si duas
 arces præsidio tueretur. Aratus autem rogatus a
 Philippo suam sententiam dicere, post diutinum
 silentium, hunc in modum respondit, Permulti
 sunt o Philippe Cretensium montes, permulti
 Bœotiorum ac Phocesium tumuli terra promi-
 nentes. Item plurimi Acarnaniorum, partim in
 mediterraneis, partim in oris maritimis siti, qui
 natura munitissimi sunt: & tamē quum horū nul-
 lum ceperis, omnes tamen sponte imperata fas-
 ciunt: latrones rupes & saxa incolunt, ac præci-
 pitijs se tuentur. Regi autem nihil beneuolentia
 firmitus aut munitius esse potest.

Philippus Arato venenum dandum curarat, 47
 quod non repente occideret, sed lenta tabe cōsu- Regum
 meret. Id vbi sensit Aratus, nec inueniretur re- amicitia.
 mediū, dissimulauit, & ingressus cubiculum vni

tantum ex familiaribus dixit : O Cephale, hæc sunt præmia regiae amicitiae. Nõ semper tutum regibus optima dare consilia.

48 Quum ex Atheniensium socijs quidam contumeliæ causa rogasset captiuum Laconem, num qui in prælio occubuissent, fuissent strenui viri Magni profecto, inquit Lacon, faciendum fuissem, sagittam sentiens, si strenui ignauique discrimen nossent. Significans illic ubi res sagittis aut saxis agitur, nullum esse fortis & ignaui discrimen: sed ubi cõminus res geritur, ibi demum apparet qui sint viri, qui non.

49 Otium. Turbo Adriani Cæsaris præfectus, admonitus ab eo, ut curam haberet suæ valetudinis, sibi que daret vacationem a negotijs: respondit, non decere Cæsaris præfectos nisi stantes mori. Ignauum esse sentiens, in lecto decubentem expirare.

50 Modeste.] Idem quum adhuc nihil aliud esset quam centurio, & ante præfectos a Cæsare vocaretur in consilium: Turpe est, inquit, ô Cæsar, exclusis præfectis cum centurione agere.

51 Animi bona. Milo Crotoniæ athleta iam senex quum vidisset athletas alios in curriculo sese exercentes, fertur inspexisse lacertos suos, lachrymansque dixisse, At hi iam mortui sunt. Merito fleuit, qui felicitatem, corporis viribus metiebatur. Animi vigor serius senescit, si tamen senescit vnquam.

52 Nuncijs fidelis. Philippides dictus *ἡμερόδρομος*, quod vno die mille quinquaginta stadia conficiens Lacedæmonem peruenit. Idem, ni fallor, quum victoriam Atheniensium aduersus Medos in Marathonem partam, senatui de pugnae exitu sollicito nunciaret, *μέγα χαίρειτε*, inquit, *νικῶμεν*, id est,

multum valet, vincimus. moxq; expirauit.

Perseus quum cui dam noto daret pecuniam, 53
 cautionem fecit in foro apud mensarium. Hanc Cautio
tuta
 diligentiam quum amicus admirans diceret, adeo
 ne legaliter Persee? Scilicet, inquit, vt amater re-
 cipiam, nec legaliter reposcam. Fit enim sepe nu-
 mero, vt qui cum amico bona fide sine testib⁹ ac
 syngraphis agunt, post cogantur cum eo legib⁹
 agere. Dicti nonnulla gratia est in Græcis, *νομι-
 κῶς & Οελικῶς.*

Timō Atheniēsis dicit⁹ *μισάνθρωπος* interro- 53
 gatus quur omnes homines odio prosequeretur,
 Malos, inquit, merito odi: ceteros ob id odi, quod
 malos non oderint. Sentiens non esse vere pro-
 bos, qui non detestantur improbos.

Eidem ascribunt, quod dicere solitus sit, duo 54
 præcipua esse malorum omnium elementa, auar- Malorum
fons
 ritiam, atq; ambitionem. Ambitio male profun-
 dit, quod male collegit auaritia.

Alexinus sophista inter ambulandū multa ma- 55
 la dixit in Stilpontem Megarensē: cæterū vbi Latus cōcl-
liat amicos
 quispiam eorum qui aderāt dixisset, Atqui ille te
 nuper laudauit: Per Iouem, inquit, vir enim opti-
 mus est, ac præstantissimus. Tam facile ex obre-
 tatore factus est laudator, nō ob aliud nisi quod
 ab eo laudatus esset.

Gorgias Leontinus sophista centesimū septi- 56
 mum agens annum, rogatus quare tandiu vellet Senectus
virilis
 in vita manere, Quia nihil, inquit, habeo, quod ac-
 cusem senectutem.

Socrates dicitur eū execrari solitus, qui primus 57
 vtilitatem à natura seiunxisset. Naturam appel-
 lat honesti rationem homini à natura insitam.

- 58 *Mali diffi- mulatum* Philotimus medicus cuidam ostendenti digi- tum exulceratum, quū hepar haberet tabidum: id enim ex colore deprehēdit: Nō est tibi, inquit, ō bone periculum ab vnguium vitio. Idem fe- re fit ab hominibus, vt de leuioribus malis querā- tur, grauiora dissimulent.
- 59 *Voluptas* Archyta Tarentinus Pythagoricus dixit nul- lam pestem capitaliorē hominibus à natura da- tam, quàm voluptatem. Ex hoc enim fonte pro- dit quicquid est in hominum vita scelerum & calamitatum.
- 60 *Frugalitas* Prodicus dicere solet, optimum condimētum esse ipsum ignem. Sentiens bono stomacho satis esse opsonium esse coctum, etiam si nihil accedat deliciarum.
- 61 *Laude in- corruptus* Menedemus quum audisset quod frequēter ab Alexino laudaretur, At ego, inquit, illū semper vitupero; declarans se non posse corrumpi laudi- bus, quo minus eum reprehenderet, qui reprehē- sione dignus erat.
- 62 *Ab inco- pectato* Cuidam qui in foro Romæ loricated ambulabat, prætexens id se metu facere, perquam scite dixit Vibius Crispus, Quis tibi sic timere permi- sit? Ludens ex inopinato. Expectabatur enim, vt obiurgaret hominem quod præter consuetudinē Romanam armatus incederet. At ille increpuit hominem, quod sic timeret, quum liceret manere domi, si quid timeret.
- 63 *Comiserat- tio in malis* Quidam deciderat in puteum profundū. Eum quum vidisset quispiam, commiserans homi- nem dixit, Miser, quomodo in puteum decidi- stis? Tum ille, Quid refert quomodo inciderim? hoc potius agēdum, quomodo hinc possim edu-

ci. Hoc refertur à diuo Augustino.

Medicus quidam ægrotati dederat pharmacū, 64
 eoq; sumpto cōualuit ægrotus. Euenit vt aliquā-
 to post idē morbus recurreret: ægrotus quum ad
 idem pharmacum quo prius conualuerat, confu-
 geret, nec sentiret remedium, accersit medicum
 admirans qui factum esset, vt eadē medicina, que
 pri⁹ depulisset morbū, postea magis aggrauaret.
 Huius rei causam sciscitāti medicus facete respō-
 dit, Fateor idē fuisse pharmacū, sed ideo nō pro-
 fuit, quia ego nō dedi. Sentiens medicorum esse
 dare pharmaca, qui norunt quando & quomodo
 dandū. Quę profunt iuueni, nocent seni, & cōtra:
 quę iuuant cœlo tepido, lædūt frigido. Et hoc re-
 fertur ab Augustino.

Euclidi cum fratre similtas erat: is quum mini 65
 tans dixisset, Dispercam ni te vltus fuero. Eucli-
 des contra, Dispercam, inquit, ni tibi persuasero.
 Hoc dicto soluta est similtas, & reditum est in
 gratiam.

Aristo dicere solet eos ventos esse nobis mole- 66
 stissimos, qui abstrahunt pallia. Nam his contra
 ventos munimur. Ita grauissime lædūt amici, qui
 expiscantur arcana.

Gnathena meretrix reprehēsa a Stilponte phi- 67
 losopho, quod adolescentes corrumpere, Tu, in-
 quit, egoq; Stilpon, in eodem hæremus crimine,
 qui adolescentes tecum versantes inutilia quædā
 & amatoria sophismata doces, vt nihil referat cū
 philosopho versentur, an cum meretrice.

Eadem parasito quē alebat anus, eratq; obeso 68
 corpore, eleganter, inquit, o adolescens es affect⁹
 corpore. At ille, Quid igitur futurum putas, si

Reconci-
liatio

Philosoph⁹
meretrici
similia

Ab inexc-
pectato

non secundus in lecto dormirē? Fame, inquit Gnathæna, perisses: subnotans illum vetulæ concubitu ali. locus est ab inexpectato.

69 *A nomine* Eadem quum Pausanias quidam nomine Lacus, saltans in cadum incidisset, Lacus, inquit, in cadum incidit. Nam Græci laccum vocāt quod nos lacum. Cadus in lacum incidere solet, lacum in cadum incidere absurdum est.

70 *Parfimonia* Eadem quum quidā vini paulum infudisset in psycterium, id est vasculi genus refrigerando vino paratum, diceretq; hoc vinum sedecim annorum est: pusillum est, inquit, pro tot annorū ætate. Hoc ipsum ascribitur Phrygæ.

71 *Certamen argentariū* Eadem quum in conuiuio duo adolescētes pro ipsa inter se pugnarent, victum ita consolata est, Bono animo es puer, non enim est certamen coronarium, sed argentarium. Sentiens in alijs certaminibus victorem ferre coronā, hic victori numerandam pecuniam, vt melior sit conditio victi quàm victoris.

72 *Petax metretix* Eadem ei qui filia ipsius minam dederat, nec postea quicquam adferebat ipsi, nihilo minus solito more ad eam ventitans, Heus, inquit, puer, num putas te, quemadmodum semel data mina ad Hippomachum pædotribam, ita semper ad me commeaturum?

73 *Coculus yltronicus* Eadem adolescenti qui sua sponte venerat ad conuiuium, præbuit his verbis, Cape, inquit, superbe. quum ille commotior dixisset, Qui superbus? immo, inquit Gnathæna, quis te superior, qui nec vocatus venias? Locus est ex ancipiti: nec vocat⁹ venit, qui non vocatus venit, quod est impudentiæ: & nec vocatus venire dicitur, qui vocat⁹

tus venire recusat, quod est superbiq̄.

Eadem à duobus conducebatur, quorum alter 74
erat miles, alter mastigias seruus. Milite vero per
contumeliam illam appellante lacum, an, inquit,
quia duo amnes in me influūt, Lycus, & Eleuther-
us? Lycus & Eleutherus fluuiorū nomina sunt:
sed illa alludit ad seruum amatorem, & liberum.
Lupus esurit, liber arrogans est.

Nico meretrix, cui cognomen erat capra, para 75^t
situm quempiam obuium habens à morbo graci-
lem, quā macilentus, inquit. Quum is respōdis-
set, quid me putas triduo comedisset? aut lecythū
inquit, aut soleas. Parasitus sentiebat se nihil aut
minimum edisse, illa respondet quasi de cibi ge-
nere interrogata.

Callistion cognomento Prochelena, quū à quo 76
dam esset conducta seruo, isq̄ quoniā estiuo tem-
pore nudus accumbebat, ostenderet in corpore
notas plagarum, Vnde, inquit illa, miser? quūq̄
is dixisset se puerum iure fuisse perfusum: Tum
illa, Nimirum vitulino: sentiens esse flagrorū ve-
stigia. Ex carnibus vitulinis coqui faciunt ius, ex
pelle vitulorum fiunt lora.

Thais glorioso cuidam amatori, qui cum mul- 77
ta pocula sumpsisset commodato, diceret se velle
illa cōfringere, aliaque parare: Perdes, inquit, qd̄
cuique proprium est. Ambiguo sermone notans
esse commodatitia. Poterat autem intelligi, si cō-
sulentur, perire quod cuiq̄ poculo proprium est.

Lais Corinthia cuidam amatori, qui misso sigil 78
lo iubebat illam venire, non possum, inquit, lutū
est. Olim terræ genere signabant, at illa lutū esse
dixit, quasi ob lutum viarum non posset accede-

Ab inexpl
ctato

Ex ambig
quo

Ex ambig
quo

re. Luteum sigillum nihil morabatur, argenteum
quærebat.

Eadem Myronem falsissime repulit, sed præ
stat hoc Aufonij verbis referre.

Canus rogabat Laidis noctem Myron.

Tulit repulsam protinus.

Causamq; sensit, & caput fuligine

Fucauit atra candidum.

Idemq; vultu, crine non idem Myron,

Orabat oratum prius.

Sed illa formam cum capillo comparans,

Similemq; non ipsum rata,

Fortasse & ipsum, sed volens ludo frui,

Sic est adorta callidum:

Inepte, quid me quod recusavi rogas?

Patri negavi iam tuo.

Hoc videtur imitatus Imperator.

79 Leontium, quoniam ipsa cum amatore discum
bente, ingressa est Glycera, & amator ad hanc vi
debatur procliuior, sedebat mœsta. Hanc quum
notus quispiam appellasset, dicens, Quis mœres
Leontium? Vterus, inquit, mihi dolet. *ὄσιρα* græ
cis vterum siue vuluam sonat, & eadem vox so
nat, posterior: significabat autem posteriorem Gly
ceram magis placuisse, idq; sibi, dolere.

Adolescens quidam in Aegypto deperibat in
Theonidē meretricē, quūq; illa peteret ingentē
mercedē, tandē adolescēs somnauit se rē habere
cū ea, atq; ita liberat⁹ est amore. Petit illa mer
cedē. Negante iuvene itū est ad iudicē. Boccho
ris pronūciat vt iuuenis in vasculo adferret tantū
pecunię, quantū illa postularat. Iubet adesse
meretriculā, & vmbra frui pecunię circumlatæ.

Hoc iudicium Lamia velut iniquum reprehēdit, Iuuenis somnio liberatus est, inquit, ab amore: at umbra pecuniæ non exemit Theonidi pecuniæ amorem.

Phryne iam anus, dixit à multis fecē emi, propter vini gloriā. Sentiens multos ideo secū cōgredi, vt gloriari possent cum Phryne rem habuisse. Sicut vini magni nominis etiā fex emitur, vt iactare possint se tale vinum habere domi.

Eadem ætate florens, in conuiuio cui complures aderant foeminæ, quū iuxta morē loci conuivialis quod vnusquispiā faceret, idem omnes facere cogerentur, prior manum bis aque immersam admouit fronti. Quoniam autem omnes erāt fuscatae, aqua per lituram fucorum defluens, rugarū specie vultus omnium deformabat, quū ipsa interim Phryne, quæ naturali forma pollebat, speciosior etiam appareret diluta facie.

Quum amatores quoniam gratis non admittebantur, filia domū expugnaturi, vectes, ligones, & ballistas admouerent, Phryne prodijt, Quum ista, inquit, haberetis domi, quin potius afferebatis preciū? Sentiēs ita facilius expugnari meretricum aedes, dando quàm fodiendo.

Phryne Praxitelē, à quo deamabatur, rogauit, vt ex operibus quod haberet pulcherrimum sibi donaret. Promisit quidē amans, sed illa sensit artificē dissimulare quod esset optimū. Itaq; subornauit seruū qui Praxiteli in foro sua videnti nūciaret incendium in officinā incidisse, ac pleraq; illius opera conflagrasse, non tamen omnia. Praxiteles exclamauit, nihil sibi relictum, si Satyrū & Cupidinem flamma corripuisset. At Phry

80

Vetula
amata

81

Fucata

82

Precium
expugnat

83

Callide,

ne occurrens iussit illum bono esse animo, nihil enim triste accidisse. Sed hoc commento deprehendit in quod opus ille plurimum artis contulisset, & Cupidinem abstulit.

84 Phryne cuidam iuueniliter iactanti quod multas haberet, se studio tristem exhibebat: ac rogati causam, ob hoc ipsum irascor, inquit, quod multis inuolutus fueris. de plagarum notis sentiens, quas in illius corpore deprehendit. erat enim seruus. at ille gloriabatur de puellis, quibus potitus fuerat.

85 *Amator blandus* Eadem auaro cuidam amatori, blandienti, dicens, Tu Praxitelis Venuscula es: & tu, inquit, Phidiæ Cupido. Blandimentum blandimento pensans, & obiter auaritiam homini cupido exprobrans. Nam Phidias à parsimonia nomen habere videtur.

86 Eadem cum insidiaretur pudicitie Xenocratis, & in eisdem ædículas ab illo esset admissa, ac precibus tandem impetrasset, ut lectuli partem, qui illic vnicus erat, ipsi concederet: reuersa ad illos qui eam subornauerant, ac rogata quid profecisset: ego, inquit, à statua redeo, non à viro. Idem elegantius narrat Valerius Maximus. Pacta cum adolescentibus, ut Xenocratem ad coitum sollicitaret, sese in illius probe poti lectulum coniecit. post stridie quum adolescentes exprobrarent quod tam formosa puella poti senis animum pellicere non potuisset, pactumque victorie precium flagitaret, facete elusit, dicens se de homine non de statua cum illis pignus posuisse.

87 *Ab inexte stato* Lamiam meretricem Demetrius rex adamabat parum sobrie. Ea quum iam senescens in conuiuio

tibijs cecinisset, Demo, quæ & Mania dicta est, interrogata a Demetrio, quid videretur Lamia, Anus, inquit. aliud respōdēs atq; expectabat rex: Nam ille sciscitabatur, q̄ scite videretur canere.

Rursus appositis bellarijs, quum rex diceret, vides quàm multa mihi mittat Lamia? plura, inquit, tibi mittentur a matre mea, si velis cum ea dormire. Notans anus solere donare ijs a quibus subiguntur.

Anicula Theophrasto licitanti quiddam, idque admodum Attice, hospes, inquit, non vendo tanti. Notans illum quali non esset Atticus natura, qui supra modum affectaret Atticissimum. Id enim solent hospites, dum in aliena lingua volūt videri disertī.

Phocionis cognomento Probi vxor dicere solebat, suum mundum esse præclara gesta mariti. Ita frugalitatem suam excusauit alijs matronis obijciētib; quod parū pro dignitate culta esset.

Quum Cyperij aduersus Altyagem Medorū regem infeliciter pugnassent, mulierēs in urbem fugientibus obuiam ierunt, ac nudatis vētrib; Quò, inquit, ignauissimi ruitis? An nescitis vos huc iterum intrare non posse, vnde semel naturæ lege egressi fuistis? Inuerso ordine matres animāt mares, quæ solent a periculis auocare.

Poppea quæ prius adultera Neronis, mox repudiata Octauia, mariti potens facta, subornauit quendam ex Octauia ministris, qui ei seruilem amorē obijceret. Ancillis Octauia ad quæstiones pertractis, quædā cruciatu victæ falsis annerunt, quædam perstiterunt dominæ suæ sanctitatē prædicantes. Ex his vna instanti Tigilli

no respondit, castiora esse Octaviae muliebria, quos eius. Significans illum esse felatoribus obsequentem, aut cunnilingum.

92
Pudicitia
matronalis

Chiomata Orthiagotis vxor, quum misso pretio a suis reduceretur, ac tribunus illam officij gratia ad flumen proficeretur, clam mandauit vni seruorum, vt Romanum illum se proficentem occideret. Id vbi caput praecisum sub veste tectum ad maritum detulit, & ad illius pedes abiicit, marito admirante, dicenteque, num praeclarum duceret seruare fidem? Praeclarum, inquit, sed hoc praeclarus, vnum duntaxat qui mecum concubuerunt, viuere. Foemina aliquanto prudentior Lucretia, quae non sua, sed stupratoris nece testata est suam pudicitiam.

93
Pudica
vxor.

Canna Sinorito Galatae nupserat. Eam Synorix iuuenis praepotens adamabat, & clam interfecto Sinorito, de nuptijs Cannam sollicitare coepit. Illa quo coniugis mortem vleisceretur, dissimulauit dolorem, & coniugij spem praebuit. Tandem Synorigem ad se venire iubet in templum Dianae, cui erat dicata, quasi vellet hanc esse coniugij testem: & astans altari, ceu deae libatura, e poculo bibit toxicum, moxque tradidit Synorigi: qui simul atque reliquum ebibisset, venerata deam, Te, inquit, dearum praestantissima testor, me huius tantum diei gratia haecenus Sinorito fuisse superstitem.

94
Iouis filius.

Olympias Alexandri mater indigne ferens quod Alexander pateretur se dici filium Iouis: Non desinet, inquit, Alexander me Iunoni inuisam facere. Solent enim vxores extremo odio persequi pellices.

95 Eadem quum accepisset Alexandrum filium,

vt alij, Phillippum maritum, adamare foeminam a qua putabatur amatorijs venenis corruptus, accersiuit ad se mulierem: quinq; præter insignem formam comperisset in ea mores liberales, & ingenium egregie dextrum, Valeant, inquit, qui te insimulant veneficij. Nam tute quidem phar-
cum in teipsa ac philtum habes.

Mores pro
philtis.

Eadem quum accepisset adolescentem quendam aulicum duxisse vxorem, elegante quidē forma, sed famæ parum secundæ: Ille, inquit, non sapit, qui vxorem oculis, non etiam auribus duxerit. Forma cernitur oculis, fama auribus deprehenditur. Quidam autē nec auribus, nec oculis, sed digitis ducunt, solam spectantes dotem.

96
Bona fama

Inaphernis vxor, Dario permittente vt vnum ex suis eligeret, cuius vitā sibi donari vellet, fratrem elegit: demirante rege, causamq; seiscitante, Alius, inquit, maritus, alij liberi, si deus volet, possunt contingere: aliū fratrem parentibus vita defunctis non est quod sperem.

97
Fratris mar-
rito potior.

Cornelia Gracchorum mater, quum Campa-
na matrona illius hospitio vtens, ornamenta sua quibus illud seculū nihil habebat pulchrius, ipsi ostenderet, traxit eam sermone donec liberi redirent e schola. Tum, & hæc, inquit, ornāmēta mea sunt. Sentiens matronæ nihil esse pulchrius, neq; pretiosius, quām liberos recte educatos.

98
Matronæ
ornamenta

Omnibus Dionysio tyranno exitium impre-
cātibus, vna foemina anus quotidie diluculo deos comprecari solet, vt esset incolomis, sibiq; super-
stes. Accita a rege mulier, rogata est vnde tanta in regem beneuolentia. Quoniam, inquit, quum puella essem, & grauē tyrannū haberemus, opta-

99
In deterius
omnia.

bam mortem illius . Eo interfecto deterior ar-
cem occupauit. Et huius exitium optabam. Nūc
quum te habeamus, superioribus etiam grauior-
rem, vereor ne si tu pereas, succedat etiam dete-
rior, eoque caput meum pro tua salute deuoueo.
Tam facetā audaciā Dionysius punire erubuit.

100
Tyranni
specia.

Cuculo minores auiculas percontanti, quur is-
plam fugerent: quoniam, inquebant, suspicamur
te aliquando futurum accipitrem. Coc-
cyx enim specie nō multum differt
ab accipitre. Cauendum ab his
qui tyrānidis specimen mor-
ribus edūt. Hoc ad Ly-
siadem accommoda-
uit Plutarchus
in uita Arati.

ILLVSTRISS. PRINCIPI IV.
NIORI GVILIELMO, DVCI CLV
uensî, Iuliacensî, Môtensî, Comiti Mar
chiæ & in Rauenspurgo, &c.
Des. Erasimus Roterod.
S. D.



PVD PRISCOS IL
los illustrissime princeps,
non Græcos modo, verûs
etiam Latinos, actoribus
ac patronis causarum for
rensiû certus aquæ mo
dus per clepsydras infun
debatur, ne superuacanea
verborû copia, quum iu
dicibus tediû adferret, tum ipsi etiam causæ of
ficeret, deniq; alijs agere volentibus aditû præ
cluderet. At nō idem fieri solet in philosophicis
orationibus, in quibus tamdiu proferendus est
sermo, quàm diu auditor alacriter haurit ea quæ
dicuntur, præsertim si quæ dicuntur, conferunt
vel ad liberalem eruditionem, vel ad bene beate
q; viuendum. Itaq; perquã eleganter Plato Anti
sthenem prolixius differentē admonuit his ver
bis, Videris, inquit, ignorare, quod orationis mo
dus nō est is qui dicit, sed is qui audit. sic & Car
neades quum esset in disserendo vocalior, admo
nitus est a gymnasij principe, vt vocem modera
tius promeret: sed cum ille a gymnasiarcha pete
ret, vt sibi præscriberet modum, sanè quàm ap
posîte respondit, Istihuc quod a me petis, rectius
sumes ab auditoribus. Jam videmus quosdam nō

clepsydris, sed clepsammidijs metiri cōuiuium.
 Hoc vt fateor ad frugalitatis disciplinam vtilis
 ter fieri, atq; etiam necessario duntaxat apud eos
 qui nesciunt vnquam a mensa surgere, nisi hiru-
 dinum ritu sic distenti, vt tantum non crepent
 ac dissiliant: ita non conueniret opinor ei qui lau-
 tos & elegantes homines suauiter accipere vel-
 let: sed hunc oporteret apparatus modum a con-
 uiuarum orexi petere. At ego in hoc argumento
 cōuiuatoris personam indui, ac posteaquam cœ-
 næ tot instructæ missibus, quot actus permit-
 tuntur comœdiæ, secundas mensas non omnino
 ieiunas adieceram, mihi videbar sic egisse partes
 meas, vt si non Lucullus quispiam, certe mun-
 dus ac lautus ἑστίατωρ videri possem: atq; adeo
 metuebam, ne apud frugalitatis amatores citius
 luxuriæ quàm sordium crimen incurrerem. Ve-
 rum simul atq; prodijt opus, tanta auiditate di-
 stractum est, vt protinus a Typographo cœpe-
 rit efflagitari denuo: siue hic est argumenti, siue
 quod magis arbitror, tuus ornatissime princeps
 genius: quem confidimus non solum ditioni tuæ,
 sed & studijs fore felicem. Itaq; prioribus sex li-
 bris recognitis & auctis, addecimus duos, quos
 tu vel poscœnium, vel pomēta, siue ἱπ-
 πὸς πρῶτον, si libet, vocare pos-
 teris, ne a cōuiuij metaphora
 recedamus. Vale.

APOPTHEGMATVM LIB. VII.

THALETIS MILESI



AECPRAECIPVE CE
lebratur: Multa verba ne-
quaquam arguunt sapien-
tem opinionem. Graecis
carmen esse videtur

δύτι τὰ πολλὰ ἐπιφρο-
νίμη ἀπιφίνατο δ'όξαμ.
Sapiens enim non nisi quā
res postulat, nec pluribus

I
Paucior
gulum.

vtitur verbis quā opus est. Quemadmodum deus
omnium sapientissimus, sermonis est parcissimi.

Vnum quiddam diuina egregiū, vnum quiddam
praclarum elige. Solues enim hominum loqua-
cium linguas sine fine garrientes, ἀπειραιτο λόγος:
quod interpretes miror quare reddidit, non pauco-
rum. Satius est ad parandam honestam famam,
vnum quiddam insigne praedicere, quā diuinare de
frivolis aut quibuslibet. Sapiens enim vates est
optimus. Et praestat vno opere edito, sed egre-
gio, parare famam eruditionis, quam minus accu-
rate scribere de singulis.

2
Vnum exis-
mum.

Rogatus quid esset omnium vetustissimū, re-
spondit, deus. Quir ita τὸ πρῶτον ἀγεννητος. hoc est, nū-
quam esse coepit. Quid esset pulcherrimum, ait,
mūdus: est enim opus dei, quo nihil est pulchrius.
Quid maximū, locus. Capit enim omnia. Quid
velocissimum, mens. Discurret enim per vniuersa
sa hominis cogitatio. Quid robustissimum, ne-
cessitas, siue fatum. Superat enim omnia. Quid
sapientissimum, tempus. Nam inuenit omnia,

3
Aenigmas
ta.

O iij

hæc ænigmatum instar habent.

- 4 *Argute.* Dicebat nihil interesse inter vitam & mortē, ob id opinor, quòd vtraq; res æque esset secundū naturam, nec mortem malam esse magis quàm natiuitatem. Cuidam vero obstrepenti, quæ igitur, inquit, tu non moreris? false respōdit, ob hoc ipsum, quia nihil refert. Poti⁹ enim habetur, quod accersitur.
- 5 *Salse.* Percontanti vtrum fuisset prius, nox, an dies? Nox, inquit, vno die fuit prior. Elusit ineptum percontatorem. Si nox vno die præcessit diem, dies igitur fuit ante noctē. Nox enim finis est diei.
- 6 *De⁹ omni sciat.* Rogatus num lateret deos homo iniuste agēs, respondit, ne cogitans quidem: Significans deo nihil omnino esse occultum. At vulgus putat quæ corde voluūt, latere deum.
- 7 *Grauitè.* Adultero sciscitanti, an abiuraturus esset adulterium: non est, inquit, periuriū adulterio peius. Significans illum stulte dubitare de peierando, qui facinus periurio par non dubitasset committere. Eoq; in atrocibus sceleribus nihil ponderis habet iusiurandū. Quisquis enim audet dare venenum, audebit & cum periurio inficiari.
- 8 *Sapienter.* Percontanti quid esset difficile, seipsum, inquit, nosse. Atqui hoc vulgus putat esse facillimum. Aliena rectius perspicimus quàm nostra, & sibi quisq; adulator est.
- 9 *Admonitio facilis.* Rogatus quid esset facile: alterum ait admonere. Omnes recta consilia ægrotis damus. Interpres perperam vertit, ab alio moneri, quum sit *ἄλλοῦ ὑποτίθειν*. hoc est alteri dare consiliū. Quis enim est tam stupidus qui non admoneat alium? sibi pauci consulunt.

Sciscitanti quid esset dulcissimū: Potiri, inquit. **10**
 Nam ea demum delectant, quæ contingunt ex-
 petita. Quæ vitro obijciuntur, nō perinde iuuāt.
 Potiri dulce

Rogatus quo pacto quis facillime ferret infor- **11**
 tunium suum: Si quis, inquit, videat hostes maio-
 ribus malis obnoxios. Quidam enim ex contem-
 platione felicitatis aliene, suam calamitatem ex-
 asperant. Patientia

Interrogatus quo pacto quis optime iustissi- **12**
 meq; viueret: si, inquit, quæ in alijs reprehendit,
 ea ne faciat ipse. In alienis enim erratis perspicua-
 ces sumus, ad sua quisq; lusciosus est. Sapienter

Percontāti quis esset felix, qui corpore, inquit, **13**
 sanus est, animo eruditus, siue castigatus. Cupidi-
 tates enim, animorum morbi sunt. Felicitas vera

Dicebat amicorum absentium eque ac presen- **14**
 tium oportere meminisse. Amicitia enim est ani-
 morum coniunctio, quos non dirimit locus. Mul-
 ti non amant nisi tantisper dum vident. Amicitia

Non esse fucandam faciem, sed animum hone- **15**
 stis studijs exornandum, Quod hæc forma veros
 conciliet ac perpetuos amicos. Animal cultus

Vetuit per iniuriam ditescere: Quod lucrum **16**
 fraude partum, damnū sit, non lucrum. Lucrum
 dinosum

Μὴ διαβάλλετω σὺ λόγῳ πρὸς τὴν πίστιν
 κκοινονηκότας. Id ita v̄rit interpret: ne te in ius **17**
 vocet sermo cōtra cōiunctos tibi ac socios dict⁹.
 Ego magis arbitror Thaletē admonere, ne quid
 amicis quibus fidimus, cōmittamus, quod si effu-
 tiant, pariat nobis infamiam. Arcana nul-
 li commita-
 tenda

Quale, inquit, præmium rependeris parētibus **18**
 tuis, tale à liberis tuis expecta. Pietas in
 parentes

Dixit facillimum esse philosopho ditari si vel **19**

providētia let, idq; tali facto probavit, Omnem oleam ante quam florere cœpisset in agro Milesio coemit. Animaduerterat enim præscientia quadam olearum ubertatē fore. Hoc pacto os obturavit, qui iactabant in philosophis paupertatē nō esse virtutis, sed necessitatis. Huius meminit Cicero lib. de diuinatione primo.

SOLON SALAMINIUS

I Quum Pisistratus occuparet remp. resq; videretur ad manifestam spectare tyrannidem, neq; quisquam auderet illius conatibus obsistere, ipse productis armis, & ante edes positus, cœpit inclamare ciues: at vbi Pisistratus ad illū mitteret qui percōtarent, qua re fretus hoc auderet, Senectute inquit. Alios senectus reddit formidolosiores, illi conciliavit audaciā, quōd parum vitæ superesset, etiā si nullus occideret. Ita Plutarchus in cōmentario, An' senī sit gerēda resp. Diogenes Laertius rem aliquanto fufius narrat.

Senectus
audax

2
Pietas in
patriam

Postquam vidit rerum summam esse penes Pisistratum, arma deposuit ante curiam, dicens, O patria tibi & dictis & factis sum opitulat⁹. Hoc pacto testatus sibi non defuisse voluntatem consulendī reip. in Aegyptum nauigavit.

3
Ante motum
nemo
beatus

A Croeso interrogat⁹ an quē vidisset ipso beatiore, Telum nominavit Atheniensem, priuatū hominē, sed qui relictis liberis ac nepotibus bene institutis feliciter obiisset diē. Interrogatus de cui post illum tribueret felicitatis elogiū, Cleobin & Bitū Argiuos fratres nominavit, qui cum summa pietatis laude defuncti fuerant. Indignatus rex, nullo igiŕ loco me ponis! Ego, inquit Solon, facile confiteor te regem opibus & imperio

florentem: beatum non appellarim, priusquam feliciter hanc vitam absolueris. Refert Herodotus in primo.

Premia decreta his qui in Olympijs aut Ne-
 meis vicissent, cōtraxit, eaq; maiora decreuit ijs
 qui in bello pro patria fortiter occubuissent: di-
 cens illos & dū exercētur, magnis impēdijs exer-
 ceri: & si vicerint, magis aduersus patriam q̄ ad-
 uersus hostes coronari: & quū senuerint, ad nihil
 vtilis euadere, haud aliter q̄ detrita pallia, vt qui
 nec bello sint vtilis, nec gerēde reip. accōmodi.

Huic attribuunt & illud longe celebratissimū,
 leges aranearū telis esse similes: quanquā idem &
 alijs ascribitur, nominatim Anacharsidi.

Illud argutissime dixit, tyrannorū amicos cal-
 culis supputatorijs esse simillimos: qui vt arbi-
 trio supputantis ponuntur, interdū valent multa
 milia, interdum minimum, interdum nihil.

Rogatus quamobrem nullam legē tulisset in
 parricidas, nō expectabā, inquit, hoc scel⁹ vnquā
 in hac ciuitate posse committi: quodd illa imma-
 nia non existant, nisi vbi luxus regnat, nec vlla
 est legum reuerentia.

Interrogatus qui fieri posset, vt quamminimū
 iniuriarum existeret inter homines, si, inquit, qui
 iniuria affecti non sunt, æque doleant, atq; hi qui
 affecti sunt. Quisquis enim violat leges, nō vnum
 ciuem lædit, sed totā remp. quod quidem in ipso
 est. At nūc dū alijs læsis aut quiescimus, aut gau-
 demus etiam, impunitas improborum audaciā
 in plurimos inuitat.

Dicebat opulentia esse matrē saturitatis, satu-
 ritatē ferocię ac violētia. Diuitias comitat lux⁹,

4
 Sump^{tus}
 inutiles

5
 Leges

6
 Amicitia
 principum

7
 Graulter

8

9
 Diuitia

PITTACVS MYTILE.

Luxus exit in tyrannidem, dum fœnum migrat in cornua.

PITTACVS MYTILENAEVS

- 1 **Modus** Huic tribuitur illud decantatissimum, dimidium plus toto, de quo nobis satis dictum est in Chiliadibus.
- 2 **Clementer** De eodem memorant exemplū clementiæ vix credibile. Tyrreum Pittaci filiū Cumis in tonstrina sedentem, faber quidam ærarius impacta securi occidit. Cumani homicidam vincitū miserunt ad Pittacum, vt de eo supplicium sumeret. At ille cognita causa dimisit hominem, dicens ignoscentiā esse potiore pœnitentiā: Sentiens vtili⁹ esse condonare, q̄ meminisse iniurię & vlcisci. Sunt qui referant homicidā ab Alcæo fuisse dimissum, cum hoc elogio, Melius est ignoscere quàm punire.
- 3 **Ebrietas** Legem tulerat, vt qui per temulentiam sceleris aliquid commississent, duplo plecterentur. Solet enim vulgus hominum ebrietatis obtentu crimē extenuare. Id eo factum ferunt, quod insula vino abundaret.
- 4 **Legum auctoritas** Cræso percontanti quod esset maximum imperiū, inquit, *πικίλα ξύλου*. id est varij ligni, leges innuēs. Nam olim in tabulis ligneis leges inscribebantur. Porro vbi summa est legum auctoritas, ibi est minimum tyrannidis.
- 5 **Victoria in cruenta** Probabat victorias citra sanguinē partas, nā magno ciuū cruore emptas, hoc est Cadmeas vt vocant, non existimabat esse victorias.
- 6 **Confugium par** Huius est illud *πλουθρόλατρον*. Aequalē ducito: quū ipse domi haberet opulentiorē, ac proinde morosam & impetiosam. Id lati⁹ explicuī

mus in Chiliadibus.

BIAS PRIENÆVS

Quum ingenio suo patriam suam obsidione liberasset, rex Alyattes intellecta viri prudentia protinus cum ad se accersiuit. At is respondit *εγω ἀλυάτῃ κελύω κρομμυα ἰδίαιμ.* i. ego Aly atten iubeo cepas edere: quod peride est ac si dixisset, iubeo illum plorare: extremum regis contemptū professus. Attigim⁹ & hoc in Chiliadib⁹.

Euenit vt cum scelerosis quibusdam & impijs nauī ueheretur: qui cum ob exortam tempestatē periclitarentur, deorū opem implorabant. Tum Bias, Silete, inquit, ne vos hic illi nauigare sentiat. Deus impiorum precibus iritatur magis ad vindictam, quam ad opitulandum flectitur.

Impio cuiusdam sciscitanti quid esset pietas, nihil respondit. Roganti quur sileret? Quoniam, inquit, percontaris de rebus nihil ad te pertinentibus.

Interrogatus quod esset animal omnium maxime noxium: Si de feris, inquit, percontaris, tyrannus: si de mitibus, adulator.

Hæc de septem sapientum dictis arbitror esse factis, vel quia sunt omnibus obuia, vel quia magna ex parte sunt fabulosa, vel quia pleraque sunt ei⁹ generis, vt a quouis dici possint. Quid enim habet Cleobulus quur inter sapientes numerari debeat?

ANTYSTHENES ATHENIENSIS.

Antisthenes ridere solet Athenienses subinde gloriantes quod essent autochthones, hoc est indigenæ, eo quod non aliunde eo commigrassent, nec patriam sedem mutassent vnquam: dicens hoc

laudis illis esse cum testudinibus cochleisque commune. Nam & hæc animantia nunquã mutãt domicilium in quo nascuntur.

2 Modeste Discipulos suos admonere solet, vt sibi essent Socratis condiscipuli, declarans quã esset alienus ab inani gloria.

3 Téperate Voluptatem intantum execrabatur, vt diceret se malle insanire, quã voluptate affici. *μαρένην ἢ ἰσθένην*, id est, insaniam potius quã delecter. Insaniam aufert medicus: voluptas quum æque mentem eripiat homini, vix sanabile malum est.

4 Matrimonium Cum his mulieribus habendam consuetudinẽ dixit, quæ beneficiũ beneficio pensent. *αἰ χάρις ἰσοντρού*: id est, quæ gratiã habituræ sint. sentiens abstinendum ab his quæ precio vendunt inhonestam voluptatem, nec pariunt, nec amãt mutuũ: aut à valetudinarijs, deformibus, ac male moratis quæ gignunt foetus poenitendos.

5 Docilitas Cum adolescens quidã Ponticus genere, se in numerum discipulorũ illius recipi cuperet, patri querẽti quibus rebus esset opus, libro, inquit, nouo, stilo nouo, nouaq; tabella: significans animũ à vitijs vacuũ, studiũ vigil, & memoriam fidelẽ. Solent autẽ adolefcẽtes voluptatibus ac delicijs occupatã mentẽ ad præceptorẽ adferre, quæ res fere in causã est, vt minus proficiant. At Philosophia totum animũ sibi postulat.

6 Cõiugiũ Adolescenti consulenti cuiusmodi vxorẽ ducere expediret: si formosam duxeris, inquit, habebis communẽ. sin deformẽ, habebis poenã. iucundius id eloquens Græce, quibus quod ad voces attinget, minimum interest inter *κοινὸν* & *ποινὸν*: quod ad rem attinget, plurimum. Suadebat itaq;

media staturaque, ut vocant, forma ducendam, que nec fastidium viro moueret ob deformitatem, nec ob insignem formam peteretur ab adulteris. A. Gellius hoc dictum Bianti tribuit.

Cum accepisset Platonem de ipso male loqui, ⁷ nihil commotus, regium est, inquit, quum feceris ^{Generose} bene, audire male. Quamquam hoc idem alijs ascribitur. Excelsi animi est, ingratitude hominum non deterreri a studio bene merendi de omnibus.

Cum Orphicis mysterijs initiaretur, ac sacerdos diceret illum bonis plurimis fruiturum apud inferos post hanc vitam, Quir, inquit, ergo tu non abrumpis vitam? Significans non initiatis paratam esse beatam vitam a rogo, sed his qui pie sancteque vixerint. Et hoc, aut simillimum huic, alijs tribuitur. ⁸ ^{Initiatio}

Cuidam opprobianti quod esset hybrida, hoc ⁹ est, non e duobus ingenuis natus, sed ex patre ^{Genius} Atheniensi, matre Phrygia: Nec e duobus, inquit, luctatoribus natus, & tamen, luctator sum: Sentiens non tam referre unde natus sis, sed qui sis. Is vere liber est, quem philosophia liberum facit: & is vere Græcus est, qui Græcorum disciplinis institutus est.

Interrogatus quur paucos haberet discipulos, ¹⁰ quoniam depello illos, inquit, virga argentea. Sen- ^{Salle} tiens ideo paucos venire, quod magna mercede doceret. Vulgus autem pluris facit pecuniam quam sapientiam.

Rogatus quamobrem seuerus esset obiurgator ¹¹ erga discipulos: & medici, inquit, erga ægrotos: ^{Seueritas} Significans se in vitia seuire, non in homines: nec vitia sanari blandiendo.

- 12 **Adulteriū** Conspicatus aliquando mœchum fugientem, insequentibus qui illum comprehenderent, Infelix, inquit, quantum periculum vnico obolo vitæ re poteras! Sentiens Icorti congressu libidinē sedari potuisse, quum nunc de vitæ periclitaretur.
- 13 **Adulatio** Aiebat, si ad alterutrum adigeret necessitas, satius esse in coruos incidere, quā in adultores, *εις κόρακας ἢ εἰς κόλακας*. Nā corui nō comedūt nisi mortuos, adulator etiam viuos deuorat. Et hoc alteri tribuitur.
- 14 **Felicitas vera** Rogatus quid esset mortalibus beatissimum, felicem, inquit, mori. Hæc sententia consentit cū illa Solonis. Qui feliciter absoluit vitam, huic nihil sinistri potest accidere, quod felicitatem egritudine aliqua contamine. At quibus res sunt secundæ, nihil magis optant, quā diuturnā vitā.
- 15 **Memoria** Amico cuidam deploranti quod commētarios suos perdidisset, Oportuit, inquit, ista animo potius quā chartis inscribere. Librorum fiducia frequenter in causa est, vt minus exerceamus memoriam. In tuto est, quod animo impressum est. Licet enim circumferre, & semper in promptu est.
- 16 **Inuidia** Dicere solitus est, non aliter ac ferrum absumitur rubigine, ita inuidos suo ipsorum vitio contagebere. Ferrum enim, etiam si nemo lædat, ex se gignit vnde corrumpatur.
- 17 **Immortalitas nominis** Vulgus hominū è structuris, statuis, trophæis ac libris, sibi promittit immortalitatē. Antisthenes ijs qui appeterent immortalitatem, vnicam viam ostendit, vt iuste pieq; viuerent.
- 18 **Honos virtutis** Rogatus quæ res portenderet ciuitatibus exitium, cum in his, inquit, nullum esse potest bonorum ac malorum discrimen. Sentiens eam temp.

non posse consistere, ubi nec esset honos virtuti, nec poena scelerosis. Hoc apud Homerum sto machatur Achilles, ἐπὶ δ' ἰὺ ΤΙΜῆ.

Cum illi diceretur, quod a quibusdam improbis laudatus esset: Vereor, inquit, ne quid imprudens fecerim mali. Sentiens a talibus neminem laudari nisi ob malefacta. 19
Lais a Laus datis.

Fratrum inter se concordiam dixit quottis multo firmitus munimentum. Id dictum & ad civium concordiam accommodari potest. 20
Concordia.

Admonebat ea esse parāda viatica, quæ simul cum naufrago enatarent, Sentiens bonas artes ubiq; esse in pretio, nec posse a fortuna cripi. Idē ascribitur Aristippo. 21
Bona anis mi.

Opprobranti quod interdū cum improbis haberet consuetudinem, & medici, inquit, cū ægrotis versantur, nec tamen ægrotant ipsi. Sentiens philosophum ideo versari cum improbis, ut eos reddat meliores. 22
Soletter.

Absurdum esse dicebat, triticum repurgare a lolio, bellum ab inutili milite, & a rep. non fecerere inuidos. Significans inuidos tam esse inutiles civitati, q̄ lolium est tritico, & ignavus bello. 23
Graustet.

Rogatus quid emolumenti cepisset ex Philosophia, ut mecum, inquit, loqui siue vivere possim. Doctus etiamsi solus sit, non sentit tedium solitudinis, sed multa præclara suo cum animo versans, quasi secum loquitur. Indoctis molestissima est solitudo, atq; etiam inutilis. 24
Solitudo.

Cū in conuivio quidam diceret, cane tibijs: Tu mihi eas infla, inquit. Non recusavit obsequium, si ille vicissim obsequeretur. Sed interim indicavit nō esse philosopho decorum tibijs canere. 25
Indecora.

26 *Frugalitas.* Cum Diogenes ab ipso peteret tunicam, iussit vt duplicaret pallium, sic cum tunicae speciem præbiturum: admonens oportere paucissimis esse se contentum.

27 *Dediscere.* Rogatus quæ disciplina cum primis esset necessaria, mala, inquit, dediscere. Id enim nõ modo primum est, verum etiam difficillimum.

28 *Moderatio.* Qui nos maledictis incesserent, eos magis tolerandos dicebat, quàm qui nos lapidibus impeterent. Verba enim non lædunt, si quis contempnat. Vide vero num forte hic sit sensus, tolerantiores esse, qui conuitia patienter ferret, quàm si quis lapidibus impetitus ferat. Quorundam enim dicta grauius sauciant quàm lapides. Quod si indecorum esset graui viro lapidibus repetere a quo petitus fuerat, æque indecorum sit in conuitians rem regerere conuitia.

29 *Falsus.* Inuisens Platonem aduersa valetudine laborantem, vidit peluim in quam vomuerat. Bilem, inquit, Platonis video, fastum nõ video. Solet enim quemadmodum Diogenes, Platonis arrogantiam notare. Itaque quum in pompa quadam equestri, quidam equus crebro hinnitu ferociaque spiritus excelsos testaretur, eoq; vehementer a Platone laudaretur, versus ad Platonem, videris, inquit, & tu bonus equus futurus.

30 *Electio magistratum.* Admonuit Athenienses, vt asinos æque atque equos deligerent ad agriculturam. Cum illi dicerent hoc animal esse alienum ab aratione, Quid refert, inquit, quum in vestra reipublica duces sint qui nunquam didicerunt administrandi rationem: sed hoc satis est, quod a vobis delecti sunt. Sentiens multo absurdius esse ei commendare rempublicam quàm

gubernandi artem nō tenet, quā si asinum pro equo adhibeas aratro.

Cuidam dicenti, pleriq; te laudant. At quid, inquit, mali feci? significans quæ recta sunt, semper paucissimis placuisse. 31
Vulgi iudicia.

Rogatus a quodam, quid sibi faciendum suaderet, vt probus vir & honestus euaderet: si mala, inquit, quæ tibi adsunt, ab his qui nouerunt, didiceris esse fugienda. Sensit virtutis caput esse, caruisse vitijs. Id non a quolibet discendum, sed ab his duntaxat, qui norunt quæ sint vera mala, quæ vera bona. 32
Dediscere mala.

Quodam prædicante delicias, hostium, inquit, filijs contingat in delicijs viuere: vt rem pestilentem detestans, quod plerique pro summo bono amplectuntur. 33
Deliciae.

Quidā adolescens curarat sese ex ære sculpendum, & ad eam imaginē sese conformabat. Huic Antisthenes, si æs posset vocem edere, qua de re potissimū gloriaretur? De pulchritudine, inquit adolescens. Non igitur, inquit, erubescis, qui cum inanimo gloriaris? Significans magis gloriandū de bonis animi, quā de forma, quam haberet cum statua communem. 34
Forma.

Adolescentes quosdam Ponticos, qui videndi Socratis gratia se contulerant Athenas, duxit ad Anyti domū, dicens illum Socrate multo sapientiore, vt qui Socratē accusasset. Hoc dicto renouatum est ciuibus extincti Socratis desiderium, & Anytum expulerunt. 35
Solerter.

Adolescens quidam Ponticus pollicebatur se rationem Antisthenis habiturum, si nauis ipsius quæ salsamenta uehebat, appulisset. Antisthenes 36
Pollicitable

accepto nouo vase, vnà cum adolescente ibat ad mulierem quæ vendebat farinam, & impleto vase cœpit onustus discedere. Mulieri vero poscens ti farinæ pretium, commonstrato adolescente, hic, inquit, dabit, si naus cum falsamentis appulerit. Significās inanes esse in diē pollicitationes, quū farina quotidie sit præsentī pecunia emēda.

37
Argute.

Quum Antisthenes ipse falsamenta per forum gestaret, id quibusdam admirantibus, quod philosophus officio tam sordido fungeretur, idq; in publico, ac nō potius seruo delegasset: Quid, inquit, admiramini? hæc mihi porto, non alijs. Sensitens nullum esse sordidum obsequium quod sibi quis impēderet: dein nō esse indecorum, cū portare falsamenta, quī falsamentis vesceretur.

38
Solertiter.

Cuidam obijcienti, quod Antistheni mater esset Phrygia: & deorum, inquit, mater. Ridiculū arbitrans cuiquam probro dari patriam, quū in damnatissimis regionibus interdum nascantur felicissima ingenia.

39
Fortitudo.

Dicere solet hostibus a dijs omnia optanda esse bona, excepta fortitudine: quod illa omnia alijs quando futura sint eorum qui fortitudine præcellerent, non eorum qui possiderēt, quod ob ignauiam ea tueri nō possint. Sensit frustra parari bona, si qui parauit, tueri nesciat.

40
Fortitudo.

Si quam vidisset mulierem egregie cultam, adibat ædes illius, iubebatq; virum proferre arma & equum: quæ si placuissent, patiebatur mulierē indulgere delicijs, quod esset qui defenderet: sin minus, suadebat, vt eum ornatum deponeret, ne præda fieret alijs.

41 Antisthenem, quoniam multa cōscripsit volu

mina, Timō appellare solet παντοφυῆ φλίδω. Loquacitas
 να, id est, ingeniosum nugatorē. Non tamē dixit
 εὐφυῆ, sed παντοφυῆ, quod ingenio ad quiduis
 versatili varia tractaret argumēta, & in his quæ
 dam parum digna philosopho.

Huius placita non indigna sunt quæ cō memo- 42
 rēt. Dicebat τῆρ ἀρετῆρ εἶναι διδασκτικῆρ, id Studium.
 est, virtutē disci posce. Aduersus eos, qui putant
 nasci cū homine, aut naturæ affectus studio vin-
 ci non posse.

ῥυς ἀυδύς εὐγενῆς τοὺς ἢ ἰαρίτου. Qui 43
 virtute præditi sunt, eosdem & nobiles esse. Ha- Nobilitas.
 bent enim id vnde vera nascitur nobilitas. Aduer-
 sus eos qui maiorum imaginibus, aut diuitijs me-
 tiuntur nobilitatem.

Virtutem sibi sufficere ad felicitatem, nec vls 44
 la re opus habere, nisi robore Socratico. Socrates Tolerantia.
 ad omnium rerum patientiam obduruerat. Imbe-
 cillitas corporis impedit frequēter virtutis vsum.

Virtutem esse rem operum, non autem pluri- 45
 mis verbis multisq; disciplinis egere. Aduersus Virtus in
 eos qui iuris ac Theologiæ pietatisq; professio- actione.
 nem studio reddūt difficillimam ac prolixā, pers-
 q; vitam omnem nihil aliud q̄ de virtute dispu-
 tāt. Notat hoc Horatius: Virtutem verba putas,
 vt lucum ligna.

Sapientem sibi sufficere, eo quod omnia quæ 46
 sunt aliorū, sunt & huius, qui cū omnibus habet Sapientia.
 amicitiam, & amicitia facit omnia communia.

Αδοξίαρ εἶναι ἀγαθὸν ἰσορτῶ πόνῳ. id est obf 47
 curitatem esse bonum par labori. Aduersus illud Otium.
 Epicuri λάθει βιώσας. Multi student ignoti esse
 quo viuant in otio. At ignobilitas quoniam patet

quorumlibet contemptui, non minus adfert negotiorum quam famæ claritas, quanquã & hæc graue est onus.

48 Virtus legibus nõ eget. Negabat sapientem viuere iuxta leges ab hominibus institutas, sed iuxta normam virtutis: Sentiens non ideo quid faciendum aut vitandum, quia leges iubent aut vetant: sed quia ipsa ratio dicat, hoc esse honestum, illud turpe. Leges non omnia præscribunt, at virtutis regula docet vbi quod quid sit honestum, quid turpe. Coacta virtus, virtus non est.

49 Coniugiu. Quidam censebant sapienti non esse ducendam uxorem, ipse contra censebat esse ducendam, at non voluptatis, sed liberorum gratia. debetur hoc naturæ & patriæ. Sed cum optima indole præditis cõgredietur, vt ex bonis nascantur boni. Quin & amabit vxorẽ, non vulgari more, sed iudicio: is enim vere & cõstanter amat, qui iudicio amat. At sapiens optime diiudicat, quæ sint amore dignæ. aduersus eos qui vxores se iactant habere pro matulis.

50 Providentia. Sapienti nihil esse nouum aut subitum. eò quod quicquid homini potest accidere, sit iam præmeditatus, vt nunquam dicat, Non putaram.

51 Amor. Αξιίρατος ὁ ἀγαθός, dignus amari, quisquis bonus est. Non est verus aut syncerus amor, nisi quem conciliat virtus.

52 Iusto. Aiebat homines virtute præditos eos sibi parere propugnatores, qui & fortes sint & iusti. Non lunt enim defendi si quid iniusti admittant. Improbi cõtra fortes defensores quærunt, iustos nolunt.

53 Armata virtus. Αναφαίρετος ὄπλων εἶναι ἀρετήν, id est, virtutem esse armaturam, quæ detrahi non possit. Nã

ensis & clypeus excutiuntur: Sapiens nunq̄ non armatus est, eoq̄ vinci non potest.

54
Paucitas bonorum.
Dicebat esse satius cum paucis bonis pugnare aduersus omnes malos, q̄ cū multis malis aduersus paucos bonos. Vel quia in bello nō tam multitudo, quā virtus militum ac ducum parit victoriam: vel quia præstat esse de numero bonorum, qui vbiq̄ pauci sunt, quā de grege malorum, quorum vbiq̄ plena sunt omnia.

55
Vilitas ex hoste.
Oblervandos esse hostes, quod hi primi omnium sentiant, si quid delinquas. In hoc igitur vtiliores sunt nobis q̄ amici, vt errata nostra cognoscamus, & cognita corrigamus.

56
Cognatio virtutis.
Virum iustum pluris faciendum q̄ cognatum. Arctiora enim sunt vincula virtutis, q̄ sanguinis. Et omnis bonus bono proximo cognatus est propter animorum similitudinem.

57
Sexus.
Viri ac mulieris eandem esse virtutem. Idem sensit Socrates, sexum muliebrem nō minus esse docilem ad omnia virtutis munia, quā virilem, si pariter instituatur. At vulgus sexum incusat quasi ad virtutem indocilem.

58
Vere pulchra.
Honestas siue pulchra esse que bona sunt, turpia que mala. Stoicum est dogma, nihil expetendum præter virtutem, nihil fugiendum præter vitium: quum vulgo ingens probum sit paupertas, magna gloria diuitijs per fas nefasque partis abundare. Nec minus in cæteris præposterata sunt iudicia vulgi.

59
Gratitudo.
Omnia mala habenda pro peregrinis. Vulgus hominum ea tantum probat quibus assuevit: ab exoticis abhorret, non quia per se mala sint, sed quia peregrina. At sapienti nihil peregrinum

esse debet, nisi quod cum vitio coniunctum. neque enim ideo temulentia detestanda, quod alicubi non sit in usu, sed quod per se turpis. Nunc ex usu regionum de rebus iudicat populus.

60 *Virtus tuta* Tutissimum esse murum prudentiam, quod is nec collabatur, nec proditur. Nulla moenia tam sunt munita, quin machinis, aut suffossionibus, aut, ut nihil horum, prodicione capiantur. Sapientis decreta sunt inexpugnabilia.

91 *Virtus per se honesta.* Quum in teatro populus Atheniensium tur multuaretur ob versiculum recitatum.

τίδ' αἰσχρὸν εἰ μὴ τοῖσι χρωμένοι δοκῆ.

Quid turpe, ni videatur hoc utentibus?

Subiecit alterum:

αἰσχρὸν τὸ γ' αἰσχρὸν καὶ δοκῆ, καὶ μὴ δοκῆ.

Quod turpe, turpe est, siue credas, siue non.

Eleganter correxit inutilem sententiã. refert Plutarchus.

1 *Ingenue.* Hermippus scribit illum mox ut Athenas venerat, adisse Solonis aedes. Percontanti famulo, quis, & unde: iussisse, renunciaret adesse Anacharsidem, qui & Solonem videre, & si fieri posset, etiam hospes fieri cuperet. Solon per puerum respondit, in patria solere fieri hospites, significans inter Græcos & Scythas non esse ius hospitij. Ad hæc verba, quibus abigebatur Anacharsis, perinde quasi iussus esset introire, ingressus est ad Solonem: dicens se iam esse in patria, & æquũ esse, ut hospitio iungerentur. Huius responsi dexteritate delectatus Solon, lubens recepit hominem ad intimam familiaritatem, ex primo statim sermone deprehendens animum philosophi.

phicum, qui iudicaret esse patriā, vbi cunq; bene
 est homini. Cives enim mundi sumus omnes.

Reuerſus in patriam conatus eſt ad Græcorū
 inſtituta nouare Scytharum leges. Eam ob cau-
 ſam à fratre in venatu ſagittā percuffus eſt. Mo-
 riens dixit, ſe ob eruditionem incolumem à Græ-
 cia dimiſſum, per inuidiam in patria perire. Græ-
 ca ſonāt iucūdius, *ſ' iαε τ'p λόγ'ομ, ſ' iαε τ'p φθόν'ομ*

2
 Patria per-
 niçioſa

Dicebat vitem ferre tres botros, primum vo-
 luptatis, alterum ebrietatis, tertium moleſtię. Sen-
 tiens parcum vini uſum eſſe iucūdum, quia ſedat
 ſitim: Largiorem gignere temulentiam: Largiſ-
 ſimum parere rixas, cædes ac morbos. Simile huic
 quod aliibi dictum eſt, Primam craterā pertinere
 ad ſitim, alteram ad voluptatem, tertiam ad ebrie-
 tatem, quartam ad inſaniam. Dictum erit iucun-
 dius, ſi cogites in Scythia non eſſe vites.

3
 Vini parcus
 vius

Admirabatur, qui conueniret vt artifices apud
 Græcos certarent, ſed de hiſ iudicarent artis ex-
 pertes. Sentiens de artifice neminem recte iudi-
 care, niſi artificem. In theatro certabant hiſtrio-
 nes, mimi, cantores, & ſophiſtæ, recitabant poe-
 tæ: quorum artes quum populus neſciret, tamen
 alijs applaudebant, alios explodebant.

4
 Vulgi iudic-
 cia

Rogat⁹ qua ratione quis effugeret ne fieret vi-
 nolētus, Si ſemper, inq̄t, præ oculis habeat ebrio-
 rum indecoros mores. Nihil enim ſimilius inſa-
 no quàm ebrius. At ebrius exiſtimat ſe decere
 omnia: in alijs ſpectandum, quàm ſœda res ſit tem-
 mulentia.

5
 Ex alijs ex-
 emplum

Aiebat ſe demirari qui conueniret vt Græci qui
 legibus ſuis violentiā & iniuriam puniunt, athle-
 tas ob hoc ipſum honorarēt, quod ſe mutuo per-

6
 Salſe

cuterent. Salse damnans crudelem populi voluntatem, ac in moribus inconstantiam. Quod enim iniustum est, semper iniustum est. Quanquam heu nimium Ethnicarum reliquiarum adhuc residet in moribus Christianorum, tamen illis prodigiosis voluptatibus gladiatorum, pugilum & athletarum delicijs liberati sumus per Christum.

7 *Nauigatio* Quum rogasset quendam quanta esset spissitudo tabularum nauticarum, illique respondisset, quatuor digitorum: Tantillum, inquit, absunt à morte qui nauigant. Notauit negotiatorum auaritiam, qui lucri gratia semet in manifestum vitæ discrimen conijciunt. Scythæ nesciunt nautica cōmercia, sed pascuis ac venatu viuunt.

8 *Athletæ infani* Oleum dicebat esse venenum insaniam gignens eo quod athletas videret vinctos in se inuicem insanire. Nec olei vsum, vt arbitror, nouerant Scythæ, vt quod nec apud illos proueniret, nec aliunde importaretur. Athletæ non pugnant nisi vincti putant enim corpus fieri robustius: at Scythæ simulabat se credere, illis oleum esse causam insaniam.

9 *Mendacium in contractibus* Aiebat se mirari qui fieret, vt Athenienses qui prohiberent mentiri, tamen in cauponum tabernis palam mentirentur. Qui vendunt merces, emuntque, lucri causa fallunt quæcumque possunt, quasi quod priuatim esset turpe, fiat honestum si publice facias in foro. At in contractibus maxime fingendum erat mendacium. Sed tunc maxime mentiuntur homines, quum maxime negant se mentiri.

10 *Mos præpositus* Admirabatur & illud, quod Græci initio conuiuij cyathis pusillis vterentur, saturi maioribus: Sentiens potum non in aliud adhibendum, nisi ad

sedandam sitim. Absurdum igitur esse tum plus bibere, quum iam sitis esset sedata.

Statuis atq; imaginibus illius inscribatur 11
 γλώσσης, γάστρῳ, αἰδοίωμ κραιτῆρ. i. linguæ, Continētia
 ventri, pudendis temperandum. Quod maximo-
 rum malorū causa sit lingua effrenis: & luxu ni-
 hil turpius: libido pecudem ex homine reddat.

Interrogatus num in Scythia essent tibiae, re- 12
 spondit, ne vites quidem: Significans saltationes, Vinolētia
 reliqua sc̄p̄ eius generis voluptates e vinolētia nas-
 sci, aliq;.

Percontanti quæ naues essent tutissimæ, quæ, 13
 inquit, in siccum protractæ sunt. Solēt enim olim Navigatio
 naues ijs mensibus quibus mare nauigabile non
 est, machinis quibusdam in siccum pertrahi. Ana-
 charsis sensit omnem nauigationem esse pericu-
 losam. At ille de genere nauigij percontabatur.
 Sunt enim Liburnicæ, onerariæ, aëtuariæq; naues,
 aliæq; diuersi generis, in quibus alia est alia aduer-
 sus tempestatem instructior.

Aiebat se nihil admirabilius vidisse apud Græcos 14
 quā quod fumum in montibus relinquerent, κακπυῖος
 ligna in ciuitatem conueherent. Sensit opinor de
 acapnis, quæ ita siccantur vel sole vel igni in mon-
 tibus, vt postea ardeant absque fumo.

Roganti vtrum arbitraretur plures esse mor- 15
 tuos, an viuos, Nauigantes, inquit, in vtro nume-
 ro pontis? Dubitans an hi essent inter viuos habē-
 di, qui vitam vndarum ac ventorum arbitrio
 commisissent.

Exprobrāti cuidā Attico quod natus esset in 16
 Scythia, mihi, inquit, probro est patria, tu patriæ. Acritet
 Egrege inculpat⁹ est, cui nihil potest obijci præ-

ter patriam. At quemadmodum laudi est, apud Barbaros natum, Græcorum disciplinas scire ita turpe est, apud Græcos natum ad Barbaros mores degenerasse.

17 *Lingua* Interrogatus quid esset in homine pessimum, & quid optimum, respondit, lingua. Sentiens idē membrum plurimam adferre vtilitatem si recta ratione gubernetur, pestilentissimū esse, si secus.

18 *Amicus insignis* Dicere solet præstare vnicum habere amicum multi precij, quā multos nullius precij. Græca sonant iucundius, *ἵνα φίλον ἔχῃ πολλῶ ἀξίον ἢ πολλοῦς μηδ' ἑνος ἀξίους*

19 *Forum* Aiebat forum esse locū mutuis hominū fraudibus ac rapinis destinatum: notans mores vendētium, per fas nefasq; lucra venantium.

20 *Patienter* Ab adolescente in conuiuio pulsatus, adolescens, inquit, si nunc vinum non fers, vbi senueris, aquam feres. Moderationis erat, quod adolescentis proteruiam vino imputauit. Qui vero bibunt intemperantius vinum ea præsertim ætate, cui magis conuenit aqua, ij frequēter senes ob inopiam coguntur aquā bibere, aut *ὁ σοφορέειν*, quum ei ætati necessarius sit vini vsus.

21 *Barbaricus* Cuidam obijcēti quod esset barbarus, Anacharsis, inquit, barbarus est apud Atheniēses, sed vicissim Athenienses barbari sunt apud Scythas. Græci, sed in primis Attici, quoniam apud ipsos florebat disciplinæ liberales, ac leges politicæ, reliquas nationes contumeliæ causa nominabant barbaras, quum barbarum dicatur quicquid est peregrinum atq; inusitatū. Nunc quā Græcia nihil sit barbari, hæc philautia demigrauit ad quosdam Italos, quibus omnes aliæ nationes Barbaras

ræ sunt.

Huic illud quoq; tribuit, multo vulgatissimū: 22
 Leges araneorum telis esse similes, in quibus in- Leges
 firmiora animalia hærent, valentiora perum-
 perent. Ita leges, humiles ac tenues constringunt,
 a potentibus impune violantur. Meminit Valerius.

MYSON

Myson incertæ patriæ *μυσαίωνος* fuisse tradi- 1
 tur, non alienus a moribus Timonis Atheniensis. Solitudo
 Hunc quum quidam forte deprehendisset in so-
 litudine ridentē, rogabat quid rideret, quū esset
 solus: At qui ob hoc ipsum, inquit, rideo: Subindi-
 cans sibi gratissimam esse solitudinem.

ANAXAGORAS CLAZOMENIVS

Quum ab Atheniensibus esset damnatus exi- 1
 lio, cuidam dicenti, priuat⁹ es Atheniensibus, imo Animose
 illi, inquit, me. Sentiēs Atheniensibus magis opus
 esse Anaxagora quā cōtra. Qui præclaros viros eij-
 ciunt e ciuitate, repub. lædunt potius, quā eos
 quos expellunt.

Quum in exilio agenti nūciata esset mors filio- 2
 rum, sciebam, inquit, me genuisse mortales. Idem Fortiter
 hoc tribuitur Xenophonti.

Absens morti addictus est. Id nūciantī, iam 3
 olim, inquit, istam sententiam tulit natura, æque Grauiter
 in illos atq; in me. Sentiens Athenienses non mi-
 nus addictos morti quā esset is quem damnarant.
 Alijs aliud mortis gen⁹ obtingit, sed omnibus ea-
 dem est moriendi necessitas.

Cuidā moleste ferenti, quod non in patria, sed 4
 peregre morerēt: Bono animo es, inquit, idē enim Mortis loc⁹
 vnde libet ad inferos descensus est.

Periclis præceptor fuisse legitur, cui in admi- 5

Caute nistranda rep. magno fuit y sui. Verum quā Pericles negotijs intentus desisset agere curam Anaxagoræ iam ad decrepitam prouecti senectutē, constituit inedia finire vitam. Id simul vt renunciatum est Pericli, anxius accurrit, & argumētis, precib⁹, & lachrymis conatus est hominē à spōtaneæ mortis proposito reuocare: idq; magis sua ipsius causa, quā philosophi. Cui Anaxagoras resecta facie iam moribundus, nihil aliud respōdit, q̄ hæc: O Pericles, & quib⁹ lucerna est opus, infundunt oleum. exprobrans illi neglectum amici, vnde tantam capere poterat vtilitatem. Lucerna curatur ob vsum vulgarem, & talis cōsiliarius neglectus perijt.

6 **Lucrum ex damno** Post diutinam peregrinationem domū reuersus reperit patriam possessionesq; suas desertas. Nisi, inquit, ista perissent, ego saluus non essem: Quod calamitas illū adegisset ad philosophiam, rebus autē integris mansisset intra penates suos. Ita sepe numero prospera sunt homini, quæ videtur aduersa: & quod damnum putatur ingēs, lucrum est maximum.

STILPON MEGARENSIS

7 **Argute** Habebat filiam parum secundæ famæ: cuiusdam itaq; dicenti, dedecorat te filia: nihilo magis, inquit, quā ego illam decoro. Sentiens neminē alius factis dehonestari, sed suis quenque moribus æstimādum esse. Neq; enim illa fuisset honestior ob patris celebritatē, nisi paternas virtutes fuisset imitata. Plutarchus in libro de tranquillitate plurib⁹ verbis hoc idem enarrat. Nam Metroclit obijcienti quod filiam haberet impudicam, vtrū inquit, hoc meū peccatū est, an filie? Cum Metro

cles respondisset: illius peccatum, sed tuum infortu-
 tunium hunc in modum excepit Stilpo. Quid
 ais: an non quæ peccata sunt, eadem sunt lapsus?
 Annuit Metrocles. At lapsus, inquit Stilpo, quor-
 um sunt, eorundem sunt & frustrationes. Et hoc
 cōfesso Metrocle, porro quorum sunt frustratio-
 nes, horum sunt & infortunia. Ita placido prudē-
 tiq; sermone demonstrauit, filiæ duntaxat esse in-
 fortunium, cuius esset peccatum, ac Cynici con-
 uitium nihil aliud esse q̄ latratum.

In somnis visus est illi Neptunus iratus, q̄ nō
 immolasset hecatombē, quæ admodū mos erat. 2
Tranquillitas
 At Philosophus hoc viso nihil perturbatus respō-
 dit: Quid ais Neptune? Itane veluti puer huc ve-
 nisti cum tua querimonia, quod pecunia mutuo
 sumpta, non expleuerim nidore ciuitatē? Atqui
 pro rei familiaris modulo sacrificauit tibi Apuas
 aliquot. Ad hæc arridens Neptunus visus est illi
 porrecta dextra dixisse: In tuam gratiam ingens-
 tem Apuarum prouentum largiar ciuitati Me-
 garensum. Quod & euenisse tradunt.

Demetrius Antigoni filius quū Megara cepisset, 3
 iussit Stilponis domum seruari indemne. Ad-
 monitus igitur Stilpon, vt libellum daret rerum
 omnium quas amisisset: Ego, inquit, nihil bono-
 rum meorum amisi: Nam eruditio & eloquentia
 mihi sunt incolumes: quod hæc vere sunt *ὀικίαι*,
 hoc est domestica propriaq; bona.

Callebat argutias dialecticas, quarum vna pa- 4
Argute hui
felicitet
 rum illi feliciter cessit. De statua Mineræ quam
 Phidias finxerat, ita percontatus est, Num Iouis
 Minerua dea est? Cū responsum esset, est. At hæc,
 inquit, non est Iouis, sed Phidiæ. Id quum esset

concessum, collegit: Non est igitur hæc dea. Ob hanc vocem apud Areopagitas impietatis reus peractus est. Ille vero sic conatus est elabi, vt diceret non negasse illam esse deam, sed deum, hoc est, masculum. Nam θεός apud Atticos communis est generis. Attamen iussus est ire exulatum. Theodorus autē cognomento ἄθις his auditis dixit, vnde hoc nouit Stilpon, nisi forte sublatis vestibibus inspexit Mineruam!

5
Nō omnia
vulgo pro
ferenda

Crateti percontanti num dii adorationibus & precibus delectarentur: Istuc, inquit, o stulte ne perconteris in via, sed solū interroga: subindicās aut nullos esse deos, aut nō sollicitari rebus humanis: sed non expedire tales voces apud multitudinem efferri, cui necessarium esset deorum metu contineri. Huic simillimum est quod tribuitur Bioni, qui eam quæstionem proponenti, versu Homericō, ni fallor, respondit,
 οὐκ ἄρα μοῦ σκεδάσθης ὄχλου ταλπῆρι
 πρῖσβυ,

Non abiges miserande senex turbam procul a me!

6
Moderate Crates Cynicus ad propositam quæstionem non respondebat, sed pro responso ventris crepitum emisit. Hic Stilpon: Sciebā, inquit, te quamuis vocem emissurum potius quā eam quam oportuit.

7
Cynice

Stilpo Crateti dedit caricam, simulque proposuit quæstiunculam. Quum Cynicus protinus nucem deuorasset, Caricam, inquit Stilpo, perdidisti. Hic Crates, non caricam modo, sed & quæstiunculam, cuius illa fuit arra. Sentiens se frustra captatum munusculo ad respondendum,

Videns Cratetem hybernis mensibus frigore 8
 rubentem, *δοκείσ*, inquit, *μοι χρῆσαι ἔχθρῃ ἰμα-*
τίσ καλοῦ. Lepos qui est in vocis ambiguo, la- *Lepide.*
 tine reddi nō potest. *καλοῦ* cōiunctim sonat no-
 uo, & *καί* vōū disiunctim sonat, & mēte. Discris-
 mē auribus vix sentiri potest, scripto potest ostē-
 di. Videris, inquit, egere pallio nouo, siue pallio
 & mente. Nouum requirebat gelu, mentem Cys-
 nici stultitia, qui vestē non accōmodaret tēpori.

Cum omnium oculi coniecti essent in Stilpō 9
 tem, quidam, isti, inquit, Stilpon mirantur te vt *Dictum res*
 beluam. Nequaquam, inquit ille, sed vt verū ho- *tortum.*
 minem. Solent peregrinæ bestiæ in spectaculum
 produci. Vulgares homines nemo miratur. Sed
 philosophum pleriq; spectabant, non vt quem-
 uis hominem, sed vt hominem verum. Nam id
 spectaculum est rarissimū. Obiter notauit inter-
 pellatorem, quod ipse non esset verus homo, nec
 spectatu dignus.

SIMOM ATHENIENSIS

Hunc Pericles ad se inuitauit pollicens sese *Libertas.*
 omnia necessaria præbiturum. At Simon nega-
 uit se vediturū libertatem. Delectauit hūc ima-
 go muris syluestris paruo viuētis, potius quā
 domestici, in summis delicijs, sed perpetua cum
 sollicitudine versantis.

MENEDEMVS ERETRIENSIS

Quum aliquādo decretum tulisset ad populū, *Banauff*
 quidam ita tetigit illum, vt diceret, non esse sa- *magistrat.*
 pientis neq; tabernaculū consuere, neq; decretū
 scribere: subnotans, quod ex patre coriario natus
 esset, ipse quondam eiusdē opificij. Nam olim
 tabernacula e pellibus caprarum consuebantur.

Q j

- 2 **Exempla sapientum** Cuidam sciscitanti num sapienti ducēda esset vxoris num ego, inquit, videor tibi sapiens? Quū annuisset. Ego, inquit, vxorem duxi. Superuacūū erat de eo dubitare, quod videret factum ab eo quem iudicabat sapientem.
- 3 **Indecora.** Antigono consulenti, deberet ne ad comestationem quandam adire, post silentiū nihil aliud respondit, quā, regis filius est. Subindicans luxum indecorum esse regno natis. Aut potētibus licere quod liber.
- 4 **Garrulitas.** Quendam friuolis nugis obstrepentem, rogauit num fundum haberet. vt is respondit sibi plurimas esse possessiones, abi igitur, inquit, & illas cura, ne tibi eueniat, vt & illa perdas, & priuatū elegantem amittas. Notans illū ad dicendum nō esse idoneum, sed magis ad agriculturam.
- 5 **Libertas periculosa.** A Nicocreōte Cypri tyrāno vocatus ad solenne conuiuium cum Asclepiade amico, cæterisque philosophis, dixit: Si honestum est tales conuocare viros, oportuit id quotidie fieri. Sin minus, etiam tum frustra fieri. Ad id quum tyrannus respondisset, diem illum esse sibi festum, eoq; singulo quoq; mense vacare audire philosophos, liberius respondit Menedemus: hoc postulare sacrificium, vt per omne tempus audiret philosophos. Quid multis? Eō processit hominis libertas, vt nisi tibicen quispiam eos auocasset, perituri fuerint. In nauī quum periclitarētur, Asclepiades dixit, tibicinis modulatio seruauit nos, Menedemi libertas perdidit.
- 6 Percontanti cuidā Alexino an patrem cedere desisset: respondit, neq; cecidi, neq; desij. Quū aliter subiecisset, oportere soluere ambiguitatē per

væi & οὐκ, affirmādo aut negādo: Ridiculum, inquit, est vestras sequi leges, quum liceat in portis occurrere. Alter captabat illum insidiosa percontatione: siue enim respondisset, desij, siue non desij, agnouisset crimen. Ille hoc præsentiens exclusit sophisticum cauillū. Sic & Socrates apud Platonem obiurgatur a Sophistis, quod secus respondeat, q̄ iplis esset commodum.

Argutis
sophisticis

Quū Bion acriter diuinos insectaretur, ait illū trucidare mortuos: quod aduersus illos studiose pugnaret, qui iam dudū essent explosi, sepultiq̄.

7
Ingulare
mortuos.

Ad quendam dicentem maximum esse bonū si quis omnīū potiri queat quæ optat. Sed multo maius, inquit, bonū est, nō optare nisi qd̄ oportet.

8

Dicebat plurimos nauigare Athenas studiorū gratia, qui primū essent sapientes, deinde fierent philosophi, hoc est sapientiæ amantes, dein thetores: deniq̄ progressū tēporis euadere Idiotas. meminī Plutarchus. Multum profecit qui didicit se nihil scire. Et infeliciter proficit, qui semper vergit in deterius.

9
Degeneras
tc.

PLATO ATHENIENSIS

Quum Plato ad tragicum certamen paratus, audito Socrate mutasset consilium, poemata sua exussit, præfatus Homericō carmine

1
potiora se
ctanda.

ἡφαισει πρόμαλ' ὠδεῖ, πλάτῳ νύ τι σείο χαρτίδ.

Huc ades o Vulcanè, Platoni nunc opus est te.

Cum Dionysio Hermocratis filio de tyrannide differens, ait non statim esse præstātius quod vni tantū sit vtile, nisi & virtute cæteris antecelleret. Offensus tyrān⁹ dixit, οἱ λόγοι σου γρηγορῶσι ἔσι. i. verba tua sapiūt seniū. Contrā Plato, οἱ δ' ἔ

2
Libere.

Q ij

ὁ δὲ τυραννίδος, id est, tua vero tyrannidē sapiūt.

3 **Locus salubris.** Apud Aeginetas lex erat, vt si quis Atheniensis Aeginam venisset, capitalis esset. Huc quū esset deductus Plato vt venundaretur, capitis postulatus est a Carmendio qui legem eam tulerat. Sed tempestiuo cuiusdam ioco liberatus est. Ait enim legē habere, si quis homo: at hunc esse philosophum.

4 **Salus.** Plato dicitur ter nauigauisse in Sicillam, nec sine periculo, nec sine cauillis obtrectantium. Molon itaq; qui gerebat hostilem in Platonem animum, negabat esse mirum si Dionysius esset Corinthi, sed si Plato in Sicilia. Nam tyrannum expulerat necessitas, Platonem inuitabat ambitio, vt vulgus quidē interpretabatur: Et tamen Dionysium esse Corinthi ad eō mirabantur omnes, vt iam abierit in prouerbium, de re inexpectata & incredibili.

5 **Assuescere malis.** Adolescentem quod lusisset aleam, grauiter increpuit: qui quum dixisset, sic obiurgas ob rem paruā? At paruum nō est, inquit, assuescere. Tale quiddā subindicat Demea Terentianus in Adelphis. Mitto rem, consuetudinem ipsorum.

6 **Immutabilitas.** Rogatus ecquod esset futurū ipsius monumētum, quemadmodū superiorum. Primū, inquit, parandū est nomen. Ita monumenta futura sunt multa. Sensit hominis memoriam optime seruari in mentibus hominum, optimeque propagari scriptis virorum eloquentium.

7 **Moderate.** Iratus seruo, quū eum castigare pararet, & forte interueniret Xenocrates, flagella, inquit, hunc puerū, nā ipse sum iratus. Sibi diffusus est homo philosophus, sentiēs animi cōmotionem. At vulg

gus hominum tum maxime punit, quā irascitur.

Rurſus alteri cuidam famulo ſic comminatus eſt: loris te cæderem, ni iratus eſſem. Nihil iræ fi-
dendum. Sapuit Syrus ille Terentianus, qui ſe cõ-
ijcit in angulum, edormiturum quod biberat vil-
lum. At ira minus ſui compos eſt, quã ebrietas. 8
Moderate.

Quum aliquando conſcendiſſet equum, mox
deſcendit, dicens ſe veteri $\mu\kappa\iota\ \iota\ \omega\omega\tau\ \upsilon\ \phi\iota\alpha\ \lambda\ \eta\ \phi\ \theta\ \upsilon$.
id eſt, ne equeſtri faſtu corripere-
tur. Superbum
animal eſt equus, & equitare quiddam habet ma-
gnificum, parumque philoſopho dignum. 9
Modeste.

Temulentia deditis ſuadebat, ut poti ad ſpe-
culum ſeſe contemplarẽtur, ita fore, ut ab eo vi-
tio recederent, conſpecta fœditate. 10
Temulentia

Negabat oportere inebriari præterquam in fe-
ſtis in quibus ipſe deus vinũ porrigit. Feſtos dies
deceat hilaritas, ebrietas ſemper fœda eſt. 11
Hilaritas
in feſtis.

Somnolentiam improbat, eoque ſcripſit in legi-
bus, $\kappa\omicron\iota\ \mu\acute{\omega}\ \mu\eta\ \theta\ \omicron\upsilon\delta\iota\upsilon\varsigma\ \delta\upsilon\delta\iota\omega\varsigma\ \acute{\alpha}\xi\iota$. id eſt.
Nemo dormiens vlla re dignus eſt. 12
Vigilantia.

Quum a Dionyſio faſtidiretur, popoſcit con-
grediendĩ copiam: ea data, hunc in modum diſſe-
ruit. Si quẽ ſentires in Siciliam appuliſſe hoc ani-
mo, ut tibi male faceret, qui tamẽ nõ data opor-
tunitate, nihil mali faceret, an hunc impune di-
mitteres? Quum Dionyſius reſpondiſſet, nequa-
quam õ Plato: Oportet enim hoſtium non facta
ſolum, verum & animi propoſitum vleiſci: Pla-
to ſubiecit, Tum ſi quis tibi bene volens veniſſet
in Siciliam, ut tibi boni quippiam adferret, non
faciat autem deſtitutus occaſione, num par eſſet
hunc nulla relata gratia contemptum abiſcereſ
Dionyſio percontante quis eſſet ille? Aefchines, 31
Commode
dicere.

inquit, vir & morum sanctimonia, cum quouis amicorum Socratis conferendus, & qui possit dicendo meliores reddere cum quibus habeat consuetudinem. Is quum huc multum maris emensus adnauigarit, vt suam philosophiam tibi impertiret, haectenus neglectus est. Haec tam commoda oratio effecit, vt rex & Platonem cui prius erat infensor amplecteretur, & Aeschinem splendide magnificeq; tractaret.

14 *Ferocia.* Dionem ob formam & ob reru gestarum magnitudinem quum plurimi fieret ab omnibus, admonuit, cauere metueretq; contumaciam, cui comes esset solitudo. Insolenter enim vtetem rebus prosperis amici destituunt.

15 *Exemplu ex alijs.* Si quando forte incidisset in eos qui praeter decorum quippiam agerent, digressus consuevit dicere, nunc ubi ego talis? Nemo suam turpitudinem perspicit, sed sibi quisq; assentator est. Ex alijs igitur discendum, quam indecora sint, quae praeter honestatem geruntur.

16 *Otium.* E disputatione discedens solitus est admonere discipulos: Videte pueri, vt otium in re quapiam honesta collocetis, Significans otium omnia mala docere adolescentes.

17 *Exercitatio* Solet admonere, vt neq; corpus sine animo exerceamus, neq; animum sine corpore, vt pariter vtriusq; curam habeamus. Nam alteru athletarum est, alterum inertium.

18 *Felicitas Intractabilis.* Rogatus a Cyrenensibus vt ipsis leges scriberet, ac reip. statum componeret, recusauit, dicens, perdifficile esse condere leges tam foelicibus, indicans eos non facile parere salubribus monitis, qui successu rerum elati sibi felices viderentur.

Polus Sophista reperisse dicitur quasdam orationis delicias, veluti contraria inter se reddita, mēbra cōparia, similiter desinentia, quibus immodice putatur vsus. His ornamentis quū se iactaret insolentius, Plato sic hominē taxauit, ὡ πῶλι, ἢ ἀ προσίπω σε κατὰ σε id est, O Pole, vt te tuo alloquar modo. Polus Græce sonat pullū equinū. ipso itaq; statim nomine tetigit hominis arrogātie.

19
Affectata
oratio.

Antisthenem qui differendo fuerat prolixior, sic admonuit, ignoras quod orationis modus sit, non is qui dicit, sed qui audit.

20
Breuiloque
tia.

Dicebat in morte amicorum quiescendū esse: partim eò quod nōdum liqueret, bonum esset an malum quod accidisset: partim quod acerbe ferēti nihil a luctu esset commodi. Tollitur enim dolor, si quis secū cōsideret, quale sit quod euenit.

21
Luctus.

XENOCRATES CHALCEDONENSIS

Quum Alexander Magnus illi, misisset ingentem pecuniarum summam, ex ea duntaxat tres minas recepit, reliquum referri iussit, dicens ipsi pluribus esse opus, qui plures aleret.

I
Pecunie cō
temptus.

Passerē qui fugiens imminentem accipitrem sese in Xenocratis sinū cōiecisset, textit fouitq; ac demulcens dimisit dicens, supplicem nō esse pro dendum.

2
Innocētia.

A Bione dictis laceffitus, non sum, inquit, tibi responsurus: neq; enim tragœdia quum a comœdia taxatur, dignatur eam responso. Nota est veteris comœdiæ licentia, in qua multa scommata iaciuntur & in ipsos poetas, & fabularum personas: at tragœdia non dignatur vicissim humiles personas attingere.

3
Animose.

Q. iij

- 4 *Docilitas.* Ad quendam nec geometriæ nec musices nec astrologiæ peritum, ad scholam tamen ipsius cōmeantem: Abi, inquit, ansam philosophiæ non habes: hoc est, non es ad philosophiam docilis, nullis instructus disciplinis. Alij ferunt illum ita loquutū: *παρ' ἐμοὶ πόντος οὐ κνάπτεται.* Apud me vellus non maceratur, lana rudis non statim traditur vestiario, sed fulloni.
- 5 *Amicitia.* Cum Platoni Dionysius diceret, aliquis auferet tibi caput, Xenocrates qui tum præceptor aderat, non prius, inquit, quàm hoc, suum ostendens caput.
- 6 *Taciturnitas.* Cum in conuiuio cæteris multa garrientibus solus nihil diceret, interrogāti quur vnus omnium sileret, quoniam, inquit, loquutum fuisse pœnituit aliquando, siluisse nūquam. Hoc Plutarchus in libello *περὶ τῶν ὑγιῶν* tribuit Simonidi.
- 7 *Pecuniæ cōtemptus.* Alexander ad hunc legatos misit cum aliquot talentis, quos ille in academiā perductos parca tenuiq; cœna excepit. Postridie interrogantibus cui vellet adnumerari pecuniam, Quid? inquit. Itane vos ex hesternā cœna non intellexistis me pecunia nō indigere? Philosophus Ethnicus refecit a ditissimo liberalissimoq; rege vltro delatam ingentem pecuniæ summam: & nunc pro sanctis haberi volunt, qui extremam professi paupertatem, in tantum vt horreant etiā ærei nummi contactum, non aliter q̄ viperæ, non referendis artibus venantur diuitum ac pauperum liberalitatem.
- 8 *Curiositas.* Dixit nihil referre vtrum pedes an oculos inferas in ædes alienas, videlicet deterrens ab omni curiositate rerum ad nos nihil attinentium.

Dicebat pueris aures esse muniēdas follib⁹ potiusq̄ athleticis: quod plus sit periculi ne puerorum aures occupent prauis sermonibus, qua ne athletarum aures pateāt ad ictus. Maxima, inquit Satyricus, debetur puero reuerentia.

CRANTOR SOLENSIS

Senariū hunc ex Bellerophonte Euripidis probare solet: 10
Fortiter

ὄ μοι, τί δ' ὄ μοι ἐν νῦν ἄτοι πεπὸν βαμῆρ.
Eheu, quid heu nobis quod hominum est accidit, Sensit quicquid vlli hominum accidit, hoc vni cuiq; posse accidere. Nihil igitur nec inexpectatū videri oportere, nec intolerabile.

ARCESILAVS

Siquando probabat aliquid, dicere solitus est *φημι ἰγὼ*, id est, aio, siue mihi videtur, siue fateor. Si quid displicebat, dicebat *ὄυ συγκαταθέσεται τῷ τοις ὁ δ' ἄνα*, id est, his nō assentietur ille, nominato quopiam: simul & in asseuerando seruās modestiam, & in contradicendo fugiens inuidiam. 1
Modeste

Percontāti qui fieret vt ab alijs sectis multi descicerent ad Epicureos, ab Epicureis nulli descicerēt ad alios: Quoniam, inquit, ex viris galli fiūt, ex gallis viri nequaq̄. Sentiens homines esse prouiores ad voluptatem q̄ ad virtutem. Gallos dixit sacerdotes Cybeles euiratos. Porro voluptatem amplecti foeminarum est potius quā virorū. 2
Procliuitas
ad deterio
ra

Quum hospites quosdam vnā cum amicis exciperet conuiuio, cœna quidē apposita est, sed deerat panis, videlicet pueris oblitis emere. Hic ille ridens: Quā, inquit, res est apta cōuiujs apparandis, esse sapientem. Sentiens philosophos in rebus vulgaribus minus sapere q̄ idiotas. Sed in: 3
Moderate

terim dedit exemplum philosophicę moderatio-
nis. quis enim ibi non incanduisset ita?

4 Paupertatem cōparabat Ithacę patrię Vlyssis
Paupertas quod iuxta Homerum, aspera quidem esset, sed
bona *κουρὰ φρόνος*, id est, iuuenū altrix: dum eos
consuefacit frugaliter & continenter viuere, &
ad omnem virtutis functionem exercens.

5 Dicere solit⁹ est, quęadmodū vbi multi essent
Legū mul- titudo medici, ibi multi sunt morbi: ita vbi permultę le-
ges essent, ibi plurimum esse vitiorum.

6 Diuitem quędam immodice delicatum, capili-
Mollicies litio arte composito, oculis volubilibus ac lubri-
cis, quum is alioqui castus & integer haberetur,
ita taxauit: quid refert, inquit, aduersi an auersi ci-
nædi sitis? Sensit mētis integritati, corporis etiā
habitum & cultum oportere congruere.

B I O N B O R Y S T H E N I T E S

1 Percontanti Antigono Homericō versū,
τίς πρόθερ εἰς ἀνδρῶν, πρόθερι πόλις ἡδὲ τοκῆς
Genus pur- dendum Sentiens Bion se traductum de generis ac gētis
ignobilitate, respondit ingenue: Pater meus li-
bertus erat, cubito sese emungens: significans eū
fuisse falsamentarium. addebat illum Borysthe-
niten fuisse genere, non facie: sed in fronte gesta-
re scripturā amari domini: matrem fuisse e lupa-
nari. quum cætera item nude cōmemorasset, ad-
iecit versum Homericum:
*παύτης τῆς γυναικὸς τοῦτ᾽ πατρὸς ἔυχόμεναι
εἶναι.*

2 Cuidam obijcienti, quod adolescentem quem-
Dociliras dam ad se non pellexisset, Tenellus, inquit, case⁹
non attrahitur hamo. Significans pueros delica-
tos non esse ad Philosophiam accommodos.

Alteri percontanti quis esset maxime anxius, 3
 qui in maximis, inquit, rebus cupit esse fortuna- Tranquilla
 litas
 tus. Is enim mille curis distorquetur ut assequa-
 tur ardua, & assequatur æque torqueat ne amittat.

Rogatus esset ne ducenda vxor: Si deformem, 4
 inquit, duxeris, habebis pœnam: sin formosam, Coujugium
 habebis communem. In Græcis vocibus pluscu-
 lum est iucunditatis, ποικίλη, & κοινή. Hoc An-
 tistheni ascribitur. A. Gel. tribuit Bianti lib. 5.
 cap. x i.

Senectutem dicebat portum esse malorū, quod 5
 omnes huc cōfugerent, sperantes miseriarum si- Senectus
 nem. Mori autē vnicuique in prōptu est. Id Ethni-
 ci quidam existimabant esse præclarum, Chris-
 stiana pietas docet esse nefarium scelus.

Gloriam dicebat esse matrem annorum, ob id 6
 opinor, quod quum hominis vita sit breuis, hone- Immortali-
 tas
 sta memoria in multa secula propagatur.

Formam dicebat esse bonum alienum. Sentiēs 7
 extra hominem esse, quod ipse sibi nec dare po- Forma
 test, nec tueri datū. Animi bonaverè nostra sunt.

Diuitias dicebat esse nervos actionum, quod 8
 sine his nihil agatur. Alius dixit nervos belli. Diuitie

In quendam qui prædia sua deuorauerat: Am- 9
 phiarum, inquit, terra absorbit, tu terram. Profusio

Aiebat, magnum esse malum, non posse ferre 10
 malum. Absque hoc enim nulli potest esse vita Tolerantia
 suaui.

Damnabat homines qui sic exurerēt, quasi sen- 11
 su vacarent, sic adurerēt quasi sentirent. Ob id ni Salte
 fallor, quod in bellis exurantur omnia. Rursum
 si leuiter attingātur ab igni, offendūtur. Id enim
 appellat adurere.

- 12 *Liberalitas* Dicebat esse optabilius, suam messem alteri largiri, quam alienam decerpere. Sensit felicius esse dare quam accipere.
- 13 *Mors facillima* Aiebat facilem esse ad inferos viam. Nam illuc homines abire clausis oculis. Morientibus enim clauduntur oculi.
- 14 *Libere* Alcibiadem hoc elogio taxauit, quod adolescens viros abduxisset ab vxoribus: iuuenis factus, vxores a viris.
- 15 *Philosophia potior rhetorica* Rhodi quum Athenienses darent operam rhetoricis, ipse philosophiam docebat. Ob id reprehensus, ita respondit: triticum aduexi, & hordeum vendidi. Sentiens absurdum esse ab ipso requiri deteriora, quum attulisset meliora: Nam philosophia veluti triticum cibum est hominum, hordeum equorum. simul innuens solum philosophum loqui, rhetores hinnire potius.
- 16 *Correctio* In fabulis est Danaidas puellas apud inferos huic addictas esse supplicio, ut pertulis vasis deferant aquam in dolium pertusum. Bion dicebat grauius fore supplicium, si integris vasis ac non pertulis idem facerent: tum enim irent onustiores.
- 17 *Loquacitas* Cuidam immodice loquaci, ut sibi subueniret oranti, respondit: abunde tibi morem geram, si aduocatos miseris, non venias ipse.
- 18 *Innocentia tuta* Euenit ut cum scelerosis nauigans incideret in praedones. Illis dicentibus, actum est de nobis si agnoscamur: & de me, inquit, nisi agnoscamur. Bonis innotuisse salus est.
- 19 *Indocilis* Arrogantiam dicebat esse profectus obstaculum. Indocilis enim est, qui mauult doctus videri quam esse.
- 20 In diuitem quendam sordidum ita loquutus est:

hic facultates suas non possidet, sed ipsum possident facultates. Avarus

Diuites fordidos dicebat ita facultatum suarum curam habere, quasi essent propriae: rursus ex istis nihil capere utilitatis, quasi essent alienae. 21

Aiebat iuvenes uti debere fortitudine, senes valere prudentia. Nam his rerum usus conciliauit sapientiam. 22
Prudentia
senilis

Dicebat prudentiam tanto caeteris virtutibus antecellere, quanto caeteris sensibus praestaret usus. Nam oculi praelucet toti corpori, nec vlla est virtus absque prudentia, Nam quomodo iustus reddet cuique suum, nisi prudentia commoestret, quid cui debeat? 23

Docebat nulli exprobrandam esse senectutem, ad quam omnes optant peruenire. Absurdum enim est alijs probro dare, quod quis optat sibi contingere. 24
Senectus

Conspiciens quendam tristi vultu qui habebatur inuidus: Nescio, inquit, utrum tibi aliquid acciderit mali, an alteri boni quippiam. Inuidus enim non minus discruciat aliena felicitate, quam suo infortunio. 25
Inuidia

Impietatem dicebat malam esse contubernalē fiduciae, & adiecit versiculum Euripidis. 26

Δελοῖ γὰρ ἀνδρα καὶ θρασύσομους τις ἦ. Id est, Seruum facit, quamuis feroculum virum. Securitas

Sensit ibi non esse libertatem, ubi est mala conscientia: nec eum posse libere loqui, cui crimen impietatis vere potest obijci: nec frui tranquillitate animi, qui numen habet iratum. 27
Prudenter

ritatem, aut bonos reieccisse.

28 *Graviter* Dicere solitus est, quemadmodum proci Penelope, quoniam cum Penelope cōmisceri nō potuerunt, cum illius ancillis rem habuerūt, Ita qui philosophiam assequi non possunt, in alijs friuolis disciplinis semet exercent.

29 *Moderatio* Familiares suos admonebat, vt hoc argumento putarent se profecisse in philosophia, si iurgantes, & conuiciantes perinde audirent, ac si recitarent versus illos Homericos,

ω ξίνοι ἐπι οὔτε κακῶ ὄτ' ἀφρονι φῶτι ἔοικας,
οὐλίτε κ' μάλα χαίρει, θίοινυ τοι ὄλβια δ' οἶερί.
Quādo vir haud nequā, nec stult⁹ amice videris,
Permultū salue atq; vale, Dij prospera donēt.

L A C Y D E S C Y R E N A E V S

30 Accersitus ab Attalo rege, respondit imagines eminus esse spectandas: innuēs arctam assiduāq; familiaritatē sepe minuere virtutis admirationē.

C A R N E A D E S

31 Carneades fertur admodū fuisse vocalis. Itaq; quodā tēpore gymnasiarchus, id est scholę princeps, misit qui diceret, ne tātopere clamaret. cui respondit, da mihi vocis modū. Ad quod rursus elegāter princeps: modum habes, nempe auditoris. Siquidem pro numero auditorum temperanda vox est.

32 *principum institutio* Dicere solet diuitum ac regū filios nihil recte discere prāterquā equitare, quod his omnes aduolentur: solus equus non curans regē gerat an priuatum, tergo excutit quisquis equitandi fuerit imperitus.

A R I S T O T E L E S S T A G I R I T E S

X Quum Xenocratis emulatione cōepisset habe

re scholam, hoc carmen vsurpauit.

Αισχρόν σιωπᾶν, ξενοκράτην δ' ἰᾶν λέγειν.

Silere turpe, ac Xenocratem pati loqui.

Callisthenem discipulum liberius multa dicē-
tem apud Alexandrum Homericō carmine ad-
monuit.

ὦ κύμορος δὴ μοι τίκος ἴσσαι οἱ ἀγορεύεις.

Talia nate loquens haud multo tempore viues.

Nec male diuinauit, nam libertas illi fuit exitio.

In ius vocatus quod Hermiam mulierem quā
amabat, hymno quasi deam celebrasset, calūniæ
molestiā Homericō versu testatus est, in ipso sta-
tim defensionis initio.

ὄχνη ἐπ' ὄχνη γηράσκει, σῦκορ δ' ἐπὶ σύκῳ.

Rogatus quid lucri facerent mendaces, vt ve-
ra, inquit, loquētibus non credatur.

Increpātī quod hominī malo dedisset eleemo-
synam, non mores, inquit, sed hominem commi-
seratus sum. Etiā improbis in necessitate succur-
rit vir bonus: debetur enim hoc officium, si non
meritis illius qui iuuatur, certe naturæ. Et bonus
fieri potest qui malus est.

Illud amicis ac discipulis inter differendū fre-
quenter solet ingerere: visum accipere lumen à
circunfuso aere, animum autē à disciplinis libe-
ralibus. Sentiens ingenium adolescētum mathe-
maticis disciplinis acui, & ad reliqua philosophiæ
mysteria reddi perspicax.

Crebro taxabat Athenienses, quod quum duas
res, frumenta ac leges inuenissent, frumentis vte-
rentur, legibus nequaquam. Alludens ad Tripto-
lemum Atheniensem, cuius ministerio Ceres vsa
est in ferendis legib, ac tritico,

Aemulatio

2
Libertas in
tempestiua3
Calumniā
ex calūniā4
Vanitas5
Benignitas
in quosuis6
Lux animi7
Salsē

8 Eruditionis radices dicebat amaras esse, sed fructus dulces.

Beneficij
obliuio 9 Percontanti quid cito senesceret, Gratia, inquit. Sentiens iniuriæ memoriam esse tenacissimam, beneficij breuissimam.

10 Interrogatus quid esset spes, vigilantis, inquit, somnium. Multa sibi promittunt inania qui spe ducunt. Et Maro: Qui amant, sibi somnia fingunt.

Captatio 11 Diogenes Aristoteli obtulit caricam, cogitans si non acciperet, illum sententiam aliquam esse meditatam. At Aristoteles accepta carica, dixit, & caricam & sententiam perdidit Diogenes. Huic simillimum est quod ante tributum est Crateti.

12 Quum iterum illi caricam porrigeret Diogenes, accepit, & sublato in cœlum vultu more puerorum, Magnus, inquit, Diogenes: moxque illi reddidit caricam. Notans opinor ab illo captari laudem munificentiae.

Doctrina
quibus par
retur 13 Dicere solet tria ad parandam sapientiam potissimum necessaria, naturam, doctrinam, & exercitationem. Inuita Minerva frustra laboratur: esse discitur à doctis: exercitatio consummat eruditionem.

Ma gnan-
me 14 Quum accepisset quendam in ipsum dixisse cōuicia: absentem, inquit, vel loris cædat: docens ea prorsus esse contemnenda quæ lædunt, nisi quis se lædi putet.

Forma 15 Pulchritudinem dicebat quauis epistola efficacior ad commendationem. Sunt qui hoc assertabant Diogeni. Aristotelem vero formam solitum appellare donum, quia gratis contigit à natura. Eandem Socrates appellauit exigui temporis ty

rannidem, quod formæ gratia mox deflorescat. Plato naturæ prærogatiuam, quod paucis contingat. Theophrastus silentem fraudem, quod absq; verbis persuadeat. Theocrit⁹ eburneum detrimētum, quod grata quidem sit aspectui, sed multo rû icomodorû causa. Carneades ἀδερυφὸρητορ βασιλεία, id est regnum absq; satellitio, quod formosi impetrent quicquid volunt, nulla adhibita vi. Refert Laertius.

Interrogatus qua re differrent docti ab indoctis, qua viui, inquit, à mortuis. Sentiens hominē absq; literis statuam esse verius quàm hominem. 16
Eruditio

Dicebat eruditionem in prosperis esse ornāmētum, in aduersis refugium. Parentes qui recte liberos suos instituisent, aiebat multo honorabilior esse ijs qui tantum genuissent, quod ab his contigisset viuere, ab illis etiam bene viuere. 17

Cuidam glorianti quod esset a magna celebriq; ciuitate, dicebat hoc nihil referre, sed an celebri patria dignus esset. 18
Salsæ

Rogatus quid esset amicus, vna, inquit, anima in duobus corporibus. 19
Amicus

Aiebat quosdā homines ita parcere, quasi semper essent victuri: rursus alios ita pfundere, quasi mox essent motituri. 20
Profusio

Percontanti qui fieret, vt cum formosis diuti⁹ ac lubentius confabulemur, respondit eam percontationem esse cæci. Cæcus enim non sentit forme illecebram, nihilo magis quàm colorum gratiam. 21
Cæca percontatio

Percontanti quid lucrī cepisset ex philosophia, vt ea, inquit, nullo imperante faciam, quæ vulg⁹ facit metu legū. Idiota à furto abstinet, quia lex minatur pœnam: philosophus abstinet, quia per 22
virtus non cogitur

se turpe est, etiamsi liceat impune.

- 23 Interrogatus quo pacto fieret, vt discipuli quā plurimum proficerent: Si, inquit, precedētes gnauiter insequantur, sequentes non morentur.

24 *Salse in gar rulum* Quum garrulus quispiam vbi multa nugat⁹ esset apud Aristotelem, tādē dixisset, fortassis obstrepto tibi nugis meis: non hercle, inquit, neque enim aduertī animum.

25 *Benignitas* Reprehensus quod munus dedisset improbo, non homini dedi, inquit, sed humanæ sorti. Hoc superius alijs verbis commemoratum est.

- 26 Rogatus quomodo amici essent tractandi, quomodo, inquit, nos ab illis tractari cuperemus.

27 Eruditionem dicebat optimū esse viaticum ad senectutem, Nam cætera senem aut destituunt, aut grauant etiam.

28 *Amicus raris* Illud frequēter habebat ī ore, ὡς φίλοι, οὐδὲν φίλος. Sētiens multos esse amicos nomine, paucissimos aut nullos re.

29 *Modestia* Admonebat neminem de se debere prædicare, vel in laudē, vel in vituperationē: quod illud esset hominis vani & inanis, alterum stulti ac vecordis.

30 *Voluptas* Idem admonebat vt voluptates contēplemur non venientes, sed abeuntes, hoc est, non a fronte, sed a tergo. Venientes enim fucata specie blandiuntur: abeuntes autem pœnitentiam ac dolorem relinquunt.

31 *Imperitia* Dicebat Athletas, qui a librīs arcētur, omnēq; vitam in cauillis scurrilibusq; iocis transigunt, si miles euadere gymnasiōrum statuis, nempe pingues, & faxeos.

32 *Ciuititer* Quum iam natus annos ferè sexaginta duos, adeo laboraret, vt admodum tenuis vitæ spes sū

peresset, conuenerunt ad illum discipuli rogantes ut ex ipsis aliquem deligeret, qui in locum eius succederet. Inter auditores erant duo præcipui, Theophrastus Lesbius, & Menedemus Rhodius. Aristoteles respondit se quod petebatur facturum, ubi daretur opportunitas. paulo post, quum rursus ad eum eadem de causa conuenissent, dixit uinum quod biberet, sibi parum esse commodum, ac queri iussit exoticum, uel Rhodium, uel Lesbium. Id simul atque curatum est, gustato Rhodio dixit. Firmum hercle uinum & iucundum. Mox gustato Lesbio: utrunque, inquit, egregie bonum, sed Lesbium suauius est. Id ubi dixit, nulli dubium fuit quin lepide simul & uerecunde successorem sibi ea uoce, non uinum delegisset. probauit utrumque, nec tamen auditoribus eligendi ius ademit. Sed Græcus sermo plusculum habet ciuilitatis: quod *δίνος*, id est uinum, apud Græcos sit generis masculini: ut hæc uox, *ὁ λισβιος ἢ ρόδιον*, possit ad personam accommodari.

THEOPHRASTVS ERESIVS

Dicebat potius esse fidendum effreni equo, quam **1** verbo in composito. Nemo non metuit insidere e. Lingua quo infreni, at plus est periculi a lingua effreni.

Ad eum qui in conuiuio perpetuo iuebat: si, in **2** quit, indoctus es, prudenter facis: si doctus es, Silentium imprudenter. Iucundius effertur a Plutarcho: si stultus es, rem facis sapientem: si sapiens, stultam. Est aliqua sapientiæ pars, silentio stultitiam tegerere.

Habebat semper in ore, nullum esse sumptum præ **3** ciosiore tempore. Solum enim hoc recuperari non potest, & tamen uulgo nihil habetur uilius tempore. Temporis parsimonia

R. ij

DEMETRIVS PHALEREVS

4. In quendam Casandri amicum simis naribus
 Rîdicule. fecit hoc scomma: demitor, inquit, oculos tuos
 non canere, cum illis nasus sit additus: quod na-
 sus fistulæ speciem præberet. Refert Plutarchus
 in Symposiacis.

DEMETRIVS PHALEREVS.

I
 Animose Quum audisset Athenienses fuisse demolitos
 statuas suas quas illi posuerant: At virtutem, in-
 quit, non euerterunt, cuius gratia illas posuerant.

2
 Supercilio. Dicebat supercilia pusillum esse corporis mem-
 brum tamen totam offuscare vitam. Insuaues
 si nim sunt ad omnem vitæ consuetudinem tristes
 ac superciliosi.

3
 fortuna. Aristophanes in comœdia Plutum inducit cæ-
 dum, at hic dicebat non solū Plutū. i. diuitias esse
 cæcū, verumetiam fortunam Pluti ducem: vt iā
 sit illud prouerbij, cæcus cæco dux. Fortuna saepe
 largitur indignis sua munera.

4
 Orationis. Quantum in bello valeret ferrum, tantum dice-
 bat in rep. valere orationē. Illic enim res geritur
 5 viribus, hic persuasione.

Indoctus Conspicatus iuuenem intemperatię deditum,
 Ecce, inquit, quadratus Mercurius, habēs syrma,
 ventrem, pudenda, & barbam. Sentiens illum nō
 esse hominem, sed statuam, qualis in vijs solet po-
 ni Mercurio: hoc illi dissimilem, q̄ effoeminato-
 rum more traheret vestem, quod deditus esset vē-
 tri ac libidini, quodq; barbatus esset, quum nihil
 horum habeat Mercurius.

6
 Ingenia e. Hominum fastuosorum, sublimitatem dicebat
 recta amputandam, sed relinquendam sobrietatem. Ta-
 lia enim ingenia non sunt desperanda, sed quod
 redundat, recidendum est.

Admonebat adolescentes, ut domi parentes, in
via obuios: in solitudine reuererentur seipfos. *Pu-
dor teneram aetatem optime deterret à peccan-
do, qui nusquam non adest, si quis reuereatur se-
ipsum.*

Aiebat veros amicos in rebus lætis adesse voca-
tos, in aduersis inuocatos & ultro. At vulgo fit secus.

Ptolemæum regem adhortari solet, sibi pararet
libros, de regno deq; militari imperio gerendo tra-
ctantes, eosq; diligenter euolueret, propterea quod
ea de quibus amici non audent admonere reges,
in libris scripta habeantur.

Quum exularet, ac Thebis in gloriis humilisque
viueret, audissetq; Cratetem philosophum, qui ip-
sum inuiseret, multa placide prudenterq; de mo-
derate ferendo exilio differentem, Male sit, inquit,
negocijs & occupationibus, per quas hæcenus ta-
lem virum non licuit cognoscere.

GRATVS THEBANVS CYNICVS.

Vulgo dictus est *θυριπαινοίκτης*, id est ostio-
rum apertor, quod in omnes domos irrumperet,
& si quid displicuisset, reprehenderet, Cynica li-
bertate. Id cognominis hodie rectius in quosdam
πτωχοτυράνους.

Rogatus quid illi e philosophiæ studio accessi-
sisset emolumentum, respondit,

θέρμωντε χοίνιξε, κὶ ἔ μινδανὸς μέλιφι. Id est,
Chænix lupini, & absq; cura viuere.

Sentiens se minimo contentum ob libertatē sua-
uiter viuere.

Amore laborantibus ostendit remedia. Amori,
inquit, medetur fames: sin aliter, tempus: quod
si nec his uti possis, laqueus. Luxus fere alit' amor

rem. Tempus omnia aut tollit, aut certe mitígat.
Hæc remedia si nihil profunt, superest laqueus,
vt morbus finatur suspendio. Græca sonant iucú
dius, λιμός, χρόνος, βρόχος.

4 *Philosophus non eget* Dicebat philosopho nulla re opus esse. Eoq; pe-
cuniam deposuit apud trapezitam hac conditio-
ne, vt si liberi essent idiotæ, traderet eam illis: sin
philosophi, nūmos distribueret in plebem: quod
indoctis opus esset pecunia, philosopho nec opus
nec vtilis.

5 *Sumptus præpositi* Celebratur illius ephemeris ad hunc habēs mo-
dum Ponito coquo minas decē, medico drachmā,
adulatori talenta decem, consiliario fumum, scort-
to talentum, philosopho triobolum. Notabat ho-
minum stultitiam, qui in res honestas, & cum pri-
mis necessarias minimum sumerent impendij, ad
turpia prodigi.

6 *Ventus para villa* Filium Pasielem, simul vt excefferat ex ephes-
bis, perduxit ad ancillæ domicilium, dicens, hoc
tibi est patrium coniugium. Nam mœchi tragici
præmia referunt exilia ac cedes, comici scortato-
res ex luxu ac temulentia lucrifaciunt insaniam.
Sensit quali tragicam esse rem adulterium, quod
huius fere atrox sit exitus: vt i scortis, rem esse co-
micam. Id enim non punitur supplicio capitis, sed
tamen qui depereunt in meretricem, in comœ-
dijs inducuntur insanis similes. At cū ancilla tua
rem habere, nihil est periculi. Hoc accipiatur. ve-
lut ab ethnico dictum.

7 *Ridicule* Cum pro quodam supplicaret gymnasij princí-
pi, procumbens attigit coxam illius pro genib⁹.
Nam supplices ex more genua contingebant. In-
dignant i gymnasiarcho, quid? inquit, an non hæc

æque tua sunt, ac genua? Notans obiter vulgi sus-
perstitionem, qui certa membra certis rebus de-
dicauit: velut auræ memoriæ, nasum irrisioni, ge-
nua misericordiæ: quum hæc ad totum hominem
pertineant.

Negabat inter homines quenquã inueniri pos-
se, qui non aliqua in parte laboretur, addens nul-
lum inueniri malum Punicum, in quo non sit ali-
quod granum supputre. 8
Nemo sine
vicio

Nicodromus citharædus huius dictis sacessit⁹
impegit illi pugnum in os, & suggillauit. At Cra-
tes fronti imposuit tabellam, in qua scriptum es-
tat, Nicodrom⁹ faciebat: itaq; cum liuore suo ob-
ambulans traduxit Citharædum, festiuiter allu-
dens ad artificum morem, qui operib⁹ suis inscri-
bunt. Apelles aut Phidias faciebat. Simile quid-
dam narratur de Diogene pulsato. 9
Facete

A magistratu obiurgatus, quod præter leges ac
morem Atheniensium sindone vestiretur, ait, Quid
si Theophrastum vobis ostendam sindone ami-
ctum? diffidentes, ac vt ostenderet flagitantes ad-
duxit ad tonstrinam: ostenditq; Theophrastum,
qui tum forte tondebatur, linteo amictum, quod
Græci a contegendis humeris ἀμολιον vo-
cant: submonens omnibus ad vsu vti licere. Nã
si per se turpe esset vti linteis, ne in tōstrina quis-
dem esset honestum. 10
Facetum

Demetrio Phalereo indignatus est quod ipsi
panes ac vinum misisset, dicēs, vtinam fontes etiã
panes ferrent. Sentiens vino philosopho nihil op-
pus esse, atq; hoc ipsum esse submolestum, quod
panis non æque parabilis esset, ac potus. 11
Paucis cōtē
tua

Erat corpore deformi: quumq; in certaminibus 12

R *iii*

Vires for-
mg prestat

nudatus, ob id esset risui, sublatiis manibus dicere solet: De oculis ô Crates reliquoq; corpore bono animo esto. nam istos qui nunc te derident, mox conspicias morbo contrahi, teq; beatum prædicare, ac sese ignauia damnare. Significans formam nihil facere ad victoriam, sed robur ac laborum tolerantiam, qua cæteros antecedeat.

13 Rogatus quoad esset philosophandum, Donec inquit, exercituum duces qui sunt, videbuntur esse agastones: sentiens opinor, ibi maxime opus esse philosophia, vbi qui populo præsumunt, stolidi sunt & indocti, & homines quibus imperant, habent pro asinis.

Adulatio

14 Eos qui cum adulatoribus viuerent, aiebat esse desertos, non aliter quam vituli sunt inter lupos. Neq; enim illos adesse quos oportet, neque cum ijs qui adsunt, habere societatem, quum sint insidiatores.

Patriæ ne-
glectus

15 Alexandro percontanti num cuperet restitui patriam suam: Quid opus est? inquit. Fortassis cã alius Alexander restitutam diruet.

Tranquilli-
tas tuta

16 Dicebat se pro patria habere gloriæ neglectum & paupertatem, in quæ nullum ius haberet fortuna. Aiebat se Diogenis ciuem esse, qui nullis inuidiæ patebat insidijs. Opes enim, ac nominis splendor, conciliant inuidiam.

Pudor inu-
tilis.

17 Metrocles hoc vitio laborabat, vt inter differendum subinde crepitum ventris emitteret. Eam ob causam domi moriens sese continebat. Huic morderi studens Crates, de industria multum lupinorum deuorat, ac Metroclis ædes adiit: persuasitq; nihil esse mali quod accidisset, imo potius fore prodigiosum, nisi homo humano more flatum ventris emitteret: atq; interim ipse interloquendum

crebrum crepitum ventris edidit. Hoc pacto & seruaui pusillanimum, & discipulū sibi parauit.

Quendam delicijs luxuiq; deditum ita per locum admonuit: pro lenticula semper augēs patinam, in seditionem nos conijcias. Sentiens eluxu cupedijq; plerumq; nasci dissidia. Lenticula philosopho cibus est. *λοπάς* carnes habet, & in diuitum mensis circumfertur.

18
Seditio

Diuitum opes dicebat esse similes ficis arboribus in præruptis locis, è quibus vt homines nihil caperent fructus, sed corui tantum ac miluij, ita ex illorum facultatibus tantum alerentur scorta & adulatores. Refert Plutarchus.

19
profusio

Mundum muliebrē dicebat esse, quod ornat feminam. ornat autem id quod eam reddit compositiorem ac modestiorem: verum id non præstat, inquit, neq; smaragdus, neq; purpura, sed quæcūque adderent vim ac speciem honestatis, ac veritatis. Græcis *κόσμος* & mundum sonat, & ornamentum. Inde *κοσμήν* ornare.

20
Ornatus
mulierū.

EPICTETVS

Eos qui barba & pallio, verbisq; magnificis philosophos agebant, dicere solet esse philosophos *ἀνευ τοῦ πράττειν, μίχρη τοῦ λίσσειν*, id est factis procul, verbis tenuis.

1
Fucus

Idem conspiciens quendam impuris moribus, audacem, confidenti lingua, improbo tamen studio philosophiæ disciplinas contrectare, inlambat deū atq; hominum fidem, his verbis increpans hominem. O homo, vide quid mittas, num purgatum sit vas. Nam si ad arrogātiā ista immiseris, interierint. Si computruerint, in vrinam aut in acetum vertentur, aut si quid his deterius.

2

Sensit eruditionem esse perniciosam, si in animū incidere pravis affectib⁹ corruptum: & quo queque disciplina sanctior, hoc fit perniciosior, si contigerit improbo: velut bono Theologo nihil melius, malo nihil pestilentius.

Breviloquentia

- 3 Idem philosophiæ summam duobus verbis comprehendere solitus est, ἀνίχθαι καὶ ἀπίχθαι, id est, sustine, & abstinere: quorum prius admonet, ut mala quæ incurrunt, æquo animo toleremus: posterius, ut a voluptatibus temperemus. Ita enim fiet, ut nec aduersis deiiciamur, nec prosperis corumpamur. Refert Gellius Lib. 7. Cap. 19.

METROCLÉS

Libros suos exussit dicens.

Modeste

- 4 τὰ δ' ἴσ' ἐν ἑσπερίω νυκτὶ ἴσπερ φαντάσματα.
Sunt inferorum hæc somniorum imagines.
Sentiens esse nugas ac deliramēta quæ scripserat.

Eruditio studio vena

- 5 Dicebat res alienas emi pecunia, ut domū vestemq; sed disciplinas liberales emi tempore. Requirit enim diuturnum studium, quum pecunia data statim fias possessor fundi.

HIPPARCHIA METROCLÉS SOROR

Muller cynica

- 6 Adamavit Cratetem, apud parentes minitans se sibi conscituram necem, ni philosopho nuberet. Ab hoc affectu quum nec parentum verbis, nec Cratetis adamati suasu reuocari posset, Crates surgens detracto pallio nudavit tergum gibbo deformatum: ne quis circumueniatur, inquit, hic est sponsus: & proiecto baculo & pera, hæc, inquit, dos est. Super his delibera, neq; enim mihi coniūx esse poterit, nisi cui placeat idem institutum. Quum accepisset conditionem puella, mox substrato pallio cum illa congressus est parentis.

bus astantibus. Itaq; consummatum est Cynicū
matrimonium.

Theodorum impium cui cognomē erat ἄβειδος,
huiusmodi sophismate constrinxit. Quod faciēs
Theodorus non diceretur iniuste agere, idem si
faciat Hipparchia, nō diceretur iniuste agere. Cū
annuisset ille, subiecit, sed Theodor⁹ seipsū per-
cutiens non diceretur iniuste agere: nec igitur
Hipparchia si idem faceret. Ad id Theodorus ni-
hil respondit, sed sustulit illius pallium, vt enuda-
ret pudēda. Quū illa nihil hac re turbaretur, obi-
iecit ei versu iambico, quod a muliebribus officijs
ad virile institutum defecisset. *τίνη τὰς παρῆ
ἰσοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδα.*

7
Arguta
muliebribus

Radix apud telas reliquit scemina. Quidam co-
dices habebant τίνι, id est, cui. quidam τίνη.
Legendum suspicor γυνή, vt omisso articulo le-
gamus, γυνή παρῆ ἰσοῖς ἐκλιποῦσα κερκίδα.
Cui illa: nū tibi videor male mihi cōsuluisse, quæ
quod tēporis ipēfura fuerā telis, ipēdi disciplinis?

Mulier eru-
dita

ZENO CITTIENS

Dicitur consuluisse oraculum, quo pacto possit
vitam optime instituere. Respōdit deus. *ἂ σὺ γινώσκεις
χρωτίζοιτ' τοῖς νεκροῖς*, id est, si concolor fieret
mortuis. Ille sentiēs se vocari ad lectionē veterū,
cōtulit sese ad philosophiā. Dicitur autem Zeno
natura fuisse colore fusco. Studium, ac victus par-
simonia, maciem & pallorem conciliat hominī.

Studium

Negotiator purpuram vehens, naufragiū fecit
iuxta Pireum, atq; hac occasione sese contulit ad
philosophiā. Itaq; solitus est dicere: tū bene na-
uigavi, cum naufragium feci. Alij narrant cum
quum Athenis esset, audissetque merces perisse

2
Infortunio ses-
sion

naufragio, dixisse: Bene facis fortuna, quæ me ad philosophiam, alij, ad pallium appellis.

Integritas
3

Antigonus rex admirantibus quamobrem tanti faceret Zenonem, respondit, quoniam cū multa a me acceperit, nunquam tamen emollitus est. Eius mortem quum audisset, ingemuit dicens: Quale theatrum perdidit? Erat enim Zenon acerissimi iudicij, & ab assentando alienissimus.

Molliores
4

In quendam circa formæ curam studiosiorem quàm deceret virum, quum imbricæ lente ac circumspecte transiret: Merito, inquit, suspectum habet lutum, in quo non potest seipsum vt in speculo cernere.

Par pari
5

Cum Cynicus quispiã, dicens in lecytho suo nihil esse olei, peteret a Zenone, Zeno negavit se daturum, sed tamen abeuntem admonuit excederet vter ipsorum esset impudentior. Postulatoris impudentiam, impudenti negatione pensabat.

Continetia
6

Ipse simul & Cleanthes assidebant Chæremonidæ, quumq; sentiret affectum amoris, surrexit. Hoc admirante Cleanthe: Etiam a bonis, inquit, medicis audio, aduersus inflationes optimum esse se remedium quietem. Subduxit se vir integerri- mus imminente periculo.

Admonitio
civilis
7

Quidam in conuiuio accumbens Zenoni, cum qui sub ipso sedebat, pulsabat pede. Zeno vicissim pulsabat illius genua: & ad ipsum conuerso, quid igitur putas hunc pati, qui infra te accumbit? Ita multi offenduntur quauis leui incommodo, quàm alios ipsi maioribus afficiant, nec sentiant.

Oratio
grauis
8

Eleganter ac polite loquentium sermones aiebant esse similes pecuniæ Alexandrinæ, oculis blãdienti, ac vndique scripturam habenti more nos-

mismatis, nihilo tamē esse meliorem. Rursus qui magis studerent vtilia dicere, quā nitida, similes esse dicebat tetradrachmis temere ac ruditer percussis, quæ sæpe picturatis illis nummis præponderarent. In nummo non spectatur elegantia sculpturæ, sed pondus ac materia: ita non refert quā sit elegans oratio, sed quā grauis & vtilis.

Ad Aristonem discipulum multa temere garrientem, quædam etiam præcipitanter confidenterque fieri, inquit, non potest, quin te pater ebrius profeminarit. Oderat futilem loquacitatem, ipse in dictis tum breuis, tum grauis.

9
Loquacitas

Quodam in conuiuio immoderatus vorante opsonia, neque quicquam alijs reliquum faciente: Zeno piscem ingentem qui apponebatur, è patina sustulit, quasi solus illum deuoraturus. Quum alter intuens Zenonem, significaret se mirari impudentiam: quid, inquit, putas conuictoribus tuis accidere quotidie, si meam opsophagiam ferre non potes?

10
Admonitio
civilis

Adolefcentem curiosius quiddam quā pæta te sciscitantem, adduxit ad speculum, utque se contemplaretur admonuit, Mox rogauit, an videretur tali vultui conuenire, quæstiones eiusmodi proponeres?

11
Ad speculum

Quendam dicentem sibi in multis displicere Antisthenem, abusus Sophoclis dicto, rogauit nūqua haberet Antisthenes quæ placerent. ille respondit, se nescire. Hic Zeno: & non te pudet, inquit, si quid ab Antisthene perperam dictum est, excerpere ac meminisse: si quid recte dictum, id ne animaduertere quidem, nec tenere? Idem mor

12
Carpendi
morbus

bus nunc habet plurimos, qui in libris aliorum tantum ea venantur quæ carpant, bene dictorum nulla neque gratia neque memoria.

13 *Pauca loquor*
Ad quendam dicentem breues esse philosophorum sententias: Vera prædicas, inquit: oportet enim & syllabas illorum, si fieri possit, esse breues. Veritas multis verbis non eget, & rectius meminimus quæ paucis verbis comprehensa sunt.

14 *Obtrectatio*
Quodam de Polemone narrate quod alia proponeret, alia loqueretur: Zeno contracta fronte: quanti, inquit, mercede erat contentus? Subindicans, ni fallor, ut indiligentius dissereret, discipulorum parsimoniam fuisse in causa.

15 *Vox modesta*
Dicebat eos qui disserunt, similes esse oportere tragicædiarum actoribus, quibus vox magna, bonaque latera debent esse, quum os immodice non diducant, quod faciunt ij qui plurima loquuntur, sed supra vires. Dum enim os diducunt, declarant se satagere verius quam agere.

16 *Attentio*
Iis quæ recte dicerentur, negabat esse relinquendum locum, velut præclaris artificibus ad spectandum. Contra auditores dicebat adeo debere esse attentos ad ea quæ disseruntur, ut non vacet dare signum approbationis. Dum enim applauditur & acclamatur, perit aliquis audiendi fructus.

17 *Garrulitas*
Adolescenti cuidam multa garrienti, aures, inquit, tuæ in linguam defluxerunt: submonens adolescentis esse audire multa, loqui pauca.

18 *Amor verus*
Alteri formoso dicenti, sibi non videri futurum, ut sapiens amaret, Nihil, inquit, esset vobis formosis infelicius. Quisquis enim docet admonet instituitque ad virtutem adolescentes, utique amat. Atque is demum verus est amor. Nam qui vulgo

dicuntur amare, suum venantur commodum, cū incommodo adamati.

Dicebat plerisque philosophos ī multis ἀσώφους 19
 εἶναι, non sapere, sed in fortuitis vulgaribusq; re- Grauliter
 bus esse imperitos. Et adijciebat illud Scaphei, q
 quum animaduerteret quendam e discipulis ve
 hemēter inflatum, percusso illo dixit: bene nō est
 in magno, sed in bene est magnum. οὐκ ἐν τῷ
 μεγάλῳ εἰ ἰὺ κᾶται, ἀλλὰ ἐν τῷ ἰὺ ἢ μίγα
 Magnum enim est quicquid recte fit: at non sta
 tim bonum est, quod magnum.

Adolescenti confidenter loquenti: Non dixe- 20
 rim, inquit, ὦ adolescens quæ mihi succurrunt. Garrulitas
 Subnotans e sermonis procacia colligi & morum
 impudicitiam.

Atebat hominibus nihil magis deesse quàm tē- 21
 pus: longe dissentiens ab ijs qui bonam vitæ par- Temporis
parifimonia
 tem perdūt somno, temulentia, nugis & alea, qua
 si multum temporis supersit homini.

Interrogat⁹ quis esset amicus, alter, inquit, ego. 22
 Seruū in furto deprehensum cædi iussit: quūq; Amicos
 is se sic excusaret, vt diceret sibi fuisse in fati- 23
 s furaretur: & cædi, inquit. Seruus allegabat fatorū Salse
 necessitatem ad excusationem commissi. Eam nes
 cessitatem retorfit & ad supplicium: quod ipsum
 etiam erat in fati.

Formam aiebat esse vocis florem: aut contra, 24
 quemadmodum ab alijs refertur, vocem esse for- Gratior est
pul. v. in
cor. vira
 mæ florem. Nam loquentis orationem commen
 dat forma, & rursus oratio composita gratiam
 addit formæ.

Conspicatus cuiusdam e familiaribus puellum 25
 notis liuidum: Video, inquit, animi tui vestigia: Notæ inia
nia

notans illius impudicitiam. In Græcis plusculum est gratiæ, quod *θυμὸς* & animum significet, & animi vehementem concitationem aut furorem. Erant autem, ut opinor, suauis impressæ notæ.

26
Vnguenta

In quendam vnguentis delibutum: Quis est hic, inquit, qui mulierem olet? Significans effœminatorem esse, vnguentis vti.

27
Libero

Dionysio cuidam dicenti, quare me vnū omnium non corrigis? Non enim, inquit, tibi credo: subinde dicens sibi non esse spem, illum, si corripere, fore meliorem.

28
Garrulitas

Adolescentem multa temere garrientem, hoc dicto corripuit: Ob id binas habem⁹ aures, os vnū cum, ut plurima audiam⁹, loquamur paucissima.

29
Ticituritas

Ptolemæi legatis qui multos eruditos ad conuiuium inuitarant, percontantibus, quid de ipso regi suo essent renunciaturi: ait, vidisse vos senem qui in conuiuio tacere nouerit. Quum enim ceteri ad ostentationem multa dixissent, vnus Zeno perpetuum tenuit silentium.

30
Moderatio

Percontanti quo pacto esset affectus erga conuicia, perinde, inquit, atque si legatus absque responso dimittatur. Significans eos qui non habent quod respondeant, ad conuicia solere confugere, eaque non pluris oportere fieri, quàm si nihil esset responsum.

31
Persuasio
pro vi

Quum Crates apprehenso Zenonis pallio eum à Stilponte retrahere niteretur: Commodissime, inquit, ô Crates philosophum auribus teneas. Nā si per vim egeris, corpus erit apud te, animus apud Stilpontem.

32 Vbi iam profecerat, tamē modestiæ gratia com-
meabat ad Polemonem, apud quē & in dialecticis

eis exercebatur. Vnde Polemon solitus est dicere, Non me clam est Zeno te per posticum intrare, furariq; dogmata, quibus Phœnicum more indutus es. Notans illum furtim discere gratis, quæ alijs esset venditurus.

Quum dialecticus quidam in sermone quæ illi *θηριζοντα*, id est, metentem appellant, ostendisset septem species dialecticas, rogauit quantum posceret mercedis: ac poscenti centum, dedit ducentos. Tantus erat amor discendi.

Celebratissimam Hesiodi sententiam solet inuertere. Quum enim ille primas tribuat ei qui per se sapiat, secundas qui recte admonenti obtemperet, Zeno ordine inuerso sic pronunciabat:

κείνῳ μὲν πακαίρις, ὅς ἐν εἰπόντι πίθηται, ἰσθλὸς δ' ἐν κακείνοιο, ὃς αὐτὸς πάντα νοήσει.

Optimus ille quidem qui paret recta monentis. Sed probus ille quoq; est, qui nouerit omnia p se. Addebat causam, q; qui ex se nosset omnia, nihil haberet præter intelligentiã: at qui recte monenti pareret, præter intelligentiam haberet etiam effectum. Nam parere dicitur, qui quod didicit optimum esse, facit.

Rogatus quum quum esset natura seuerus, in cõuiuio tamen hilaresceret, lepide respondit, & lupinum quum sit suapte natura amarum, tamen aqua maceratum dulcescere. Naturale est cibo potuq; rigato corpore, discuti tristitiam.

Dicere solet, satius esse labi pedibus, quàm lingua: eoq; conuiuia quantũ poterat vitabat, quod ibi solutus vino, & aliorum fabulis prouocatus facilius labi posset.

33

34

Correctio

35

Hilaritas in conuiuio

36

Lingua iustitica

37 Diccebat τὸ εὖ, γίνεσθαι παρὰ μικρὸν, οὐ μὲν
 Adde puffedum pusillo μικρὸν εἶναι, id est, vt aliquid fiat bene, nasci
 quidem paulatim, sed tamen non esse paulum.
 Quaquam hoc quidam asseribunt Socrati.

38 Quibusdam sic excusantibus luxuriam suam,
 Profusio. vt dicerent se ex eo quod abundaret, facere sum-
 ptum; argutissime respondit: ignosceretis ne co-
 quo, si quum opsonia plus æquo falsa daret, dice-
 ret sibi copiam esse salis? Sentiens victum non esse
 se moderandum ex rerū copia, sed ex usu ac ne-
 cessitate naturæ.

CLEANTHES ASSIVS

I Antigono discipulo roganti quare sordidā ope-
 Discendi auiditas. ram præstaret hauriendo aquam e puteo: vnde
 per locum pro Cleanthe dictus est φριάντης:
 ita respondit: Num haurio tantum? an non & for-
 dio, & rigo ortum? deniq; nihil non facio philoso-
 phiæ causa. Alius negasset factum, philosophus
 auxit quod obijciebatur, gloriæ sibi ducens quod
 ille vertebat probro.

2 Collectam pecuniolam aliquando proiecit cor-
 Industria. ram familiaribus, dicēs: Cleanthes alterum Cle-
 anthem alere posset si vellet.

3 Asinus appellatus agnouit conuitium, dicens
 Tolerantia. se solum esse parem ferendæ Zenonis sarcinæ.
 siue quod Zenoni nō multū esset supellectilis, si-
 ue quod vnus illius austeritate nihil offenderet.

4 Cuidam illi probri causa obijcienti quod esset
 Timiditas laudata. timidus: Ideo, inquit, minimum pecco. Bona est
 timiditas, quæ deterret a turpibus, & reddit ho-
 minem circumspectum.

5 Suam vitā diuitum vitæ solet hoc nomine præ-
 Labor. ferre, dum illi, inquit, pila ludunt, ego fodiēs du-

tam humum exerceo.

6

Interdum quum foderet, solet seipsum increpare. Id forte admiratus Ariston: Quem, inquit, increpas? Tum Cleanthes ridens: Senem, inquit, qui canos quidem habet, sed mentem non habet. seipsum innuens.

Cuidam reprehendenti Arcesilaum, quod officia vitæ tolleret: Desine, inquit, hominem vituperare. Nam ille licet dictis tollit officia, tamen factis cōmendat. Id audiens Arcesilaus, non moueor, inquit, adulatione. Hic Cleanthes: Scilicet, inquit, adulator tibi, dicens te aliud loqui, aliud facere. Cleanthes mitigauit dictum obtrektoris, sed ita, vt a crimine incōstatiæ nō liberaret Arcesilaū. turpissimū enim est philosopho secus docere q̄ viuūt. Si vitā p̄ba est, quur docet diuersat? Si doctrina sana est, quur eā secus viuēdo refellit?

7

Libertatē

Cuidam ab eo petenti dictū aliquod, quod crebro occineret filio suo, protulit illud ex Electra, σίγα, σίγα λιπτόν ἰχθῦς, id est, tace tace tenue vestigium. Innuens pueris maxime conuenire silentium.

8

Silentium

Quum audisset a Lacone quodam probari laborem, delectatus eo dicto subiecit hemistichium Homericum.

9

Labore

αἷματ' ἵς ἀγαθῶν φίλων τίκῃ. Id est Sanguine præclaro satus es charissime fili.

Differens adolescenti cuidam quem videbat parum attentum, rogauit sentiret ne. Illo affirmante se sentire, quur igitur ego nō sentio te sentire? Solent enim qui intelligūt, oculis ac gestu, interdū & verbis significare se quæ dicūt intelligere.

10

Attentio

Sositheus poeta corā populo Cleanthē præ:

11

S ij

sentē hoc carmine proscidit, *ὄσ' ἡλιάνθου μω-
ρια βουλατῦ* Id est, Quos Cletanhis fa-
tuitas agitat Interpretes vertit infania: vnde pro-
moria legisse videtur *μωρία*. Nec tanto conuitio
tactus, quicquam mutauit de vultu. Qua patien-
tia delectati auditores, applaudentes philoso-
pho, Sositheum eiecerunt. Quum Sositheus dice-
ret se pœnitere, quod illum aspersisset, respondit
Cleanthes, absurdum fore, si quū poetæ frequen-
ter illudant Libero patri & Herculi, nec illi suc-
censeant, ipse ob leue conuitium indignaretur.
De ijs enim multa probrosa scripsere poetæ, ve-
luti quum Bacchum faciunt mollem, timidum,
ac temulentum. Herculem faciunt seruientem
Omphalæ vsq; ad sandalio cōmitigatū caput.

Moderatio

12.

Vita a ver-
bis dissen-
tians.

Peripateticis dicebat idem accidere quod Iyris,
quæ quum alijs bene sonent, seipsas non audiūt.
Sentiens opinor illos licet alijs verbis idem do-
cere quod Stoicos, & tamen ipsos id non animad-
uertere. Potest & hic accipi sensus: peripateticos
præclare docere, sed vitam a doctrina dissidere.

13.

Physiognor-
mon.

Ex sententia Zenonis dicebat hominis mores
e specie posse deprehendi. Id vt confutarent ado-
lescentes aliquot faceti, cinædum in agro duratū
adduxerunt ad Cleanthem, postulantes vt e spe-
cie de moribus pronunciaret. Reperit manus
collosas, & cutem sole adustam. Itaq; quum ali-
quandiu siluisset, iussit hominem abire. Ille di-
gressus sternutamento concussus est: Mox Cle-
anthes, habeo, inquit, hominem, mollis est. Non
enim facile sternutāt, qui semper sub dio viuūt.

14.

Solitudo.

Conspiciens quendam solitarium, ac secum lo-
quentem: haud, inquit, loqueris cū homine malo

Quidā ita referunt. Vide ne cū homine improbo loquaris. Malis enim periculosa est solitudo.

Ad quendam contumeliæ causa obijcientem 15
senectutem: Et ego, inquit, abire cupio, verū ubi Senectus
vegeta.
reputo me omni ex parte sanum, siue legendū
est, siue scribendum, iursus maneo. Significās se
quidem haudquaquam esse vitæ cupidum, verū
ob senectutem neminem debere e vitā decede-
re, donec vires suppetunt ad vitæ munia.

Intumuerat illi gingiua, cui malo bīduano ieiū 16
nio sic medicatus est, vt iam veluti sano medici
omnia consueta permitterent. Sed ille perseuera-
uit abstinere, dicens sibi iam esse confectum vitæ
principium. Itaq; periit.

Sententiam hanc,

φίλοις τε δ' οὔναι, σώμα τ' εἰς νόσους πιστὸν 17
ἀπαύνασι σώσαι, Correctio.

Largiri amicis, corpus in morbos cadens

Impendijs seruare,

correxit hunc in modum:

πύρραις τε δ' ὄναι, σώμα τ' εἰς νόσους πιστὸν

ἀπαύνασι ἐπιτρέψαι,

Donare scortis, corpus in morbos cadens

Impendijs conterere.

Prior enim sententia tendebat ad molliciem,
quam nudauit Cleanthes.

S P H A E R V S Bosporanus Cleāthis discipulus.

Quum diceret opinionem non cadere in sapi- 18
entem, rex Ptolemæus cupiens hoc paradoxon Argute.

ipsa re confutare, curauit mala punica veris si-
millima ex cera confecta apponi in conuiuio.

Ad quæ quū Sphærus deceptus porrigeret ma-
nus, rex exclamauit illū falsæ speciei fuisse assens-

sum. Ad id dextrè Sphærus: non sic, inquit, assensus sum, vt crederè esse mala punica, sed probabile putarem esse mala punica.

- 19 Reprehendenti Mneüstrato, quod Ptolemæum non appellasset regem, Imò, inquit, quum talis sit, tamen regem esse fateor: indicans illum esse nomine regis indignum, se tamen cognominis honorem illi non inuidere.

CHRYSIPPVS SOLENSIS

1 *Dialectica.* De hoc dictum est, si dii vellent vti dialectica, non alia vsuros quam Chrysippea.

2 *Salse.* In quodam opere toties citarat versus Euripidis ex Medea, vt ibi tota fabula fuerit inspersa. Hunc librum quendam portans, & rogatus quid ferret, Chrysippi, inquit, Medeam.

3 *Iocus ex nomine.* Erat illi statua pro corporis modo tenuis ac pusilla, quam eques vicinus ferè occultabat: Vnde Carneades per iocum dicere solet, eum non esse Chrysippum, sed χρύσιππου. Nā Chrysippus ab aureo equo dicit, Chrysippus a χρύπτω, quasi dicas ab equo occultatum.

4 *Pauca boni.* Cuidam reprehendenti, quod non apud Aristonem cum pluribus daret operam philosophiæ. Nūquam, inquit, philosopharer, si cum pluribus auscultarem. Dicitur lepidius est apud Græcos quod πολλοῖς interdū sonat multi, interdū vulgus minimum. Sensit non statim esse optima, quæ placent cum plurimis.

5 *Iunens est dialectica.* Ad dialecticum quendam Cleanthi multis ac prolixis sophismatibus obstrepentem, desine, inquit, senem a magis ad rem pertinentibus auocare, sed nobis iunioribus ista proponito.

6 In conuiujs cætera quietus, tantum ex more

agítabat crura. Vnde famula quę illi inferuiebat, Facete.
dicere solet, Chryssippi sola crura inebriari.

PYTHAGORAS

Dicebat vitam humanam esse similem Pa- 7
negyri, hoc est, solenni hominum conuentui: ad Philosophi
mūdi spe-
ctator.
quem alij conueniunt certaturi, alij negotiaturi,
nōnulli spectatores modo futuri. Ac cæteros qui-
dē omnes esse sollicitos, solū spectatōrē trāquil-
lum frui celebritate: hunc spectatorem aiebat es-
se philosophum, qui non ob aliud in hoc mundi
theatrum prodisset, quàm vt naturas rerū ac mo-
tes hominum contemplaretur.

Rogatus a quodam, quando esset congregien- 8
dum cum scemina: cum voles, inquit, teipso fieri Venus.
debilior. Multa venus enervat hominem.

Admonebat discipulos, vt quoties a negotijs 9
diurnis vesperi domum ingrederentur, versiculū
hunc apud se repeterent. πῦ παρίβη, τί δ' ἔρε-
ξα, τί μοι δίομοδκ ἰτελίωδη.

Aiebat ī ciuitates primū irrepisse delicias, mox 10
saturitatem, deinde violentiā, postremo exitiū. Graulter.

Theano Pythagoræ vxor, rogata quando mu- 11
lier esset munda a viro, respondit: a suo semper,
ab alieno nunquam. De Pythagoræ symbolis nō
paucā diximus in Chiliadibus, quo minus hic li-
buit ea repetere.

EMPEDOCLES AGRIGENTINVS

Quum videret ciues suos delicijs deditos, sum- 12
ptuose tamen ædificare, dixit: Agrigentini sic in- Graulter.
dulgēt voluptatibus, quasi postridie morituri: sic
ædificant, quasi semper victuri.

HERACLITVS EPHESIVS

Dicebat iniuriā magis extinguendam quàm 31

Initijs ob-
standum. incendium. Ex leuissimis offensis, si negligantur, nascuntur atroces tragœdiæ: Sed ad restinguendum incendium accurrunt omnes, gliscenti vero simultati citius addunt iramenta.

14 Legum ob-
seruatio. Dicebat ciues nō minus oportere pugnare pro legibus quā pro mœnibus. Quod absq; legibus nullo pacto possit esse ciuitas incolumis, absque mœnibus possit.

15 Libere. Rempub. vt deploratam contempsit, eiq; dare leges quum rogaretur, recusauit. Secessit autem in templum Dianę, ibiq; cum pueris ludebat talis. circumstanti & admiranti populo, Perditi, inquit, an non præstat hoc agere, quā vobiscum rempub. administrare?

16 Interrogatus aliquādo, quur sileret, vt vos, inquit, loquamini.

XENOPHANES COLOPHONIUS

17 Salsc. Empedocle dicente, sapientem inueniri non posse. Et merito, inquit, Nam sapientē esse oportet qui agnoscat sapientem: notās illum qui hoc dicebat, suo vitio non inuenire sapientem.

18 Dicebat τοῖς τυράννοις ὀμιλεῖν ἢ ἠδ' ἰσαῖ, ἢ ἠκισαῖ, id est, cum tyrannis congregiendum aut iucundissime, aut minime. Nihil est violentius aure tyranni, ait Satyricus. apud bonos etiam princeps admonendi libertas verbis placidioribus est temperanda. Id qui non potest, abstineat ab illorum congressu.

DEMOCRITVS MILESIUS

1 Multifidus. Ignotus venit Athenas, & colloquio de philosophia cum Socrate habito, dixit. Hic philosophus similis est Pentathlo, quod calleret naturalia, moralia, mathematica, adhęc disciplinas quas

ἐγκύκλιος vocant, deniq; omniū artiū peritiā.

Huius fertur & illud: λόγος ἔργου σκίνη, id est, 2
Gloria ex
benefactis
Oratio operis est umbra. Significans ex egregijs factis natei laudes hominum eloquentiū, non cōtra. Primam igitur oportet esse curam factorum, gloria consequitur ultro.

Dicere solet, si corpus animum in ius vocaret, haudquaquam futurum vt ille muneris male ad ministrati crimen effugeret. Animus in corpore veluti præsidio collocatus est, & tamen pleraq; mala corpori ab animo veniunt. 3
Grauiter

Quum arroderet cucumerem, sensit humorem esse mellei saporis, rogauitq; famulā, vnde emisset. illa nominauit hortum. Surrexit Democrit⁹, & duc me, inquit, eo, ac locum indica. Demirāte muliercula quid sibi vellet: vt, inquit, dulcedinis causam inueniā, inuenturus, si locum inspexero. Hic muliercula ridēs: quiesce, inquit, o bone. Nā ego imprudens cucumerem immiseram in ollā mellitam. At ille offensus, molesta es, inquit. Ego tamen incumbam, queramq; causam, quasi cucumeri peculiaris sit ac genuina dulcedo. Sit hoc exemplum studij indefatigabilis. 4
Studium

Dixit preciosissimum impendium esse tēpus, 5
Temporis
paruos
nia
εὐλυτελίστου ἀνάλωμαρόνος Citat Plutarc. in vita Antonij. Quanquam hoc dictum cōpluribus tribuitur. 6
Libertas
immodica

Quum apud Dionysium quæreretur quod eris genus esset omnium optimum: Ex quo, inquit, Athenienses statuas fecerunt Harmodio & Aristogitoni: nimium libere, significans tyrannos e medio tollendos. Nam ob eiectos tyrānos Athenienses illis statuas crexerunt. Hoc, ni me fallit

memoria, alteri cuidam ascribitur.

ANAXARCHVS

7 Libertas
temperat
Anaxarchus Abderites inuisum habuit Nico-
creontem Cypri tyrannū: itaq; quū in cœna quas-
dam Alexāder rogasset, qualis illi videretur, præ-
clara, inquit, sed oportuit & Satrapæ cuiusdā ca-
put apponi, oculos detorquens in Nicocreontem
qui aderat.

8 Fortiter
Alexandro mortuo, quum Anaxarchus tempe-
state esset delatus in Cyprū, Nicocreon memor
contumeliæ, philosophum arreptum in morta-
rium coniecit, ferreis pistillis contundi iussit. Hic
illam vulgo celebratā vocem emisit: *τύπτει τὸν
ἀναξάρχου θύλακον, ἀναξάρχου δ' οὐ πάλ' ἔτις,*
id est, tunde Anaxarchi manticā, nā Anaxarchū
non percutis. Sentiens corpus non esse partē ho-
minis, sed animi domicilium tantū. Animus au-
tem non potest tundi.

9 Libere
Quū videret ex Alexandri vulnere, quod icū
sagittæ acceperat, manare sanguinem, dixit versu
Homericō, *τὸ πρὸς μὲν αἷμα καὶ ὄκ' ἰχώρ διόσπ' ἴσθ'
τε εἰς μακάριον ἰθεοῖσι.* Hic quidē sanguis est,
non ille liquor, qualis Diuis solet ire beatis. Ad-
monens regem suæ conditionis, qui pro deo affe-
ctabat haberi. Quanquā hoc quidā non ab Ana-
xarcho, sed ab ipso Alexandro dictum tradunt.

10 Dignatio
In conuiuio quū Anaxarchus Alexandro pro-
pinaret, ostēso calice prædixit fore, vt vulnus ac-
ciperet, abutens ad id versu Homericō.
βιβλίεται τις θιῶν βροτῆσι χεῖρ'.
Ferietur aliquis mox deūm humana manu.

ZENO ELEATES

11 Zeno accusatus quod cōiurasset in perniciem

Nearchi tyranni, quum in quæstionibus iuberet Fortiter
 edere nomina coniuratorum, nominauit plerosque
 illi amicissimos. De his quum tyrannus sumpsisset
 supplicium, rogaretque nūquis superesset etiā,
 Tu solus, inquit, resp. perniciēs. Tandē & linguā
 dentibus amputatam in os tyranni, quod ob iras-
 cundiam hiabat, expuuit.

Quum maledictis lacessitus incandesceret, re- 12
 prehensus quod philosophus verbis improborum Ira & Opulencia
 commoueret: Si cōiucia, inquit, æquo animo admi-
 sero, ne laudes quidē sentiā. Lapidis est nō senti-
 re discrimen inter laudantē & vituperantē. Sed
 philosophi est non ita commoueri, vt ab honesto
 recedat.

Quū ascenderet in theatrum cithara canente 13
 Amœbeo, versus ad discipulos dixit: Eamus, vt Harmonia
 pernoscam, quā vocē, quēq; cōcentū edant, in- vitz
 testina, nerui, lingua, & ossa, quibus adest ratio, nu-
 merus & ordo. Si in reb⁹ inanimis tm̄ valēt illa,
 quāto plus valebūt si in omni hoīs vita seruētur.

Dicebat e suis quemq; in somnijs deprehende- 14
 re posse quātū in philosophia profecisset: si nihil Somnijs
 illic vel appeteret vel faceret nefariæ rei. Tum obseruatio
 enim anim⁹ in profunda trāquillitate cōstitut⁹,
 veros affectus prodit. Contra quę vigilātes nō au-
 dēt pfari, aut agere, ea noctu occurrūt ī somnis.

P Y R R H O E L I E N S I S

Deprehensus aliquādo solus, ac secum loquēs, 15
 rogat⁹ quid sol⁹ ageret, Meditor, inquit, esse pro Solitudo
 bus. Sentiens ad id vtilem esse solitudinē, inuti-
 lem turbam.

Quum obiurganti sororem Philistam, quidam 16
 obijceret, quod oblit⁹ esset suę professionis (doce- F: 442

bat enim omnia esse indifferentia) sic elusit. Non enim, inquit, in muliercula declarabit indifferentia.

17 **Homo** Rursus quum canem inuadentē repulisset, idē obijcienti respondit, perdifficile esse prorsus hominem exuere. Maluit agnoscere lapsum humanum, quā dogma rescindere.

18 **Securitas philosophica** In tempestate conspiciens cæteros animo esse deiectiones, quum ipse nihil moueretur, ostendit porcellum in nauī secure edentem, dicens oportere sapientem eam animantis imitari securitatē.

19 **Vita fugax** Admirari solet illum Homeri versiculum præ cæteris,
ὄϊν περ φύλλων γενεὴ τοίνδε καὶ ἀνδρῶν .i.
 Tale quidē genus est hominū, quale est foliorū. Quod alijs defluentibus alij succedant, Sentiens in rebus humanis nihil esse diuturnū aut stabile.

TIMON NICAËVS

20 **Capere fugiendo** Gaudebat hortorum secessibus, ac solitudine. Vnde Hieronymus Peripateticus de illo dixisse fertur: Quemadmodum apud Scythas & qui fugiunt, & qui insequuntur, torquent sagittas: itidē inter philosophos, alios persequendo discipulos capere, alios fugiendo. Sequit̄ fama fugiētem, & ob id ipsum auidius expetitur qui scholam vitat.

21 **Libertas** Cum vidisset Arcesilaū inter assentatores euntem: Quid tu, inquit, venisti huc, ybi sumus nos, qui liberi sumus?

22 **Facete** In quendam omnia mirantem ita lusit. Quin & illud miraris, quod quum tres simus, quatuor habemus oculos? Timon enim luscus erat, vnde & Cyclops dictus est, & discipulum habebat luscum Dioscoridem. Meminit huius & Socrates alicubi apud Platonem.

XENOPHON

Dicebat esse prudentis cordatiq; viri, etiam ab inimicis utilitatem capere. Vulgatū est, neq; solem, neq; aquam, neq; ignem magis vtilē esse hominibus, q̄ amicos. Sed ingenij philosophici est, quemadmodum periti medici ex bestijs ac serpētib; noxijs vtilia quædam remedia colligūt, ita ex inimicorum odio decerpere aliquid quod verat in suum bonum.

23
Utilitas ex
Inimicis

Dicebat tum maxime colendos esse deos, quū homini res sunt secundæ, vt quum incideret necessitas, confidēter illos imploremus, vtpote beneuolos iā & amicos. Recte Xenophon, sed vulgus hominum contra facit: in felicitate profunda est ditiorum obliuio: quū vrget calamitas, tū demum ad illos confugimus.

24
Disorum
cultus

STRATO PHYSICVS

Quibusdam obijcientibus quod Menedemus plures haberet auditores quā ipse, Quid mirum, inquit, si plures reperiuntur qui lauari cupiunt, q̄ vngi? Vnguntur qui se parant certamini. Subindē cauit Menedemi philosophiam esse dilutam, ac facile inueniri, qui audiant de virtute differentē, perpaucos autem qui virtutem exerceant. Nam huc prouocabat Strato.

25
Virtutis
vlus

PHOCION DVX ATHENIENSIS

Hunc quum pro concione dicentem, quidam petulantissime maledicus interpellaret, multis conuicijs in illū debacchans, omisit quod cœperat, locumq; dedit maledico. Posteaquam ille vix dicendi fecisset finem, Phocion reuersus in suggestum placido vultu, perinde quasi nihil esset dictum, cœptam orationem prosequutus est. De

26
Moderate

pedestribus, inquit, copijs audistis, superest vt de
velitibus, ac leuis armaturæ milite dicam.

27 Quum adhuc floreret Leosthenes, interrogat^r
ab oratoribus, quid ipse boni fecisset reip^u. nihil
aliud, inquit, nisi quod donec ego vobis fui dux,
nulli dicta est oratio funebris, sed omnes vita de-
functi in maiorum monumētis sepulti sunt. Alij
factabant cruentas victorias: Phocion existima-
bat egregij ducis esse, sic administrare rem mili-
tarem, vt nulli aut quā paucissimi ciues pereant.
Mos autem erat Athenis, eos qui in acie cecidisse-
sent, apud populū laudare, ac cenotaphia erigere.

APOPHTHEGMATVM LIBER VIII.

PRAEFATIO



NUNC à philosophis ad so-
phistas, hoc est, qđ dici so-
let ἀφ' ἰππῶν ἰπ' ὄνου
trāscamus, qđ gen^o homi-
nū miror olim in delicijs
fuisse, non vulgo tātum,
sed summis etiā principi-
bus, quum nec essent ger-
mani poetæ, nec ῥητοῖς
rhetores, nec synceri philosophi, sed tamen horū
omnium simij, tantum ad captādā auram po-
pularē, ac linguę modulatu deleniendas ociose
multitudinis aures cōpositi, si paucos tamē ex-
cipias. Vnde mirū quā horū dicta frigeāt præ phi-
losophicis aut etiā poeticis, vt interdū parasiti &
meretrices dicere videātur argutiora. Sed hic li-

ber habet præterea variã dictorũ satyrã, in quib⁹ fortasse reperies iuxta poetã epigrãmaticũ, quædam bona, quædã mediocria, sed mala plura. Verũ ut molestus est conuiuator, qui præter modum laudat ea quæ apponit: ita ciuilitatis est parcius extenuare apparatus: eo quod & qui laudat, & qui deiecit immo dice, diuersã quidẽ via, sed tamẽ pati studio venari gratiã videat. Sic igit hoc lectoris iudiciũ. Nos simpliciter τὰ παρ' ἑμῶν appone-

LEO BYZANTIVS SOPHISTA (M⁹).

Venit Athenas populo dissidijs tumultuãti cõcordiã suaturus. Vbi prodisset in suggestũ, cor-
I Solertes
 pore admodum pusillo, omnũ risus obortus est. Ille fortuitam occasionem vertens in proœmiũ: *Quid, inquit, o viri Athenienses, si conspiceretis vxorem meã, quæ tã pusilla est, vt vix pertingat ad genua meã?* Ad hanc vocem quũ maior etiã populi risus, sublatus esset, subiicit. At nos tã pusillos, siquãdoj dissidemus, vix ciuitas Byzãtium capere potest. Ita ferme Plutarchus in pteceptis politicis. Sed eandem fabulam multo aliter narrat Philostratus in Sophistis. Nempe quum prodisset ad populum dicturus de cõcordia, ipsa statim specie risum mouit populo, quod obel⁹ esset, ac ventre prægrandi. At ille nihil turbatus risu multitudinis, *Quid, inquit, rideris viri Athenienses? Vxor mihi eit me multo obessor, & tamẽ cõcordes vnus capit lectulus, discordes ne tota quidem domus.* Quod refert Philostrat⁹, & probabilius est & festiuus.

Quum Philippus adornaret bellum aduersus Byzantios, Leo adijt illũ percontans hunc in modum: *Quid, inquit, accidit tibi Philippe, vt bellũ*

2 Admonitio commoda

instituas? Ut, inquit, tua patria ciuitatū pulcherā
ma huc adducat, vt intelligat se a me diligī, eoq;
ad fores amasiōrum meorum venio. Ad hęc Leo
At qui redamari cupiunt, haudquaquam cū gla
dijs venire solent ad fores amasiōrum. Amantes
enim non egent bellicis instrumentis, sed ciuili
bus. Hoc dictō in diuersum flexo regis animo
patriam suam liberauit. Ita Philostratus.

3
Conuiciū
retortum

Pasiadi obijciētī lippitudinem oculorum: cor
poris, inquit, viciū exprobras, haud videns filiū
tuū Nemēsīm humeris baiulantem. Erat enim
Pasiadi filius contractis humeris. Nemēsīm autē
dixit redargutionē insolentię, quam veteres sin
gebant esse deam. Imprudenter in alterum tor
quet conuiciū, si in promptu sit quod ipsi viciū
sīm obijciatur.

ION SOPHISTA

4
Animus
ægroto

Dicebat rem morosam esse ægrotationē. Nam
ægroto & yxor molesta est, & medicū inculant,
& lectulum moleste ferunt. Ex amicis autem &
qui accedit grauis est, & qui discedit, molestus.
Sic animus ægroto & lætis & tristib⁹ offendit.

PROTAGORAS Abderita ἄβδηρος

5
Imple

Dicebat de dijs nihil certo sciri, sint, an nō sint:
ob id libri illius in foro exusti sunt, quod docerēt
impietatem: ne quis arbitretur noui exempli rē
esse, quod nunc exuruntur libri hæreticorum.

6 Euathli discipuli dilemma quomodo apud ius
dices in ipsū retorserit, notius est quā vt sit hoc
lo co commemorandum.

THEODORVS Atheniensis cognomēto ἰσοκράτης

7 Obijcientibus quod doctrīna ipsius multi red
derentur deteriores, respondit id aliorum vitio

accidere, qui doctrinā ipsius sinistra exciperent, quum ipse dextra porrigeret. Hoc hominum genere hūc temporibus plenus est mūdus, quibus nihil tam circumspecte dici potest, quod non desprauent ad calumniam. Refert Plutarchus libro de animi tranquillitate.

FAVORINVS

In Favorinū Sophistam hęc tria iactata sunt, vt miranda, vixq; credenda. Quum Gallus esset, scire Græce: quum Eunuchs, accusatum fuisse de adulterio: postremo quod cum imperatore simultatem gerens, viueret.

8
Prodigiosa

Huius æream statuam defecerant Athenienses, vt hominis Cæsari inimicissimi. Erant enim Athenienses vectigales Adriano Cæsari. Id posteaquam ei nunciatum est, nihil commotus dixit, vtilius erat Socrati ab Atheniēsisibus ærea priuari statua, quàm bibere cicutam. Contemplit statuæ iacturam, vita incolumi.

9
Honor des tractus.

AESCHINES

Aeschines quum Rhodi exul recitaret orationem suam aduersus Demosthenem, Rhodij demirati sunt, quod tali oratione fuisset damnatus ab Atheniensibus. At desineretis, inquit Aeschines, admirari, si audissetis quæ ad hęc respondit Demosthenes. mira ciuilitate & se exemit a crimine, & iudices excusauit, damnationis iniustæ causam reiiciens in violentiam eloquentiæ Demosthenicæ. Ita ferme Philostratus. Dein quum recitatam Demosthenis orationem omnes supra modum admirarentur: Quid, inquit, si ipsam bestiam audissetis sua verba resonantem? Sentiēs in Demosthene magnā Demosthenis partem ab-

10
Ciuitati

esse, si quæ scripsit, ab alio recitarentur.

NICETES

- II *Salte.* Nicetes Smyrnæus sophista Telonæ cuidā in iudicio vehementius incandescenti, dicentiq; desine latrare in me: admodū falso respondit, si tu desinas mordere. Nam utrunq; canum est.

ISAEVS SOPHISTA

- 12 *iudice.* Isæus Sophista Assyrius quum primam ætatē dicasset voluptatibus, simul ut ad virilē peruenit velut alius subito factus miram induit morum severitatem. Itaq; percontanti cuidam num illa, foeminam ostendens, videretur formosa:

Sobrie. *πίπτειν* inquit, *ὀφθαλμοῦ* .i. desij laborare ab oculis. Ab altero quo piā interrogat⁹, quis piscis, aut quæ avis esset ad vescendum suauissima, *πίπτειν*, inquit, *ταῦτα ἀσθενέω*, id est, ista curare desij. Et adiecit, *ξυνῆκα γὰρ τοὺς ταντάου κήπους τευγῶν*, id est, sensi enim me e Tanti hortis fructus colligere. Subindicans omnes eiusmodi voluptates quibus iuventus capitur, nihil aliud esse, quàm umbras ac somnia, qualia de Tantalo fabulantur poetæ.

- 13 Lacedæmonijs periclitantibus, ac de ciuitate mœnibus cingenda cōsultantibus, Homericum carmen recitauit.

Concordia. *ἀσπίς ἀπὸ ἀσπίδος ἔφθασεν, κόρυς κόρυς, ἀνὴρ ἀπὸ ἀνὴρος.* Id est, Scutum hæsit scuto, galeæ galea, atq; viro vir. Et adiecit, Sic mihi stete Lacedæmonij, & muris cincti sumus.

- 14 Pythonis proditoris accusationem tribus diebus absoluit. Coarguā Pythonem, inquit, proditoris, oraculo a deo reddito, populo qui vinxit,

Philippo qui dimisit. Græca sūt lepidiora. ἐλίγξω πύθωνα προδιδωκότα τῷ χρίσαντι θεῷ, τῷ δ' ἰσαντι δ' ἰμῶ, τῷ ἀναζωξαντι Οὐλίππῳ. Neq; enim deus pronunciaisset oraculo, nisi talis esset: neq; populus vinxisset, nisi talis fuisset: neq; rex abiisset nisi cū cuius gratia venerat, non reperiisset: aut rex e castris illum non dimisisset.

Brevissimè
qualitas

SCOPELIANVS

Scopelianus eos qui cōuitijs agerent, existimātes sese hoc pacto declarare animi magnitudinē, aniculas appellare solet, non tantum ebrias, sed & rabidas.

15
Cōstitis anicularum.

Polemoni obijcienti quod inter dicendum pulsaret tympanum: Tympanizo, inquit, sed Aiæcis clypeo, haud inficiās se in agēdis causis interdū vti verbis ac figuris vehementioribus, at nō inani strepitu, sed ad causæ patrociniū accommodis.

16
Vehementia in dicēdo.

DIONYSIVS SOPHISTA

Dionysius Sophista familiaribus dicere cōsuevit, mel summo dīgito non caua manu gustandum esse. Sentiens voluptates quā paratissime admittendas.

17

POLEMON SOPHISTA

Antonius imperator absente Polemonē occurrat domū illius, velut omnīū apud Smyrneos pulcherrimam. At Polemon noctu reuersus e peregrinatione, pro foribus clamauit, se indigna pati, qui proprijs ædibus arceretur. Cognouit imperator, ac cessit. Post vbi Romam venit Polemon, imperator ciuilitè illi exprobrās quod acciderat, date, inquit, Polemoni diuersorium, nec quisquam illum eiciat. Mox histrio quidam

18
Libere

tragœdiarum, ex Olympijs Asiæ, cui erat præf-
ctus Polemon, appellauit Antonium Cæarem
aduersus Polemonem, quod protinus initio fa-
bulæ ab illo fuisset eiectus e scena. Percontatus
est Cæsar, quo tempore fuisset eiectus: cumq; is
respondisset, circiter meridiem: admodum urba-
ne respondit, At me quidem eiecit circa mediũ
noctis, nec tamen appellauit iudicem.

19 *Assuetudo* Quum laboraret morbo articulari, Pergami in
templo obdormijt. huic apparuit Aesculapius,
iubens vt a frigido potu abstineret, ad quem Po-
lemon, ô præclare, inquit, quid autem li bouem
curares? Subindicans iam diu assuetum duris fru-
stra vocari ad delicias.

20 *Facete.* Proconsul torquebat prædonẽ quendam: quũ
que dubitaret quod supplicij genus esset de illo
sumpturus, superueniens forte fortuna Polemõ,
Iube, inquit, illum ediscere veterum scripta. Ipse
quidem Polemon multa edidicerat, sed in exer-
citatione nihil ducebat laboriosius ac molestius
quàm ediscere. eog; Fabius iubet hoc tediũ pro-
tinus a pueris deuorari.

21 *Cibus.* Occurrens sophistæ cuidam, intestina, mani-
des pisces, & alia quædam vilia portanti opsonia:
O vir egregie, inquit, non potest Darij & Xerxis
animũ recte actione exprimere, qui talibus vti-
tur cibus.

22 *Salte.* Timocrati philosopho apud Polemonem dicẽ
ti Fauorinũ esse loquacẽ: & omnis, inquit, anus.
Notans in Fauorino corporis habitum, quod es-
set eunuchus. Visus est excusare vitium, sed re ve-
ra conduplicauit.

23 Histrionem tragœdiarum qui in Olympijs, ô

Iupiter pronunciarat, ostensa terra: ô terra, ma- Gellus.
 nu in cælum proiecta: submouit a præmijs (Præ-
 sidebat enim ei certamini) dicens, hic manu com-
 misit solœcisum.

Quum articuli morbo lapidescerent, medicos 24
 admonuit vt effoderent inciderentq; Polemo- Iocus in
 nis lapicidinas. Dicebatq; comedendum est, ma- mortu præ-
 nus non habeo: ambulandum est, pedes non ha- mium.
 beo: dolendum est, & manus habeo, & pedes.

Curarat, vt viuus inferretur sepulchro, ac fami 25
 liaribus quibus datum erat negotium occluden- Industria;
 di monumentum, Obde inquit, obde, ne me sol-
 cernat tacentem.

SECUNDVS SOPHISTA

Tale declamationis argumentum erat propo- 26
 situm. Qui seditionem mouerit, moriatur: qui se- Argute.
 dauerit, præmiũ ferat. Quidam & mouerat, & se-
 dauit: petit præmiũ. Hanc quæstionẽ paucis ab-
 soluit. Quod est prius? mouisse. quod posterius?
 sedasse. Itaq; prius da pœnas motæ seditionis, ac
 deinde, si potes, accipe præmium recte factorum.

GORGIAS SOPHISTA

Gorgiæ Sophistæ palam exhibenti sese ad re- 27
 spondendum quod cuiq; libuisset proponere: Xe- Fruioze
 nophon, nõ ille Socraticus, sed alius quidam, in- quæstiones.
 uidens, adiit illum, atq; hanc proposuit quæstio-
 nem: Dic mihi Gorgia, quãobrem fabæ ventrem
 inflent, quum ignem non inflent? Ad quem pla-
 cide Gorgias: istuc quidem tibi dispiciendum re-
 linquo: ceterum illud iam olim cognitum habeo,
 terram aduersus istiusmodi homines produce-
 re ferulas.

Dicebat tragœdiam esse deceptionẽ, qua qui 28

Poesis fallacia bona.

alterum decepisset, iustior esset eo qui non decepisset: & qui deceptus esset, sapiētiōr foret eo qui non esset deceptus. Fallit enim tragœdia tractās argumenta cōficta, sed adeo scite, vt vera credantur. Iustior autem ille videtur qui fallendo prodest: & sapiētiōr est, qui per fictas fabulas discit, quid sit turpe, quid sit honestum. Refert Plutarchus de poetis audiendis.

HERODES SOPHISTA

29 Nobilitas in talis.

Herodes in accusatorem, qui de causa pauca, de generis sui claritate multa iactarat, Tu, inquit, nobilitatem habes in talis. Romani siquidem nobilitatis signum gerebāt in calceis. Id erat eburneū additamētum tali specie. Ita Plinius notat quosdā qui nihil haberēt nobilitatis præter imagines. Rursus quū aduersarius gloriaretur quod in vnam quādam Italiæ ciuitatem multa beneficia cōtulisset, Idē ego, inquit, de me prædicare possem, si in vniuersā terra causam dicerē. Significās se de innumeris ciuitatib⁹ fuisse præclare meritū.

30 Lucius in modicus.

Vxoris Regillæ mortem luxit impotentius, adēdō vt picturas & ornāmēta domus coloribus atraret, velis pullis tegetet, ac lapide Lesbio obsecuraret omnia. nā is funestus ac niger est. Quosdam igitur die quum Lucius, qui frustra conatus fuerat Herodi persuadere vt lugeret moderat⁹, pueros videret in fonte ædibus vicino lauantes thaphanides, rogabat cui pararetur ea cœna: qui respōderunt, Herodi. Tum Lucius: Iniuriam facit Regillæ, qui albis radiculis vescatur in atra domo. Id vbi renūciatum est Herodi, amouit ab ædibus funestam speciem, ne apud probos viros traduceretur.

Idem Lucius quum Romam venisset, obuiam factus imperatori Marco, percontatus est illum quò iret, & cuius rei gratia. cui imperator, honestum est & seni discere. eo ad Sextum philosophum, vt discam quæ nondum scio. Hic Lucius subla- tis in cælum manibus, ô Iupiter, inquit, iam senex tabellam gestans puerorum more comeat in ludum, quum noster rex Alexāder triginta duos annos natus vita defunctus sit. Hic citius proba- rim Cæsaris & studium, & moderationē, quam Lucij libertatem.

31
Libere.

Dolorem ex prioris filix Panathenaidis obitu conceptum vtcunq; lenierant Athenienses, intra urbem eam sepelientes, & obitus diem ceu fu- nestum ex anno sustollentes. Cæterum quum El- pinicen alteram filiam exanimem indecore luge- ret, prolectus humi, ac vociferans, quas inferias tibi faciam filia? quid tecum sepeliam? superueni- ens Sextus philosophus: Maximum, inquit, mu- nus dederis filix, si moderate lugeas.

32
Luctus.

Viginti pueris ob virtutem compluribus in lo- cis statuas posuerat. Hac de re quum accusaretur a Quintilijs Græciæ præfectis, quod superuaca- neis impedijs indulgeret: Quid, inquit, vobis in- commodi est, si ego ludo de saxis meis?

33
Sumptus
franes.

Videns Quintilios Troianos quidem esse, cete- rum a Cæsare plurimi fieri, dixit: Ego etiam Io- uem Homericum odi, quod Troianis fuit amicus, Nimum libere profitens sibi molestum esse, quod imperator tantum honoris haberet Quintilijs.

34
Libere.

Proteo Cynico sine fine ipsum conuitijs inces- sante: Consenuimus, inquit, ambo, tu quidē ma- le loquens, ego male audiens. Sensit immedi-

35
Maledicentia.

T. iij

cabile malum esse cui ille tam diu assueuerat, & se moderatius ferre quod iam nouum non esset.

- 36 *Modeste.* Atheniensibus sic admirantibus hominis eloquentiam, vt dicerent illum esse de numero decem oratorum, nihil elatus est hac laude, quæ vsq; debatur maxima. Tantum respondit: Certe Antodocide sum melior. Is, vt opinor, fuit Sophista quispiam notæ vulgaris.

ANTIOCHVS SOPHISTA

- 37 *Iracundia.* Antiochus Sophista quum male vulgo audiret, veluti formidolosus, quod nec prodiret in concionem, nec reip. munia capesseret: Nō vos, inquit, metui, sed me ipsum. agnoscēs bilem suam vehementiorem quàm vt cohiberi posset. Sensit idem Plato: qui sunt iracundioris ingenij, ad disciplinam quidem esse idoneos, ad gerendam rempub. non item.

ALEXANDER SOPHISTA

- 38 *Improbitas.* Alexāder Sophista legatione fungens pro Seleucia apud Antonium primum, vidensq; illum minus attentum, clariore voce dixit, ausculta me Cæsar. Cæsar autem acerbitate confidentiæq; vocis exasperat⁹, ausculto, inquit, intelligo: ꝑ te. Tu enim es ille, qui colis comam, qui dentes candidas, qui polis vngues, qui semper oles vnguentū.

HERMOGENES

- 39 *Sermo in cōpositus.* Antiochus hoc dicto taxauit Hermogenem, vt diceret illum inter pueros esse senem, inter senes puerum: siue ob valetudinem ante tempus imbecillem, siue ob dictionis genus neglectius. Alij per iocum dicebant illius verba planè iuxta Homerū esse πῦρ ἐόειναι, quod ea veluti pennas abijceret.

PHILAGER

Rogatus quamobrem non delectaretur educā 40
 dis pueris, Quoniā, inquit, nec me ipso delector. *Irascundia*
 Agnoscebat naturæ suæ vitium. Erat enim iras-
 cundus & morosus, eoq; nec appositus ad tenerā
 ætatem instituendam: quum hodie stulti paren-
 tes nullis libentius committant liberos suos, quā
 huiusmodi truculentis & asperis.

ADRIANVS SOPHISTA

Adrianus Sophista in conuiuio sophistarū ad 41
 quos adhibitus erat tanquam egregij cuiuspiam *Imitatio*
 arcani confors futurus, quum sermo fuisset ortus
 de characteribus dictionis, & in quo quisq; præ-
 celleret, & quid in quoq; potissimum imitandum
 esset: At ego, inquit, describam characteres, haud
 quaquam recensens incisiunculas, intellectulos,
 membra, aut rhythmos, sed me ipsum mihi imi-
 tandum proponens, omniumq; inuenta ex tēpo-
 re proferens fluxu quodam orationis, ac linguæ
 permittā hæc omnia. Quid de hoc Adriani dicto
 iudicandū existimēt, viderint Critici. Illud scio,
 Horatium non temere exclamasse, O imitatores
 seruum pecus. & hodie videmus quosdam qui se
 totos addixerunt exprimendo Ciceroni, frigidos
 & clumbes euadere. Quod si quos delectat illud
 orationis genus leue & γλαφυρόν, equidē nec
 obsto cuiquā nec inuideo. At ipse malim Epictē-
 ti rudem & indolatam phrasim, sed naturalē, q̄
 Isocratis omni flosculorum genere picturatam.
 Huius Adriani dictionem Herodes Sophista so-
 let appellare κολοσσοῦ μεγάλα παραίγματα. i.
 colossi magna fragmēta. simul in iuvene notans *Colossi fra-*
 orationem nondum satis compositam, simul lau- *gmenta*

dans & vocis & animi magnitudinem.

42
Facete

Quidā e familiarib⁹ miserat illi pisces in disco argenteo, picturato auro. at ille delectatus vasculo non remisit, tantum ei qui miserat, respondit: bene facis, quod etiā pisces: quasi discus esset dono missus, pisces tantum nouitatis gratia additi. Quidam autem dicunt id ioco factum, vt castigaret discipuli vitium, qui sordidior esse dicebatur. Nam eo admonito discum reddidit. Quū essem apud Coloniam Agrippinā, senatus honoris gratia misit vinum in cantharis testaceis, nec eos repeti mos est. Id admirat⁹, rogauī causam. Responsum est, olim vinum solere mitti cantharis argenteis. Hoc honoris quum esset habitum cuidā eorum numero, qui magnam nobilitatis partem existimant raptō viuere: postridie mane profect⁹ est cum argenteis cantharis. Re comperta misit ad illum senatus qui cātharos reposceret: at ille, vltro, inquit, dono dedistis, & ego gratias egi. Hoc casu admoniti mutarunt consuetudinē.

PAVSANIAS CAPPADOX

43
Salte

Quoniam more suæ gentis crassa lingua sonabat, confundens consonantes, breues producens, productas corripiēs, vulgo dictus est coquus, qui preciosa opsonia male condiret.

PROCLUS

44
Arguto

Proclus Naukratites filium habebat intemperantem, gallis gallinaceis, coturnicibus, catellis, & equis alendis indulgentem: quē pater adeo non increpabat, vt vna cum illo potius iuuenaretur. Quo nomine quū ab amicis obiurgaretur: citius, inquit, desinet cum senibus colludēs, quā cum æqualibus.

ANTIPATER

Antipater Hieropolites quū ducturus esset Ses- 45
 ueri Cæsaris filiam, forma parum felici, & fami- Lepide
 liarium quispiam interrogaret quando laturus
 esset τὰ ἀνακαλυπτῆρια, sic appellabātur mis-
 nera quæ sponsæ amici deferebant sponso ter-
 tia die, quo sponsa debebat exhiberi spectanda:
 Hermocrates lepidissime respondit· ἐγκαλυ-
 πτήρια μὲν οὐρποιάυτην λαβῶν, id est, Enca-
 lypteria potius, quū talem ducat. ἀνακαλύπτω
 est retego, ἐγκαλύπτω te go. Quod deforme est,
 tegi magis oportet quàm retegī.

HERACLIDES SOPHISTA

Scripserat libellum cui titulū indiderat πόνου 46
 ἐγκώμιον, id est laboris laudatio. Eum quū Pto- Industria
 lemæus Sophista forte obuius videret habentem
 præ manibus, rogabat quid moliretur. Quum il-
 le respondisset πόνου ἐγκώμιον, Ptolemæus ac-
 cepto codice, deleuit π, & adiecit: tempus est, vt
 legas titulum encomij, reperitq; scriptum πνου
 ἐγκώμιον. Ptolemæus huc allusit, quod si labor
 meretur laudem, eadē opera laudandus esset as-
 nus animal labori natum.

HIPPODROMVS SOPHISTA

Hippodromus Sophista Clementi tragœdias 47
 actori longe præstantissimo quum apud Iudiciū in-
 Amphictyones optime re gesta negata esset vi- corruptum
 ctoria, quod Byzātius esset, atq; id temporis By-
 zantium à Romanis obsideretur, profiliens cla-
 mauit, Valeāt applaudentes, ac perperā de re ius-
 dicantes. Ego, inquit, Clemēti victoriam decer-
 no. Quum alter histrio appellasset Cæsarem, obs-
 tinuit Hippodromi suffragium.

48 Modeste Quodam tempore quū illi vehementer à Græcis applauderetur, multaq; magnifica acclamaretur, in quibus illū æquabant Polemoni, Homericō versu respondit. *τίμ' ἀθανάτοισι ἴσκησ;* id est, quid me immortalibus æquas? Simul & cādidī hominī laudē auferens, qui Polemonem tā præclaro testimonio ornavit; & modestiæ, qui laudem invidiosam repulerit.

49 Homerus Quodam tragœdiam appellante sophistarum matrē, correxit dictum: ego, inquit, dico Homerum esse patrem. Siue quod nimia sit tragicorū grandiloquentia, siue quod fons tragœdiarum sit Homer⁹. Pulchri⁹ autē est ex ipso haurire fōte.

50 Homerum appellare solet vocem sophistarū, Archilochum spiritum, quod ille suppeditet verba splendida, hic acrimoniam & vehementiam.

Q VIRINVS SOPHISTA

51 Admonitio rectora Quum ab Asianis reprehenderetur, quod in ac cusando mitior ac leuior esset, quā ipsi docerent. Multo, inquit, fatius est, vt vos meam accipiatis lenitatem, quā ego vestram crudelitatem. Tumbant Asiani rhetores, & immodicis delectabant.

52 Fortiter Amicis ipsum de morte filij cōsolantib⁹: Quando, inquit, potius apparebo vit q̄ nunc? Sentiens dolorem quidem esse acerbum, sed hoc fortitudinis laudem fore splendidiorē.

PHILISCVS

53 Pronunciatio Philiscus illaudatus rhetor, quum causam ageret pulchre vestitus, sed tumultu irruēs in tribunalia, voce semimuliebri, lingua supina, quouis potius spectans quā ad ea quę agebantur: auersatus dicentē imperator, studuit illi os occludere, totaq; actione aquam intercipiebat, breues sub

inde percontatiunculas obijciens. Ad quas quum parum apposite responderet Philiscus, Virū, inquit imperator, arguit cæsaries, rhetorē vox. Græca plusculum habent leporis: τὸρ μὲν ἀνδρα δ' αἰ κνυσίη ἢ κώμη, τὸρ δ' ἰρήτορα φωνί. notans illū, quod attonsiā cæsaries declararet virum, sed oratio nō declararet esse rhetorē sed foeminā poti⁹.

CASSIVS SEVERVS

In aduocatione quādam, quum M. Pomponius Marcellus latini sermonis molestissimus exactor solœcismum ab aduersario factum arguere perseueraret, interpellatis iudicibus dilationem petijt vt litigator suus alium Grammaticū adhiberet, quod diceret sibi cum aduersario non de iure sed de solœcismo controuersiam futuram.

1
Molestie loqui

M. POMPONIVS MARCELLVS

Quum ex oratione Tiberij Cæsaris quiddā reprehendisset, contra affirmante Atteio Capitone id esse latinum, & si non esset, futurū certe: Iam inde, inquit, mentitur Capito. Tu enim Cæsaris ciuitatē dare potes hominibus, verbis nō potes. Aeditio Aldina corrupte legit, verba nō potes. Hominibus datur ciuitas, qui recipiuntur in ius ciuium. Verbis datur ciuitas, quæ recipiuntur in consuetudinem sermonis Romani. Quēadmodū multę voces nō Græcæ tantū, sed & Britānicę & Gallicę & Persicę ciuitate Romana donatę sunt. Id publicus vsus potest, Cæsaris nō potest.

2
Libere

REMNIVS PALEMÓN

Is flagrabat libidinibus vsq; ad infamiam oris. vnde quidam in turba osculum ingerentem, quū refugiens deuitare non posset, dicto non in faceto repulit. Vis tu, inquit, magister quoties festinan⁹

3
Salte

tem aliquem vides obligurire.

EPICVRVS ATHENIENSIS

- 4 **Amicorum
communia
omnia.** Improbatur institutum Pythagoræ, qui quæ doceret amicorum communia esse omnia, iubebat ut discipuli, quod quisque habebat, deponeret in commune, dicens id esse diffidentium verius quàm amicorum. Etenim si quis vere sit amicus, nihilominus habeo pro meis quæ ille possidet, quàm si deposuisset. Porro qui diffidit, aut non est ipse verus amicus, aut de alterius animo dubitat.

CTESIBIVS

- 5 **Benignitas** Arcesilaus quum inuiseret Ctesibium ægrotantem, sensissetque hominē egere, clam crumenam pecunijs plenā subiecit cervicali: quam ut reperit Ctesibius, ait. ἀρκισιλέου τοῦτο παίγνιον, id est, Arcesilai hic ludus.

EVRIPIDES

- 6 **Duci prouidentia** Celebratur illud Euripidis dictum: Vnicū consilium rectum magnam militum manum vincere. Quo prudenter admonuit non perinde referre quā numerosum educas exercitū, sed quā cordati sint exercitus duces. In bello siquidem lōge plus habet momenti prudentia solertiæque, quā vis res consilij expertes.

- 7 **Silentium** Idem cuidam opprobianti graueolētiam oris, Multa nimirum, inquit, in illo occulta cōputraverunt. Significans se posse continere arcana. Solēt autem res in occulto congestæ computrescere.

DIONYSIODORVS TIBICEN

- 8 **Locus a lau-
datis** Gloriarī solet, quod nemo pulsus suos audisset, neque in triremi, neque ad fontem, quemadmodum Ismenia. Sentiens se nunquam captasse plausus sordidorum & imperitorū, sed sat habuisse pro-

bari paucis eruditis. Ita Laertius in Cratete.

STRATHIAS

Colax Bianti stupido sic adulat⁹ est: plus bibi⁹ sti quàm rex Alexander. Quod in Alexandro tur⁹ pissimū erat, illi laudi tribuit. Neq; enim statim laude dignum est quod fit à principibus.

ALEXANDER MAGNVS

Quum inuitaretur vt Darij filias quas habe⁹ bat captiuas, inuiseret, prædicabantur enim puel⁹ læ admirabili esse forma, noluit ire, dicens sibi nõ committendum, vt quum viros vicisset, à mulie⁹ ribus vinceretur. 10
Contineu

DVELLIVS

Duellius qui primus Romæ e nauali pugna triumphum obtinuit, iam senex, tremuloq; corpore, in iurgio quodam audiuit exprobrari sibi graueolentiam oris. redijt domū tristis, & expostulauit cum Bilia vxore, quam virginem duxerat, quur huius vitij nūquam admonuisset, quolicuisset mederi. Admonuissem, inquit illa, nisi putassem omnibus viris ad eundem modum olere animā. Et hoc apophthegma superius alteri tributum retulimus. Si Bilia vere sensit quod dixit, argumentū est insignis pudicitia: sin finxit, magna est ciuilitas erga maritum, magna item tolerantia, quæ tamdiu pertulerit hoc incommodum absq; fastidio. 11
pudicitia
coniugalis

QVIDAM

Quidam iratus agasoni volebat eum percutere. quūq; is clamaret, Atheniensis sum: ad asinum versus, at tu, inquit, Atheniensis non es: eiq; multas plagas inflixit. Meminit Plutarchus in libro de cohibenda iracundia. 12
Facete

PROMETHEVS

13 *Vitæ recte* Quum ignē e cœlis in terras deportasset, eūq; primū visum Satyrus complecti vellet & exoseulari: heus, inquit, ni caues hircæ, profecto dolebit tibi mentum. Admonens etiam quæ natura pulcherrima sunt, maximeq; necessaria, tamen fieri pernicioſa, nisi recte vtaris.

BOS

14 *Auxilia mutua* Bos sub onere deficiens rogauit camelum conseruum, vt se oneris parte recepta subleuaret: cui recusanti, imo, inquit, & me ipsum & hæc omnia portabis. Idq; factum est mortuo boue. Ita *Plutarchus* in libro de tuenda bona valetudine.

PORTIA MINOR

15 *Pudicitia* Quum laudaretur apud eam mulier quædam, vt bene morata, quæ tamen iterarat matrimonium: Felix, inquit, ac pudica matrona non nubit nisi semel. Non passa est illam inter bene moratas numerari, quæ citra necessitatē ascisceret alterū virum. Nam multas huc cogit egestas. Porro coitus gratia nubere, non est vere pudicarum. Eoq; dixit, felix, excusans necessitatē.

ANNIA

16 *Pudice* Propinquis admonētib⁹, vt alteri nuberet: esse enim illi & ætatem integram, & faciem bonam, quorum alterum spem faceret prolis, alterū promitteret amorem mutuū: Nequaquam, inquit, hoc faciam. si enim bonum virū nacta fuero, nolo timere ne perdam: sin malum, quid necesse est post optimum perpeti pessimum?

MARTIA Catonis filia minor

17 *Nuptiæ dotis causa* Rogata quor a morte mariti nollet iterum nubere, quoniam, inquit, nō inuenio virum qui me

magis velit,quàm mea.Non probauit coniugiũ,
quod non cõciliaret amor mutuus. Quæ ducitur
dotis causã,conductum habet concubinum,ve-
rius quàm coniugem.

Eadem quum diutius iugeret maritum,rogata 18
quẽ esset habitura diem luctus vltimum:respõ- Pudice
dit,Quem & vitæ.Sic illa Ethnica, magno sanè
cum dedecore plurimarum Christianarum,quæ
viro nondum elato iam nupserunt.

VALERIA

Valeria Messalarum soror,rogata quur amisso 19
Seruio viro,nulli vellet nubere,Quoniã, inquit, Pudicitia
mihi semper viuuit maritus Seruius.

PYTHIAS

Pythias Aristotelis filia rogata quis esset color 20
pulcherrimus, is, inquit, quem in ingenuis gignit Pudor liber
pudor. Agnoscas vel ex hoc dicto philosophi fi- talis.
liam. Solent autem fœminæ alijs coloribus aliæ
delectari.

Philosophus quidam priscus, sed ἀνώουμος, 21
huiusmodi sermone Arsinoes reginæ luctum cõ- Luctus
pescuit. Quum Iupiter, inquit, inter demones re-
rum faceret partitionem, Luctus non aderat, sed
distributione iam peracta venit. Huic igitur quũ
Iupiter aliquid honoris tribuere vellet, nec esset
quod daret, quippe iã consumptis omnibus, tan-
dem assignauit illi honorẽ qui mortuis impendit
tur, veluti lachrymas & mœrores. Quemadmo-
dũ igitur, inquit, cæteri dæmones bene volũt ijs
a quibus coluntur, itidem & Luctus. Quod si fue-
rit abs te contemptus õ mulier, haudquaquẽ ventu-
rus est ad te. Contrã si diligenter abs te colatur
honoribus illi designatis a Ioue, mœroribus ac la

mentis, diliget te, semperq; tibi suppeditabit aliquid earum rerum quibus abs te perpetuo possit honorari. Refert Plutarchus in consolatione ad Apollonium.

DEMOSTHENES MITYLENAEVS

22 *Studij immodicum.* Pulsauit fores hominis musicae ac citharae dediti: quumq; is audito pulsu iussisset illū introire, Faciam, inquit, si prius alligaris citharam. Subnotans illū nihil aliud q̄ cithara canere. Refert Plutarchus Symposiaca libro secundo.

ATTILIVS

23 *Nihil agere.* Dixit fatius esse otiosum esse, q̄ nihil agere. Refert Plinius Iunior ad Minutium Fundanum. *Satius est enim, inquit, vt Attilius noster eruditissime simul & facetissime dixit, otiosum esse, q̄ nihil agere. Quāq; hoc dictum ascribitur Catoni seniori. Otiosus est qui vacat ab externis actionibus: nihil agit, qui negotijs infrugiferis, nihil ad beate viuendum conferentibus occupatur. Quemadmodū qui moliantur, nec satis succedit quod agunt, satagere dicuntur: ita nihil agunt, qui frustraneis actionibus tumultuant. Plinius enim putat eos qui militaribus negotijs distrahūt, nihil agere: cōtrā q̄ se philosophiae dedūt, otiosos esse.*

24 *Infectus.* Dicere solet, sic adolefcētes in foro auspicari a causis centumviralibus, vt pueri solēt in scholis ab Homero: Quod vtrūq; sit maximum, quum oporteat paulatim per gradus ad id quod summū est peruenire. Meminit Plinius ad Maximū.

PLINIVS MAIOR

25 *Lectionis utilitas.* Dicebat nullū esse librum tam malum qui non aliqua parte prodesset. Verū dixit de his qui norunt ex quibuscunq; libris si quid inest frugiferū

excerpere. Sed sunt qui in libro quantūvis bono nihil venantur, nisi quod reprehendant.

Idem quū recitorem quiddam perperā pronunciantem amicorū quispiam reuocasset, & vt repeteret coegisset, quid, inquit, an intellexeras? quum ille annuisset, quur ergo, inquit, reuocabas? Decem amplius versus ista tua interpellatione perdidimus. Tanta erat parsimonia temporis.

Idem nepotē suū ambulāntem videns, obiurgauit. Poteras, inquit, has horas non perdere. Nam qui lectica vehebantur, aut recitantem audiebāt, aut si libuisset, aliquid etiam enotabāt, aut dictabant aliquid, quorum nihil licet ambulanti.

PASSIENVS PAVLVS

Passienus Paulus eques Romanus, sed dubiæ fanitatis, quum recitans elegias suas sic auspicaretur, Prisce iubes: Priscus Iabolenus qui tū aderat, Ego vero, inquit, non iubeo. Protinus ingēs omniū risus coortus est. Fingunt enim poetæ suo arbitrio quicquid libet. At Priscus non tulit poeticam fictionem.

THRASEA

Referente Plinio Iuniore, dicere solet: Qui vitia odit, homines odit. Sentiens nullū esse hominem, qui non multis vitijs sit obnoxius, licet alijs alij laborēt. Ac sæpenumero accidit, vt qui alios insectantur, ipsi grauioribus madeant vitijs.

VIRGINIVS

Cluius historiographus sic affatus est Virginiu, cuius res gestas attigerat. Scis Virgini quæ fides historiæ debeatur. Proinde si quid in historijs meis aliter legis ac velles, rogo ignoscas. Ad hæc Virginius: Tu ô Clui, tunc ignoras ideo me

V ij

FRONTINVS

fecisse quod feci, vt esset liberum vobis scribere
quæ libuisset: Vox excelsi animi testis, & recte
factorum conscientia contenti.

FRONTINVS

- 31 *Animose.* Vetuit sibi extrui monumētum, his verbis: Im-
penſa monumenti superuacanea est, memoria no-
ſtri durabit, si vita meruimus. Excelsi animi est,
quum præclara geſſeris, gloriam contemnere.

ARCHITAS.

- 32 *Moderate.* Architas quū in agro comperisset quosdam e
famulis admisisse quiddā, ſentiens ſe cōmotiorē
in illos, nihil quidem tum fecit, tātum abiens di-
xit, fortunati, inquit, estis, quod irascor vobis.

AVFIDIVS MODESTVS

- 33 *Salte.* Quintū in morbo ſibi dicentem manus eſſe fri-
gidas, hoc ſcōmate taxauit, atqui calidas, inquit,
e prouincia extulisti: notans eum quod procon-
ſul adminiſtrans prouinciā, multa furatus eſſet.
Meminit Plutarchus in Sympoſiacis lib. ſecūdo.

QVIDAM

- 34 *Iocose.* Quidam imperatorē inculſauit, quod illius in-
ſidijs, & otio & ſomno fuiſſet priuatus, videlicet
quod illius benignitate è paupere factus eſſet di-
ues. Refertur eodem loco.

QVIDAM

- 35 *Libere.* Quidam Antigoni amicus quum ab eo petiſſet
talentum, nec accepiſſet, poſtulauit ab eo dedu-
ctores, ac corporis cuſtodes. Rogat⁹ quamobrē,
ne, inquit, inſidijs impetar, affingens ſe talētum
humeris ferre.

ARISTARCHVS THEODECTAE PATER

- 36 *Salte.* Dicere ſolitus eſt, olim vixerāt ſeptē ſapiētes,
nūc haud facile totidē inuenias idiotas. Notās ſo

phistarū turbā, qui se pro sapientibus iactabāt,
vt vix superesset qui profiteretur indoctum.

SELEVCVS REX

Subinde dicere solet, si multi scirent quantum 37
sit negotij, tantummodo tot epistolas scribere ac Regum cur-
legere, nec humi proiectum diadema tollerent. ras.
Huius molestiæ nequaquam est rudis Erasmus,
etiam si rex non sit.

CANVS TIBICEN

Dicebat homines ignorare, quāto plus ipse ca: 38
nens voluptatis caperet, q̄ alij: alioqui auditores Facete.
nō darent mercedē, sed acciperent. Virtus iucū-
da est eam exercētibus, vnde mirū est quosdam
ad id mercede velle conduci, vt bene viuant, quū
ipsa virtus abunde magnum sui sit præmium.

LAMPIS NEGOTIATOR

Interrogatus quomodo sibi parasset diuitias, 39
magnas, inquit, haud difficulter, exiguas vero cū Argute.
labore, ac tarde. Senties initio paulatim magna-
q; vigilantia corrasam pecuniā. Cæterum parata
sam ingenti sorte, facile est amplis lucris ditescere.
Primū autoritas ac fama tarde paulatimq; nec
sine negotio paratur. At qui iā innotuit, facile ma-
gnam assequitur laudem. Meminit Plutarchus
in libello, an seni sit capessenda respub.

ISMENIAS

Ismenias tibicen canebat in sacrificio, quūq; 40
non litaretur, is qui conductus fuerat, arreptis ti- Facete.
bijs canebat ridicule, & hoc canēte litatum est.
Incusantibus autē ijs qui aderant, diuinitus, in-
quit, cōtingit venuste canere. Hic Ismenias ridēs,
At me, inquit, canente dij voluptate capti cōmo-
rabātur, te vero festinante illos abigere, arripue-

runt hostiam. Refert Plutarchus Symposiaco-
libro secundo. Conductitius ille sibi laudem ar-
rogabat, quod ipso canente litatum sit, quasi dij
magis delectati sint ipsius cātu q̄ Ismenix. Id le-
pidissime retorfit Ismenias: ideo non fuisse litas-
tum, quod dij gaudentes erudita musica, diutius
amarent adesse sacrificio. At quum ille tam ridi-
cule caneret, quasi studeret deos abigere, ne vacui
recederent, arripuerunt victimam.

P A V S O N P I C T O R

41 *Correctio.* Pauson pictor receperat a quodam equū pin-
gendum specie volutantis sese, & pinxit curren-
tem. Indignāte eo qui conduxerat, Pauson ridēs,
inuerte, inquit, tabulam: eo facto iam nō currere,
sed volutari videbatur. Ita quædam errata quæ
videntur maxima, minimo negotio corriguntur,
si quis commode interpretetur. Refert Plutar-
chus in libello, quur Pythia vates desisset carmi-
ne reddere oracula.

42 *Industria.* Serbidius Sequola vir tum iuris prudentia, tum
M. Antonini Imperatoris amicitia celebris, dice-
re solitus est, ius ciuile vigilantibus scriptū esse,
non dormitātibus. Sentiens iurisprudentiā non
sine summo studio percipi: quemadmodū Aristo-
teles sic edidit libros naturalū, vt nō essent edi-
ti, nisi viua vox doctoris accederet. Refertur lib.
pandectarum. 42. Tit. quē in fraud. cred. lege, pu-
pillus. Verū vt Scæuola merito requirit studium
ac vigilantiam a Iurisprudentiæ candidatis, ita
nemo non improbabat sententiā Iodoci, qui Me-
chliniensis senatui præsedidit. Nusquam enim non
magna cōtentione tuebatur, neminem posse vel
vnus legis intelligentiā consequi qui quicq̄ sciret

in bonis literis. Et quū in cōuiuio quodā mecum disputans incaluisse, addebat vix esse treis in orbe qui leges Cæsareas intelligerent. Aderat huic conuiuio Ioānes Syluagius Caroli tum regis Cancellarius, Georgius ab Haloīno, Blasius iureconsultus, & alij nonnulli. Fatebatur tamen Bartolum leges ad plenum intellexisse, quum constet illum tot locis hallucinatum esse.

PAPINIANVS

Bassianus Antoninus imperator magna laborabat inuidiā, quod fratrem occidendū curasset. Eoq; Aemilio Papiniano prætorij præfecto, ob eximiam Iuris prudētiam summæ apud Romanos autoritatis, negotiū dederat, vt hoc facinus apud senatum defenderet. At is respōdit, multo facilius parricidiū perpetrari, q̄ defendi. Ob hanc liberam vocem Bassianus occidit virum immortalitate dignum. Fui olim cum quodam iureconsulto in aulicis negotijs diu multūq; versato, qui dicebat sibi nihil esse grauius, quàm quod interdum palam iniqua animo reclamante cogeretur exequi: nec id satis, cogeretur excogitare fucos, quibus quod erat iniquū, videretur æquum. Sed hæc ipsi principes interdum non intelligunt, aliis quoties nesciunt quidem.

Prætorijs viris ab imperatore Adriano petētib⁹, vt sibi de iure respōdere liceret, rescripsit, hoc munus nō peti solere, sed præstari. Quare accingerentur si qui sibi fiderent, & populo sui specimen darent. Nā Augustus, quo maior esset iurisperitorū autoritas, constituerat, vt qui respōdere vellēt, id ex autoritate Cæsaris facerent, quū antea liberum fuisse respōdendi munus subire quis

43

Libertas
noxia.

44

Virtus præ
standi, non
profitenda.

cūq; sui fiducia haberent. Sic & hodie creantur doctores medicinæ, iuris, artiū, Theologiæ, quū hoc nomē promeruisse sit pulchri⁹, q̄ obtinuisse.

45 *Industria.* Saluius Iulianus tum eximia iuris cognitione, tum multorū principū amicitia clarus, solitusest dicere: & si alterū pedem in sepulcro haberē, adhuc addiscere vellē. Refert pandect. lib. 40. Tit. de fideicommissis. L. apud Iulianum. Hæc sentētia optimo iure placuit laudatissimis viris. Sed hodie passim audimus has voces: Iam adultus sum, serum est discere. Imò hoc turpius est nescire quæ cognitu digna sunt, quòd adultus es.

46 *Virtus sibi præmiū est.* Quum post cladem acceptā ad Persas quidam ab Arcadia transfugissent, auxilia pollicentes, producti sunt in cōspectū Xerxis. Ibi Persis percontantibus quid agerent Græci, responderunt eos celebrare Olympia, ac gymnētica equestriaq; certamina spectare. Rursus percontantibus quòd esset certaminis præmiū, responderunt coronam oleaginam. Hic Tritantechines Artabani filius, versus ad exercitus præfectū, papæ, inquit, Mardonii, in cuiusmodi viros nos incitasti ad pugnam, qui non pecuniarum gratia certamina agitant, sed virtutis ac laudis. Ea vox tū visa est tibi, ut sæpenumero prudentia habet pro ignavia. Refert Herodotus in Vrania.

47 *Præposita.* Quum Xerxi nunciatum esset, q̄ fortiter, quāq; etiam feliciter Artemisia rē gessisset in pugna nauali, dixisse fertur, sibi foeminas fuisse viros, cōtra viros fuisse foeminas, quod parum dextre se gessissent. Refert Herodotus lib. v I I I.

48 *Nugæ subtilitæ.* Aristo Chius dicere solet, dialecticorum argutias similes esse telis aranearum, quod plurimum

haberēt artificij, minimum vtilitatis. Nam is cū cæteris Cynicis putabat logicen ac physicen à philoſophia ſubmouendam, ſolā ethicen diligenter exercendam. Huius ſententiæ princeps fuit Socrates.

Idē κρυπώτερον etiam, dialecticorum ſubtilitates dicebat ſimiles luto viarum, ad nihil vtili, niſi quod ingredientes impellit ad lapſum. An illi recte damnarint vniuerſam dialecticā, alij viderint. Illud experimentis compertū habeo, nullos magis aberrare à vero, quā qui ſuperſtitioſe in hoc ſtudiorum genere ſunt verſati.

Diogenes conuiſijs laceſſitus à quodam de crimine proditionis infami, gaudeo, inquit, me tibi factum inimicum, quando tu non hoſtes, ſed amicos lædere ſoles.

Idem à caluo quodā maledictis aſperſus, Ego quidem, inquit, tibi nullam facio iniuriam, quin potius laudo capillos tuos, qui malam caluariam effugerint: ſubnotans illum non iudicio ſed cerebri vitio maledicum eſſe.

Antigonus rex quum renūciatum eſſet, filium Alcyoneū in acie cecidiſſe, demiſſo vultu pauliſper apud ſe cogitauit: mox erupit in hanc vocē, O Alcyonee, ſerius quā oportuit vitam morte cōmutaſti, qui tā audacter in hoſtes inſilieris, neque tuæ ſalutis, neque meorum monitorum vllam habens rationem. Putauit non eſſe deſcendum, qui ſua culpa periſſet, ſibiq; calamitatem accerſiſſet. Refertur à Plutarcho.

Lacon quidam gymnſiarchum ligna *ἄκαρπια* exhibentem facetiſſimo ioco inculſauit, dicens, quod per eum ne lachrymas quidem illic effun-

49
Dialectica50
Salſe51
Salſe

52

53
Facete

dere daretur. Fumus enim excutit lachrymas oculis. *Acapna ligna inde dicta sunt, quia fumo careant.*

54 *Facete* Alius quendam quotidie conuiuantem, plagiarium ac tyrannum appellauit, per quem tot annis nunquam uidisset mensam suam. Iocī lepos est in fictione. Plagiarium appellauit, quod liberalitate sua homines sibi redderet obnoxios: tyrannum, quod per illum non liceret cuiquam domi suae uiuere.

55 *Nulli fidendum* Quidam ambientes amicitiae foedus inire cum Lacone, volebant se quocumque uellet vinculo astringere, quo certius esset amicitiam fore sinceram. Quibus ille, una est, inquit, de amicitia certitudo, si etiam volentes laedere non possent. Nam reliquae omnes prorsus infirmae sunt. Conuenit cum illo Chilonis, sic habendum amicum, ut cogites illum posse fieri inimicum.

56 *Grauitate* Socrati tribuitur & illud, nec a mortuo petendum colloquium, nec ab avaro beneficium. Nam mortui aut non respondent, aut laedunt: ita auarus aut non dat quod rogitatur, aut infeliciter credit accipienti, quod datur animo inimico.

57 *Dives indoctus* Idem conspiciens praediuitem quendam, sed indoctum: Ecce, inquit, aureum mancipium. Indoctus seruus est & cupiditatum, & eorum quae possidet.

58 *Profusio* Conspiciens quendam quibuslibet citraque delectum elargientem, male inquit, pereas, qui ex gratijs, quum sint uirgines, facias scorta.

59 *Vita inanis* Aiebat sibi uideri, quod dii semper riderent spectantes inanes hominum curas, quorum quum omnia sint exigui temporis ac momenti, tamen non parum cura tractant. Sic enim tumultuantur homines, quasi & magna sint & perpetua, quae hic geruntur.

Interrogatus quare nō scriberet libros, quoniā 60
 Inquit, chartæ ijs qui scripturi sunt, pluris essent Librorum
 emendæ. Socrates nihil scripsit in vita, iudicās li- multitudo
 brorum copiam officere studiosis sapientiæ.

TRAIANVS

Traianus Imp. initio procuratores habebat ra 1
 paces, qui puinciales calūnijs expilabāt. Quorū
 vnus fertur vnūquenq; diuitū sic cōuenite solit?
 Quid habes? Vnde habes? Hec vbi didicerat, ad-
 debat tertiū. Pone quod habes. Sed admonitus à
 Pompeia Plotina vxore, cohibuit eiusmodi vexa-
 tiones prouinciarum, addens vocē optimo iure Fiscus lien
 laudatam: Fiscum esse lienem, quod eo crescens
 te, relinqui artus contabescant. Sensit optimus
 princeps iniquum esse, sic explere fiscum vnus,
 vt nihil habeāt subditi, præsertim quū boni prin-
 cipis sit, quicquid habet populus.

Diogenes Cynicus interrogatus de quodā ado 2
 lescente qualis videretur, Arcadem esse respon- Salse
 dit: siue significans illū esse stupido ingenio, siue
 vt eruditi quidam malunt, mollem & pathicum,
 quodd Arcades ferantur glandibus victitare: teste
 epigrammate

πολλοὶ ἐν ἀρκασίῳ βαλανοφόροι ἀνδρείοισιν.
 Glans autem apud Latinos interdum obscœnam
 habet significationem.

Scipio super cœnam interrogatus, quem egre- 3
 gium imperatorem habitura esset respub. si quid Indoles
 ipsi humanitus accidisset, vel hunc, inquit: Mariū
 intuens, iam tum in illo perspiciens ingenium ma-
 ximis rebus natum. Refert Eutropius libro. 5.

Quum Syllana crudelitas magna licentia sēs 4
 uiret in capita ciuū, nā occisi ferunt supra nouē Libere

milis, percussoribus libere per urbem vagantibus, ac cæteris metu attonitis, Qu. Catulus palam ausus est dicere Syllæ, Cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Eutropius.

5 *Vox tyrannica* C. Caligula frequenter exclamare solet, utinam uniuersus populus Romanus unicum ceruicem haberet. Talia portenta tulit olim mundus pro monarchis. Eutropius.

6 *Degeneratio* Traianus Cæsar solitus est dicere, principes omnes multum abesse a Neronis quinquennio. Nam Domitius Nero primis annis quinque summa cum laude gessit imperium, priusquam ad Caligulae auunculi sui crudelitatem appellaretur *x r animum*.

7 *Disciplina militaris* Sergius Galba in grauissimis bellis seuerissima disciplina habuit milites suos, adeo ut simul atque venisset in castra, protinus vulgaretur ille Trochaicus: Disce miles militare, Galba est, non Getulicus.

8 *Pietas in exmp.* Otho Saluius cum videret aut deponendum imperium, aut magna ciuium strage tuendum, statuerat sponte mori: & amicis ac militibus hortantibus, ne tam cito de belli euentu desperaret, negauit sibi suam vitam esse tanti, ut hac de causa bellum ciuile nasceretur. Quis non miretur hunc animum in principe ethnico, eoque xxxviii annos nato?

9 *Libere* Nerua Cocceius in coena, cui assidebat Veiento qui sub Domitiano consularem dignitatem fuerat adeptus, sed multos clam apud illum detulerat, quum orta Catuli mentione, qui calumniator insignis fuerat, diceret, Quid nam faceret Catulus, si Domitiano superuixisset? Iunius Mauricus

respondit, nobiscum, inquit, coenaret. Satis libere submonens imperatorem quod Veientonem haberet familiarem, simillimum Catulo, quē ut calumniatorem execrabatur.

Optimo iure laudibus vehitur illa vox Traiani qui amicis incusantibus, quod parum memor imperatoris maiestatis, nimium esset omnibus expositus, respondit: Talem præstabo imperatorē priuatis, qualem optarem ipse priuatus.

Flavius Vespasianus quū admoneretur ab amicis ut caueret à Metio Pomposiano, quod de hoc rumor increbuerat, fore ut aliquando regnaret, non solum sibi non metuit ab illo, sed & consulē fecit. Id admirantibus amicis, Erit, inquit, olim memor tanti beneficii.

Titus Vespasianus quum à duobus clarissimi ordinis esset in ipsum coniuratum, ac facinus eo processisset, ut iam inficiari non possent, deduxit illos in spectaculum, atque inter illos medius cōsedit, ac petitis de industria mirmillonū gladijs, velut exploraturus aciem, unū vni, & alterū alteri cōmisit, tanquā prouocans ad id quod moliebantur: illis autem percussis, & animi presentiam admirantibus. Videtis ne, inquit, principatum fati dari, frustra que tentari facinus, potiundi spe, vel amittendi metus.

Idem fratrem Domitianum insidias molientē nō est ultus, sed his verbis admonuit. Quid opus te parricidio petere, quod me volente obuenturū est, imo quod iā habes, imperij particeps! Haud temere in Christiano reperias tantū māsuetudinīs.

Iulius Maximinus proditione militum interfectus est, una cū filio Diadumeno etiam nū puero

10

Comitas in
principe

11

Beneficentia
cōciliat
amicos

12

Constanter

13

Clementer

14

Crudeliter

quo tempore conclamatū est à militibus. Ex pef-
 ſimo genere ne catulum quidē eſſe relinquendū.
 Alluſiſſe videntur ad græcam parcemiam.

15 *νίπιος ὁς πατέρα κτίνας, παῖδας καπαλίπιδ*
 Conſtātius Chlorus, amicis admonētib⁹ quod
 in augendo fiſco videretur indiligentior: reſpon-
 dit publicas opes rectius à priuatis haberi, q̄ in-
 tra vnum clauſtrū reſeruari. Bonus princeps qui
 magis à ſuis diligitur, quàm timetur, habet quic-
 quid ciues poſſident.

16 *Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς*
 Iulianus imperator eunuchos, coquos, tōſores
 eiecit e palatio. Rogat⁹ quā ob cauſam: negauit
 ſibi eſſe opus eunuchis, quū vxor deceſſiſſet: nec
 opus eſſe coquis, quod ſimpliciſſimis cibis veſce-
 retur. De tonforibus dixit, vnū multis ſufficere.

17 *Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς*
 Valentinianus nondū imperator tēplū Fortu-
 nę ingrediens cū Iuliano, hinc atq; hinc ſtantib⁹
 ædituis, qui aquam introeuntibus aſpergerent:
 vbi vidit in chlamyde purpurea guttam aquæ,
 pugno percuffit ædituum: hoc, inquit, non eſt pu-
 rificare, ſed inquinare. Nam illi tales aſperſiuncu-
 las appellabant purificationes.

18 *Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς*
 Theodoſius iunior tam admirablli fuit inge-
 nij lenitate, vt quum ab amicis rogaretur, quam
 obrem neminē eorum à quibus lædebatur, ſup-
 plicio capitis afficeret, vtinam, inquit, mihi lice-
 ret & mortuos ad vitā reuocare. Ad priuatas in-
 iurias oportet principem eſſe facilē ad ignoſcen-
 dum: in ijs quæ lædūt rempub. decet eſſe ſeuertū.

19 *Ἰουλιανὸς ὁ βασιλεὺς*
 Idē quū in amphitheatro Cōſtātinopoleos ſe-
 deret ſpectator, & populus damnatū eſſagitant
 clamaret, Crudeli beſtię artifex obiect⁹ pugnet:
 cōpeſcuit immitē turbę vocē, dicēs, Neſcitis, in-

quilt, quod nos cōsueuim⁹, clemēter spectare: in-
nuens, vbicunq; adest princeps, illic oportere
omnia mitius geri.

Xanthippe de Socrate marito prædicare solet, 20
quod semper vidisset illum eodem vultu reuertē Constantia
tem domum, quo exierat. Argumentū vere con-
stantis animi: quum alij domo egressi, si quid ac-
cidit triste, redeant turbidi: si quid læti, gestiētes.

Pythagoras posteaquā venerat Phliuntē, & cū 21
Leonte Phlasiōrū principe doctē & copiose que Modeste
dā disseruisset, Leon ingeniū & eloquētiā homi-
nis admirat⁹ quæsiuit ex eo, qua maxime arte cō-
fideret. Cui Pythagoras respōdit, se nullā quidē
artē scire, sed esse philosophū, id est sapiētīę stu-
diosum. Hui⁹ verecūdia, sapiētis cognomē arro-
gans, quo se prius vēditarant σοφοί, vertit in titu-
lum modestiæ.

Antipater Cyrenaic⁹ multerculis quibusdā cę- 22
citatē ipsi⁹ deplorātib⁹, Quid agitis? inquit, an vo Fortiter
bis nulla videt voluptas nocturna? Noctē oēs cę-
ci sum⁹, nec tamē lamētamur. Habet anim⁹ quo
se delectet etiā oclusis sētib⁹. Respōsum Antipa-
tri cōueniebat fœminis, oīa voluptate metiētib⁹.

Asclepiades nō ignobilis nec īexercitatus phi- 23
lōsophus, cuidam interroganti, quid incommodi Fortiter
cęcitas ipsi attulisset: vt vno, inquit, puero ambu-
lem comitator. Significans sibi minimū esse mo-
lestam cęcitatē corporis, quū animo cerneret.

Theodorus Lysimacho mortē minitanti, præ- 24
claram, inquit, rē effecisti, si Cantharidis vim cō- Fortiter
sequutus es. Cantharis insectū est minutum quis-
dem, quod tamen letale gerit venenum. Itaq;
qui mortem homini minantur, nihil minantur

magni, quum idem possit contemptissimum animalculum scorpionis.

THRASEA.

1 Officiū bene collocandum Thræsea dicere solitus est suscipiendas esse causas aut amicorū, aut destitutas, aut ad exemplū pertinentes. amicorum, quod ex lege gratiarum amicorum cōmunia sunt omnia: destitutas, quod in his potissimum & constantia agētis, & humanitas cerneretur: ad exemplum pertinentes, quia plurimum referret bonum an malum ducē haberent. Frequenter enim bonæ causæ vitio patrorum vincuntur. Expediit autem ad bonos mores, vt in iudicijs succumbat prauitas, superet innocētia. Refert Plinius in epistola ad Quadratū.

2 Accurate potius quā sæpe Pollio dicebat, commode agendo factum est, vt sæpe agerem: sed sæpe agendo factum est vt minus commode: quia scilicet assiduitate nimia facilitas magis quā facultas, nec fiducia sed temeritas paratur. Quod accurate factum velimus, raro faciendum est. Hac ratione duci videntur Itali quidam eruditi, qui licet pulchre calleant latine, tamen vix vnquam adduci possunt vt in familiari congressu latine loquantur. At si quando cōpellit necessitas, dicunt exacte, quasiq; de scripto. Noui Venetiæ Bernardum Ocularium eius uem Florentinum, cuius historias si legisses, dixisses alterum Salustium, aut certe Salustij temporibus scriptas. Nunquam tamen ab homine impetrare licuit, vt mecum latine loqueretur. Subinde interpellabam, surdo loqueris vir præclare, vulgaris linguæ vestratī tā sum ignarus, quā Indicę. Verbū latinū nūquā quīui ab eo extūdere

3 Quum Antipater intra Lamiā à Græcorum

copijs esset conclusus, ac velut ob res foeliciter gestas Athenienses dijs immolarēt victimas, Demosthenes ad quendam amicorum nomine Agesistratū, ait sibi non eādē esse cum cæteris sententiam. Noui enim, inquit, Græcos stadium pugnare, & scire & posse, Dolichon autem non itē. Dolichus autem cōtinet viginti quatuor stadia. Notauit suos, quod protinus vna contenti victoriola, deponerent bellandi studium, quum oporteat eiusmodi successibus non frui, sed vtī ad maiorum rerum occasionem.

Persecutio

Quodam tēpore vox Demosthenem inter cō-
eionādum defecit ob multitudinis fremitum. Id
obiicientibus ita respondit, Histriones e voce iudicare par est, oratorem e mente. Græca iucundius sonāt. ὁ ποκριτὰς δ' ἔκρινεν ἐκ τῆς φωνῆς, τῆς δ' ἐκ τῆς φωνῆς ἐκ τῆς γνώμης. Histrion seruit populo, Orator cōsultat. Ille delectat, hic prodest. Ad bene cōsulendum non refert q̄s vocalis, sed quā oportuna suadeas. Actori voce opus est, quæ vincat multitudinis fragorem: orator talis esse debet, vt populus ipsum vltro tacitus & attentus auscultet.

Clamori.

Idem Epici opprobrāti quod semper dīcturus meditatetur, erubescerem, inquit, optimo iure, si tāte multitudinī cōsulēs dicerē ex tēpore. Quod alij præclarum esse ducūt, subito & ex imparato dicere, id vir cordatus iudicabat esse temeritatis.

5
Extemporalis dictio.

Quodā tempore quum populus obstreperet dīcenti, ait se breue quiddam velle illis narrare. Facto multitudinis silentio, adolescēs, inquit, quidā æstiuo tēpore asinū conduxerat ab Athenis Megarā vsq̄. Sole vero circa meridiem vehementer

6
Asini vmbra.

æstuante, vterq; volebat subire vmbra asini, sed vterq; alterum prohibebat: hic dicebat asinum conductum, non vmbra: alter cõtendebat per conductionem & asini & vmbrae ius esse factũ. Atq; hæc loquutus Demosthenes abijt e suggesto. *populo vero retinente, ac narrationis finem flagitanti, de asini, inquit, vmbra audire cupitis, de rebus serijs loquentem audire non vultis. Restulimus hoc in Adagijs.*

7 *Libere.* Lycurgus rhetor ob generis nobilitatẽ liberior erat in dicendo, q̃ vt populus interdũ ferre possit. Itaq; quum aliquando populi strepitu exploderetur e suggesto, exclamauit, *ô Cercyræa scutica, q̃ multis talentis digna es. Notas populum a quo eiciebatur, magnæ quidem autoritatis ac nominis, sed inutilem rebus gerendis. De Cercyræa scutica dictum est nobis in prouerbijis.*

8 *Audacter.* Idem forte obuius Xenocrati qui a Telone ob torto collo pertrahebatur in metœcium, quo in loco carcer erat Athenis, fustẽ impegit in caput Telonæ: ac Xenocratem quidẽ liberauit, Telonem vero tanq̃ indigna patrantem in carcerem coniecit. Id Lycurgi factum ab omnibus collaudabatur. Itaq; post aliquot dies Xenocrates factus obuiam Lycurgi liberis, cito, inquit, *ô puer retuli gratiã patri tuo, qui vulgo laudatur quod in re difficili tulerit auxilium. Sentiens laudem esse præmium recte factorum, & eam demũ opitulationem esse gratam, quæ adfertur in ipso discriminis articulo. Fuste enim illi patrocinitus est, nõ oratione. Nimirũ hoc est, ΒΟΝΘΗΓΕΙ ΜΟΨΙΩ.*

9 *Studiosè* Obijcientibus, quod eloquentiẽ studio rhetoribus daret mercedẽ, si quis, inquit, profiteat se si

lios meos mihi redditurū meliores, nō mille drachmas, sed omniū facultatū dimidiū effunderē. Plurimū ab hominū vulgo discrepās, qui perisse existimant quod liberis instituendis impeditur.

Inter leges quas tulisse fertur, hæc erat vna: Ne quæ mulier maritata proficisceretur Eleusinē, id statuit veritus ne a diuitibus dato pretio corrūperētur: addita est pœna drachmarum sex milia. Ei legi quum vxor Lycurgi non obtemperasset, sycophantis qui deprehendērant ac detulerant, dedit talentum. Ea res quum illi postridie vitio daretur apud populum: Atqui ego, inquit, dare conspectus sum, non accipere. Quidam ferunt leges ad quæstum. Hanc notam a se depulit, qui nec in vxoris gratiam voluit abrogare legē, sed multam de suo dependit.

Isocrates inter familiares dicere solitus est, se quidem docere decem minis, cæterū qui ipsum docuisset audaciam, & vocalitates, mercedis loco daturum decē milia. Nam vocis exilitas & animi timiditas reddebant Isocratem ad dicendum inutilem. Hæc autem quoniam naturæ sunt, non artis, a præceptoribus dari non possunt.

Perconranti qui fieri posset, vt quum ipse non esset ad dicendū accōmodus, alios redderet idoneos: quoniā cotes, inquit, ipsæ quidem secare nō possunt, ferrum tamen reddunt acutum. Hoc videtur imitatus Horatius: Fūgar vice cotis, acutū Reddere quæ ferrū valet, exors ipsa secandi.

Interrogatus quid esset rhetorica, ex paruis, inquit, facere magna, ex magnis parua. Est enī hæc nōnulla rhetorices pars, amplificare & extenuare qua de re diligēter præcepit Fabius. Sed præstigij

genus est quod respōdit Isocrates. Quin illud potius artis est, quæ magna sunt, ita tractare, ut auiditori quoq; magna videantur, & contra.

14 *Tēpēstiuē.* In conuiuio Nicocreonis Samiorū tyranni, quum a conuiujs iuberetur dicere. His, inquit, in quibus ego valeo, nunc non est tempus: in his vero quæ hoc tempus requirit, ego non valeo. Rescūsauit inter pocula dicere, qui apud sobrios de rebus serijs disserere consueuerat.

15 *Callē.* Vbi conspexit Sophoclem tragœdiarum scriptorem sequi puerū quendā forma illius captū, oportet, inquit, ô Sophocles hominē non manus tantum apud se continere, verum & oculos. Vox homine Christiano non indigna,

16 *Tarditas.* Ephorum Cumanū qui scholam ipsius reliquit nullo profectu, atq; ob id a patre Demophilo de nouo missus est, ut ab integro data mercede discipulū ageret, *διφρος* appellabat. Diphros enim græcis dicitur currus, quod duos ferat, pugnantem, & aurigam. Tales opinor olim fuisse cathedras (nā *διφρος* interdū & cathedrā sonat) quæ duos caperent: quales adhuc videmus episcoporū veteres, quæ capiunt præfulem & assessorem. Apud R. D. Guilhelmū archiepiscopū Cantuariensem seruatür huiusmodi seisa, quæ dicitur fuisse beati Thomæ Acrensis. Itē Rossæ in ecclesia cathedrali similis adhuc visitur. Isocrates autē ex *vocis etymologia* captauit iocū in stupidū discipulū, qui bis attulerit mercedē. *διφρος* enim dici videtur ἀπὸ τῆς διφροφίρειν, id est a bis ferendo.

17 *Libere.* Cn. Piso iuuenis etiānum Manilium Crispum reum egit, euidenter nocentē: eumq; licet præpositentem multis ac magnis criminibus vrgebat

quod videret illū eripi gratia Pōpeiij, qui Pisoni reo aderat. Itaq; quū Pompeius velut exprobrās iuuenilem temeritatē Pisoni, qui non vereretur nobilem & opulentum, atq; ipsi cū primis amicum ad iudices pertrahere, dixisset. Quin eadem opera me quoq; accusas? intrepide respōdit Piso. Da vades reip. te si postulatus fueris, ciuile bellū non excitaturū, tuū nomē prius quā Manilij deferam. hic elegans epiphonema subijcit Valerius Maximus, eodem, inquit, iudicio duos sustinuit reos, accusatione Manilium, libertate Pompeiū: & alterum lege peregit, alterum professione.

Thales Milesius interrogatus quantum distaret a mendacio veritas, quantum, inquit, oculi ab auribus. Sentiens ea demū esse indubitatae fidei, quæ contuemur oculis, rumoribus ac fabulis hominum haud tuto credi. Eodem pertinet Homericum figmentum de somnijs, quorum quæ subuolant per portam corneam, vera sint quæ per eburneam, vana. Corneæ portæ inuolucro designans oculos, ob coloris similitudinē: eburneæ os, ob candorem dentium.

Isocrates ad patrem qui dicebat se cū filio non misisse nisi vnicum mācipium, abi igitur, inquit, & habebis duo. Id bifariam potest intelligi. Redi tu domū apud me relicto filio: quem posteaquam ita formaro, vt tibi nō minus dicto sit audiens q̄ quilibet seruatorum tuorum, pro vno mācipio habebis duo. Aut, abi domum, ac puta tibi ea pecunia quam pactus es pro filio instituendo, iam me quoq; tuum esse factum: vt non minori curæ mihi futurus sit tuus adolescens, q̄ si tuū es semmācipiū. Simile quiddā tribuit & Aristippo.

20 **Libere.** Cn. Lentulus Marcellinus cōsul in cōcione gra-
uiter questus est de magni Pōpeiij immodica po-
tētia. Huius orationē quū populus clara voce ac-
clamās approbasset, acclamate, inquit, acclama-
te Quirites dū licet. Iā enim vobis impune face-
re non licebit. Significās illius potentiā breui cō-
magnitudinis euasuram, vt nulla in re tutū esset
villo pacto resistere, si quid illi collibuisse.

21 **Libere.** Helius Mancina Formianus, libertini filius, vlti-
mæ senectutis, L. Libonē apud Pompeiū ac-
cusabat: in quo certamine Pōpeiū Libonē fauēs
Helio & generis humilitatē, & seniū exprobrās,
dixit illū ab inferis remissum, vt claros viros ac-
cusaret. Hoc conuitium incontanter retorfit hoc
modo: Nō mentiris, inquit, Pōpeiie, planē ab in-
feris reuersus sum. Sed dum illic moror, vidi Cn.
Domitium Aenobarbū deplorātem, quod sum-
mo genere nat⁹, vitæ inculpatissime, patriæ amā-
tissimus, in ipso iuuetutis flore tuo iussu esset oc-
cisus. Vidi pari claritate conspicuū Brutū, ferro
laceratū, querentē id sibi prius perfidia, deinde
etiā crudelitate tua accidisse. Vidi Cn. Carbonē
acerrimum pueritiæ tuæ bonorūq; patris tui de-
fensores, quū tertium consul esset, catenis quas
tu illi iniici iusseras, vinctum obtestantē, se aduer-
sus omne fas & nefas, cum in summo esset impe-
rio, a te equite Romano trucidatū. Vidi eodem
habitu & quiritatu, prætorū virū Perpennā fæ-
uitiam tuam execrantē: atq; hos omnes eadē vo-
ce indignantes, quod indēnati sub te adolescen-
tulo carnifice cecidissent. Has Mancinæ voces, for-
tassis aliquis temeritatem appellet citius q̄ liber-
tatem. Scitum est, quod subnectit Valerius. Eo

tēpore & fortissimum erat Pompeio maledicere & tutissimum. Fortissimum ob summam potentiam, tutissimum ob reuocatam veterum facinorum inuidiam.

Diphilus tragicædiarum actor, quum in ludis Apollinaribus ad eū versiculū venisset, Misericordia nostra magnus est, directis in Pōpeium magnū manibus pronunciauit. Actio in tantum placuit populo, vt aliquoties fuerit reuocatus, nec histrio veritus est iterare simili gestu. Dubites vtrū potius mirari cōueniat, actoris audaciam, an populi. Simili audacia vsus est in eadem fabula quum ventum esset ad eum versiculum: Virtutem istā veniet tempus quo grauius gemas. Tametsi mihi videtur carmen esse mutilum. Suspīcor addēdum, Serua virtutem istam, aut aliud simile verbum, vt sit versus Trochaicus.

Seruius Galba C. Iulium cōsummatis victorijs in foro ius dicentem, huiusmodi dictis ausus est interpellare: C. Iuli Cæsar pro Cn. Pompeio Magno quondam genero tuo in tertio eius consulatu pecuniam spopondi, quo nomine nunc appello. Quid agam? Num dependam? Hac voce palam illi exprobrās quod Pompeij bona vendidisset, cui fuerat affinitate iunctus. Acquum autem videbatur, vt qui bona generi vendiderat, ea deprehenderet, quæ nondum orto inter illos bello fuissent contracta. Cæsar hac inuidia cōmotus, æs alienum Pompeij e fisco resolui iussit.

Quum Philippus Macedonum rex cognitio nem exercebat parum sobrius, ac perperā aduersus mulierem quandam tulisset sententiā, illa sentiens errorē esse vini, non regis, exclamauit: pro

uocarem, inquit, ad Philippū, sed sobrium. Excus-
sit regi muliebri conuictum temulentiam, ad-
gitq; vt expergefactus causam eandem animo
præsentiore cognosceret. Hic dubites utrū po-
tius admirari debeas, foeminae libertatem, an tā-
ti principis humanitatem. Simile quiddā & ante
retulimus, sed sub viri persona.

25
Libere. Scipio Aemilianus creat⁹ cēfor addito collega
Mūmio, viro magnæ quidē nobilitatis, sed vitæ
dissolutioris, pro rostris dixit se ex maiestate rei
pub. omnia gesturum, siue ciues sibi dedissent col-
legā, siue nō dedissent, innuens satius fuisse nō ha-
bere collegam censuræ, q̄ talem collegam.

26
Iuste. P. Rutilius amico cuidam rem iniustā petenti
pernegabat. Quumq; is cōmotus per summā in-
dignationē diceret: Quid ergo, inquit, mihi opus
est tua amicitia, si quæ rogo nō facis? Imò, inquit
Rutilius, quid mihi opus est tua, si quid inhonestæ
rei propter te facturum sum?

27
Fortiter. Quum M. Bruto tota ferè Lusitania sese dedis-
set, sola vrbs Ciana pertinaciter arma retineret,
tentatum est per Bruti legatos, vt data pecunia
perseuerarēt esse sui iuris. Verū his populus Cia-
nienſis vno ore respōdit, sibi ferrū a maioribus
relictum, quo urbem tuerentur, non aurum quo
libertatem redimerent.

28
Præter spē Julianus imperator, ni fallor, quum in frequēti
turba quidam ipsum his verbis appellaret aduer-
sus aduersarium suū: Thalassius inimicus pietatis
tuæ nostra per vim eripuit, Agnosco, inquit,
ab illo me fuisse læsum, proinde dic illi vt mihi
potiori inimico prius satisfaciat: mādauitq; præ-
fecto ne prius cognosceret illorū negotiū, q̄ ipse

cum Thalassio rediret in gratiam. Quod alter adduxerat ad maturandam vindictam, Cæsar torfit in cunctationem.

Cyrus rex rogatus ab hospite quid ad prandiū apparari iuberet, nihil aliud, inquit, quā panem, nam spero me prope Crinum cœnaturum. Mira frugalitas in rege barbaro, cui panis erat pro obsonio, & sitim aquæ spe deferebat in cœnā. Refert Ammianus.

29
Frugalitas

Sigismundus imperator, Alberti focer, quum alijs multis nominibus tum illo præcipue commēdabilis fuit, quod ut ipse linguarū ac literarū peritiā amauit, ita viros eruditione præstantes semper ornare ac prouehere studuit. Quo nomine quū à Germanis principibus qui latinas literas odebant, reprehenderetur, quod homines obscuro genere natos ob literarum commendationē foueret: Quid ni, inquit, eos amē, quos natura ceteros antecellere voluit? Germani plurimum tribuunt generis nobilitati, At vir prudēs intellexit in eruditio esse quiddā stemmatis præstantius. Illi habent ædium parietes clypeis & imaginibus depictos, hi animū habent optimis disciplinis exornatum. Porro ut natura animus præstantior est corpore, ita ornamenta ingenij longe pulchriora sunt externæ nobilitatis insignibus. Qui nihil aliud habet quā maiorū imagines, opinione nobilis est, verius quā re. At qui virtute præditus est, vnde manat etiā illa vulgaris nobilitas, germanam ac nativam habet nobilitatem.

30
Honor eruditioni debita

Plato dicere solet, spes esse vigilantium somnia. Ad quod alluisse videtur Vergilius, quū ait. An qui amant, ipsi sibi somnia fingunt? Nam dictu

31
Spes

mirum est quā varias imaginationes patiātur in animo suo, qui vehementer sperant aliquid. Atq; his inanibus simulacris perinde semet oblectāt, ac si iam tenerent quæ sibi pollicentur.

32
Nox apta
contempla
tioni

Scopelianus sophista, quoniam somni parcissimus, noctem existimabat studijs & exercitatio-
ni mentis accommodam, subinde solitus est excla-
mare, ὦ νύξ, σὺ γάρ σ' ἠὲ πλεῖστον σοφίας μετὰ
χρὸς μίγῃ. *θεωρ. i.* o nox, nā tu sane maxima ex
parte confors es sapientiæ deorū. Habet enim ho-
minis mens in alto illo silentio, corporis sensibus
iam feriatis, aliquid diuinitatis, si sese intenderit
ad rerum sublimium speculationem.

33
Gloriæ
amor

Quum Alexander Thebanorū moenia diruisset, Phryne meretrix pollicita est se suis impendijs reposituram, modo ciues paterentur hoc insculpi elogiū. *Ἀλέξανδρος, μὲν κατ' ἰσκαλίην, ἀνέσθησεν δ' ἰφρύνην. i.* Alexander quidē subuertit, sed Phryne restituit. Hic merito quis dubitet, utrū sit admiratione dignius: an quod scortū corporis vsura tātas opes collegerit: an quod tanto nominis amore teneretur, vt titulū tam chare voluerit emptū. Nā vt præclari⁹ est restituere, quā demoliri ita speciosior fuisset laus Phrynes scorti, quàm Alexandri regis.

34
Obesitas

Pythagoras videns quē dā e discipulis attētios rem curādo corpori, idq; agere vt obesus esset, ac nitida cute, Hic, inquit, non desinit sibi carcerem molestiorem struere. Sensit hominē esse animū, corpori ceu carceri inclusum, quod quo reddas habitius, hoc magis grauatur animi vis.

35
Corp⁹ hoīs
vmbra

Plotinus philosophus Platonicus, Amelio pictori roganti, vt corporis formā pateretur effin-

gi, non passus est. Quid inquit, an nō satis est nos hanc imaginem circūferre, nisi & imaginis imaginem relinquamus posteris ostentandā? Iudicauit cū Pythagora corpus esse thecam mentis, vt cunq; eam exprimentem. Minimum autem hominis videre eū, qui nihil aliud videt quā corpus.

Sophocles iam extremæ senectutis, à filijs accusatus est dementiæ. At is pro apologia iudicibus recitauit fabulam, quam proxime scripserat, rogans nū ea videretur delirantis. Fertur & hoc dixisse: Si sum Sophocles, non deliro: si deliro, non sum Sophocles. Sentiens in eruditis ac sobrijs animi vim non elanguescere, sed reuigescere potius vsu & exercitatione.

Aelianus sophista scripsit in Gymnidem tyrannum. Hūc quū Philostratus Lemnius offendisset legentē indignabundo & concitato similē, percontatus est, quid argumenti esset præ manibus. Scribo, inquit, Gymnidis accusationem. Laudas rem, inquit Philostratus, si viuentē accusasses. Id enim erat viro dignum. Nam lacerare defunctū cuius in promptu est.

Antigonus rex cōspiciens filiū suū eos in quos habebat imperiū, ferocius tractantē atq; insolentius, An ignoras, iquit, fili, regnū nostrū esse splendidā seruitutē? Nihil dici potuit cordatius. Nam princeps nō min⁹ obseruire cogitur populo, quā populus principi, nisi quod princeps id facit cū dignitate. Alioqui re vera mutua seruitus est.

Diogenes in caupona prandens Demosthenē forte prætereuntē inuitauit vt accederet: id cum ille pudore recusaret, Erubescis, inquit, Demosthenes cauponam ingredi? Atqui hic herus tuus

36
Senectus
sana

37
Larua in
sectari

38
Regnum
seruitus

39
Rhetores
serui popu
li

quotidie versatur. innuit oratores nihil aliud esse
quā mancipia populi. Nec esse par, ut illic pudeat
feruū populi videri, ubi populus assidue viueret.

40 Idem quibusdam admirantibus carmen illud
Salle Hesiodi *ὄυδ' ἀν βδε ἀπὸλοιτ', εἰ μὴ γίτωρ καὶ
κασιίν. i.* Ne bos quidē pereat, nī vicin⁹ sit mal⁹.
Atqui Mefenij, inquit, simul cū bub⁹ periere, vo
bis vicinis. Exprobrauit Atheniensibus ignauiā,
qui Mefenij vicinis aduersus Lacedæmoniorum
vim non fuerint opitulati.

41 Quum Aristoteli grauiter affecto medic⁹ qui
dam præscriberet cum autoritate, nec vllam ad
ferret rationem, Ne me, inquit, perinde curaris,
ut bubulcum, aut fossorē, sed prius doce me cau
sam quur ista præscribas, atq; ita demū habebis
obsequentem. Docens viris cordatis non ita im
perandum, quemadmodum imperamus asinis.

42 Alcibiades Socrati miserat munus præclarum.
Id quū Socrates videretur recusaturus, Xanthip
pe dissualit, asseuerans donum esse magnificum,
& indignum quod respueretur. Tum Socrates,
Alcibiades, inquit, hæc mittit ambitiose, & no
bis nostra est ambitio. Sentiens interdū esse ma
gnificentius magna contemnere, quā magna
largiri.⁹

43 Zollus interrogatus, quamobrem ita studeret
Maledi omnibus maledicere, quoniam, inquit, maleface
re, quū cupiā, non possum. Expedita malitia mor
bum ingenue confitentis & amantis.

44 Gnathena meretrix adoleseētē, qui fama ipsi⁹
illectus, ex Hellefpōto venerat in Atticā, essetq;
in conuiuio loquacior, ita compescuit. An nō dice
bas, inquit, te ex Hellefponto huc profectum?

Quum annuisset, & qui sit, inquit, v t primariam eius regionis ciuitatem non noueris? percontanti, quam? Sigæum, inquit Gnathæna, atq; ita ciuili- ter admonuit illum silentij. Nam σιγᾶν græce si- lere est, inde dictum videtur Sigæum.

Philippus rex multa questus apud Romano- rum legatos de moribus & calumnijs Thessalo- rum, tandem elatus ira, hanc vocem adiecit, nō dū oim dierū solē occidisse. Hic sermo nō Thes- salis modo, verū etiā Romanis suspect⁹, vtriusq; gentis fremitum excitauit. T. Liuius. 4. Decadis libro. 9.

Alexandri mater Oly mpias quum audisset fi- lij cadauer insepultū fuisse abiectū, inter lamēta dixit hoc quoq;: O fili tu qui studebas cœli parti- ceps esse, huc toto impetu properans, ne ijs qui- dem potiri valuisti quę sunt mortalium omnium communia, terra, ac sepultura. Alexander viuis ambiebat diuinos honores: defuncto nec vltimus ille cōtigit honos quē quilibet homo perfoluit ho- mini quamlibet humili.

Pollio Romulus qui cētessimū excesserat an- num, Augusto percontanti, qua tandē ratione il- lum corporis animiq; vigorē seruasset: intus, in- quit, mulso, foris oleo. Tradit Plinius naturā ho- minibus duos dedisse liquores optimos, oleū fo- ris adhibēdum corpori, vinum intus. Mel autem ob humidam calidamq; vim admodum senibus accommodum est. Nunc mel in totum a mensis submouimus, & oleum corpori infundimus.

Cato vticensis dixit, C. Cęsarē sobriū accessisse ad euertendā remp. Id Quintilianus ita refert, vt putet nihil dici posse significantius. Sensit enim

45
Minaciter46
Deus infes-
pultus47
Senectutis
alimonia48
Acute

illū hoc iā olim animo agitasse, quod postea fecit.

49
Ingenium

Plato tātū tribuebat Aristoteli, vt quū ille forte fortuna non adesset in Academia, exclamarit ἄπειρις ὁ τῆς ἀληθείας φιλόσοφος: id est, abest veritatis philosophus. Rursus quū alio tempore abesset, dixit, ὁ νῆς οὐκ ἔλθει. Non venit intellectus, innuens se ab illo vno intelligi.

50
Innocētia
illibata

Aristophontē Aeschines tradit apud Atheniēses gloriari solitū, quod quū nonagies quinquies esset vocat⁹ in ius, semper fuerit absolut⁹. At Cephalaus homo popularis iusti⁹ gloriabat⁹, q̄ quū plura decreta scripsisset, quā alius suorū tēporū quisquā orator, tamē nunquā coactus sit causam dicere. Certius innocētiae signū est, ita rē gerere, vt nemo velit accusare, quā si postulat⁹ elabaris e iudicio. Elabunt̄ interdū & nocētes. At qui absolutur, licet poenā effugiat, cicatricem tamē criminis circumfert.

1
Institutio
liberorum

Quidā accusat⁹ q̄ patrē pulsasset, hoc modo defendit impiū facin⁹. Et ille, inquit, patrē suum verberavit: & hic, ostēso filio, me verberabit, post eaquā adoleuerit. adeo nobis hoc gētilitiū est. Videm⁹ hoc fere vulgo euenire, vt qualis quisq̄ fuerit in parentes, tales experiatur in se liberos.

2
Exemplum
reciprocum

Ali⁹ quidā quū a filio pertraheret, vētūq̄ esset ad dom⁹ limē, desine, inquit, fili, nā & ego patrē hucusq̄. Agnouit se cōmeruisse qui sic a filio traheret, tantū postulauit vt esset æqua retaliatio.

3
Heraclitus philosophus in seditione rogat⁹, vt apud populū sententiā diceret, quo pacto ciuitas redigi posset in cōcordiā, conscenso sugg esto poscit calicē aquæ frigidæ, & paululū farine inperspexit, mox de Glechone admiscuit, id est vel pu

legij syluestris vel leguminis genus. Dein epoto calice discessit, nec verbum addidit: hoc pacto inuens ita demum ciuitatem carituram seditionibus, si repudiatis delicijs assuescerent paruo contenti esse. Et hic Heraclitus suo respōdit nomini. Nam $\sigma\mu\omicron\ \pi\upsilon\omicron\varsigma$ dictus est, id est, tenebricosus. Referatur & hoc inter $\acute{\alpha}\phi\omicron\nu\alpha$ apophthegmata.

Luxus scd
tionum
parena

Simonides Cæus in conuiuio rogatus à Pausania Lacedæmonio, vt aliquid proferret qđ resipere sapientiã, ridens, Memineris, inquit, te hominem esse. Ea vox tum quidē contēpta est Pausanię: verū post vbi Chalcecæ phano inclusus obſideretur, fame ac frigore moritur⁹, ter inclamauit Cæum hospitem, qui prudēter admonuisset.

4
Piscator
ictus

Diogenes quum Rhodios quosdam adolescentes elegantiore cultu conspexisset, dixit, $\tau\upsilon\phi\omicron\varsigma\ \delta\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \epsilon\varsigma\iota\mu$, id est, hic fastus est. Rursum quū vidisset Lacedæmonios subſtricta tunica parce sordideq; cultos, $\acute{\alpha}\lambda\ \ominus$ inquit, $\delta\upsilon\tau\omicron\varsigma\ \tau\upsilon\phi\omicron\varsigma\ \epsilon\varsigma\iota\mu$. i. hic alius fastus est. Significans non minus peccare eos qui ad ostentationē sordide vestiuntur, quàm qui splendido vestitu sese iactitant. Vnde scitum est illud diui Hieronymi, Pullas vestes æque vt candidas deuita.

5
Sordes am
bitioſe

Adolescens quidam posteaquam Zenonē aliquid quandiu audierat, domum reuersus à patre rogatus, quod tandem operæ precium fecisset in philosophiæ studio, ostendam, inquit. Quum nihil aliud diceret, pater iracundus, existimās impendium perisse, cœpit flagris cedere filiū. Eam parētis ſeuitiam adolescēs æquissimo animo tulit. Ac rursus efflagitāti patri, vt aliquod specimen profectus ederet, expectanti egregiū aliquod sophis

6
Patienter

ma: hoc, inquit, e philosophia fructus retuli, vt patris iram possim commode perpeti.

7 Demetrius Cynicus dānabat artē saltatoriam, velut inutilē gesticulationē ad tibicis modos. Cui gesticulator quidā nō imperitus, cupiens arti suæ vindicare gloriā, iussit vt submotis tibicinibus spectaret ipsum saltantē. Assensus est Demetrius. Ille saltauit Homericā fabulā: adulteriū Veneris ac Martis, ambos Vulcani vinculis irretitos adamātinis, ac sole prodente dijs cæteris exhibitos, Venerē erubescētē, varios deorū astantiū affectus. Mercuriū optantē talia vincula, Martē damnatū vt pēderet mœchagria, ac præterea quicquid ad eā fabellā pertinet. Ibi Cynicus artē admiratus, dixit: audio homo quæ facis, non video tantum. Sed mihi manibus ipsis loqui videris. In huius artis laudē scripsit Lucianus, Plato non probat. & tamen apud Christianos saltatur ineptus.

Saltatio
muta

8 Lesbos Mitylenæus histriones ac gesticulatores appellare solet *ἁποσώφους*, quod manibus saperent, non lingua. Erat enim saltationis genus, quo graues etiam historiarū citra vocē vel recitantis, vel tibicinis, solo corporis gestu sic representabantur, vt spectatores prope plus intelligerēt ex saltatione, quā si quis recitasset. Hęc ars conuenit *Benedictinis*.

Gesticulatio

9 Philoxenus quondā cœnans apud Dionysium, quoniam animaduertit regi appositum piscem Mulū insigni magnitudine, quum ipsi appositus esset perpusillus (In pisciū enim genere laudatur adulti) pisciculū auribus admouit. Id factū admiranti Dionysio, causamque percontanti, In manibus, inquit, est Galatæa, de qua volebam ex

Facete

hoc quædam percontari. Verū negat se per ætatem quicquam adhuc scire, sed ait proavum suū istic esse in tuo disco, qui multa posset commemorare si liceat colloqui. Exhilaratus rex misit illi suum mulum.

Apellis ætate complures erant in arte pingendi nobiles, quorum opera quum pro suo candore miraretur, collaudatis omnibus dicebat illis deesse vnam illam venerem, quam Græci *Χάριτα* vocant: ingenue profitens cætera omnia illis contigisse, in hac vna neminem ipsi parem esse. Simile quiddam est in phrasi, quod allicit ac remoratur lectorem aut auditorem, quum tamen nec habeat nomen nec arte præcipi possit.

Idem quum tempestatis vi Alexandriam delatus esset, quidam Apellis æmuli subornarunt planum, hoc est, scurram regium qui eum vocaret ad cœnam. Is non suspiciās dolum venit. At quū rex qui illi erat infensus indignaretur, & ostensis vocatoribus iuberet indicari à quo vocatus esset: Apelles arrepto carbone extincto è foculo, imaginem deliniauit in pariete, vt rex protinus ex inchoato opere agnosceret planum suum. Eadem opera & artis suæ, & ciuitatis suæ specimē dedit. Sit & hoc si libet apophthegma mutum.

Pictor quidam interrogatus quem habuisset artis magistrum, digito populum ostendit, sentiens se ad multitudinis iudicium pingere, & obseruatem quid quisque probaret aut improbaret, artem fuisse consequutum. Idem ab Apelle factitatum legimus, qui post tabulam latitans subausculta bat spectatorum censuras. Numeretur & hoc inter *ἄφθογγα ἀποφθίγματα*.

13 Socrates Alcibiadē adolescentē primū ob im-
peritiam trepidantē, vt fit, apud tantā multitu-
dinem verba facere, lepida εἰσενεωθη̄ animauit.
An non putas, inquit, ὦ Alcibiades contēnendū
futurē? Annuuit. An nō præconēsquū & hic ānu-
isset, An non contēneres, inquit, tabernaculorum
opificē? Quū similia quædā proposuisset, & is fa-
teretur hos esse contēnendos, tū Socrates: Atquī
inquit, ex his constat Atheniēsiū populū quē
tu vereris. Quorū si singulos putas cōtēnendos,
qui minus etiā contēnas condensatos? Sensit nō
referre apud quō multos dicas, sed apud quō corda-
tos. Fit enim hoc miro modo, vt quos singulos de-
spicias, congregatos reuereris. In conuiuio Pla-
tonis, Socrates admiratur Agathonis audaciā, q
corā tot hominū milibus præsentī animo reci-
tasset suā tragœdiā: cui quū Agathon respōdisset
se citi⁹ velle corā multis hominū milib⁹ dicere, quō
apud vnū Socratē: atqui in illis, inquit, milib⁹ &
Socrates erat. Fit enī & illud miro modo, vt quē
vnum reuerere, in turba mixtum contemnas.

Solertē.

14 Idem conspiciens hominem prædiuitem & ar-
rogātem sed nulla virtute præditum, hic, inquit,
equus est argento circūtectus. Solent enim equi
stragulis, phaleris, ac bullis argēteis exornari, quū
interim tamen nihil aliud sint quā equi.

Dilecti indo-
ctus.

15 Apud Ephesum quum Alexander conspēctam
effigiem sui corporis ad viuū magna arte expres-
sam admiraretur, atq; interim forte equus indu-
ctus picto in eadem tabula equo adhinniret, de-
ceptus imitatione, Apelles, Equus, inquit, ὦ rex
multo melius expressus est quā tu.

Imitatio.

16 Quum Alexāder etiānum pubescens citharæ

daret operā, & præceptor artis subinde moneret quam chordā quo modo pulsare deberet, & puer parū obsequēs doctori dixisset, quid si hāc pulsā rem? Citharædus lepide respōdit, Si isthuc quæris tanquā mox rex futurus, nihil refert, si vt artifex futurus, plurimum interest.

Artes regis

Alexāder Macedo præter modū delectat⁹ est Homero, adeo vt illū ad verbū edidicerit, ac dormiēs etiā cervicali suppositum haberet. Eū aliās summum virtutis præconem, interdum poetam βασιλικὸν appellare cōsuevit: cuius carmina cēsebat non ad citharam vt aliorum, sed ad tubam potius esse canenda. Addebat illud, se malle Homeri Thersiten esse q̄ Cherili Achillem. Cheril⁹ erat Alexandri poeta nō satis felix, qui cū fertur ita pactus, vt p̄ quoq; bono versū acciperet Philippeum aureum, pro malo colaphum.

17

Homeri
laus.

Aristobulus historicus librum conscripserat de rebus ab Alexādro Macedone gestis, in quo multa supra veri fidem adulātissime affinxerat. eum quū illi in nauigatione recitasset, Alexander arreptum ē manibus librum in fluuiū I; ^{aspē} demersit, & ad Aristobulū cōuersus, Tū, inquit, dignior eras vt eodē precipitareris, q̄ solus me sic pugnātē facis, ac vel vno iaculo interficis elephātē.

18

Adulatio

Socrates animaduertēs Antisthenē ambitiosius ostentare vestē lacerā & detritā, facete hominem increpauit οὐ παύσει, inquit, ἐγκαλλωπιζόμενος ἡμῖν id est, nō desines te nobis comere? Significās eiusdem esse ambitionis vilitatē amictus ostentare, & delicato cultu sese venditare.

19

Sordes im
bitiosæ.

Milo Crotoniates quum iam consenuisset, vidēs Athletas in certamine exerceri, suos lacertos

20

Senectus

Y.ij.

intuitus iam senio defectos, illacrymasse fertur ac dixisse: At hi quidem iam mortui sunt. Corporis vigorem adimit ætas, animi vis ad extremam vsque durat ætatem.

- Senectus
vegeta.
- 21 Cyrus apud Xenophontem moriens, extreme iam senectutis, negabat se vnquam sensisse senectutē factam imbecilliorē q̄ fuisset adolescētia. Maxima pars incōmodorū ob quæ vulgo male audit senectus ab intēperātia vitæ pficiscitur.
- 22 Pythius natione Lydus in vrbe Phrygiæ Cælenis, nam ibi regnabat, homo prædiues, sed auri studio præter modum deditus, totam fere ciuitatem in fodiendis metallis occupatam tenebat, vt iam vix quicquam aliud agi vacaret. Huius morbo vxor solerti remedio medicata est. Absente marito curat & mensam & omnem mensæ suppellectilem adfabre ex auro confici, deniq; & cibariorum effigies quibus nouerat maritum præcipue delectari. Reuerso quum conuiuij tempus esset, apponitur mensa aurea, cum reliquo valorū apparatu. Atq; hoc sanè spectaculo diues aliquādiu pauit oculos, Tādē quum interpellaret stomachus, iubet apponi cibos. Apponuntur illa aurea ciborum simulacra, spectanda non edenda. Hic quum incandesceret ira Pythius, flagitans apponi quod edi posset, iam dudum spectaculorū esse satis. Tum vxor, An non sentis, inquit, Pythi, dum nihil aliud quæris, quā aurum, agriculturalionem deserere, & ciues tuos ad famem vocari, breui perituros si quā cœpisti pergas? Hoc ciuili commento cordata mulier maritum ab immodico auri studio reuocauit.
- 23 Antianira Amazonum regina demirātibz q̄

nupfisset claudio, satis cynice respondit ἄριστε Claudi salu-
ces. χαλὸς ὀιφεῖ id est, Claudus optime virum agit. Sensit maritum adhibendum non ad oculorum oblectamenta, sed ad vsum coniugij. Feruntur au-
tem claudī salatiores esse cæteris, & ob id ad gi-
gnendam prolem magis accommodi.

Pacuius Ario vicino querebatur quod in hor- ²⁴
to suo funestā haberet arborē, vnde prima vxor vxor mos-
lestia. sese suspēdisset, Dein altera, postremo tertia, Cui
falsissime respondisse fertur Arius, Miror te in tot
successibus inuenisse lachrymas. Item. Deum im-
mortalem, quot tibi dispendia arbor illa suspen-
dit. Adiecit, amice quælo te da mihi ex ista arbo-
re quos inferam surculos. Hoc postremum à no-
bis ante relatum est. Arius *μισογυνῆς* fortunatū
existimabat ab vxore liberari.

Narratur & illud Catonis dictum, si sine vxore ²⁵
ribus mūdus esse possit, vita nostra nō esset absq̃
dijs. Sensit felicissimam hominum vitam fore, si coniugij ma-
lestia.
datum esset à coniugio liberos viuere. Sed vt idē
ait apud A. Gellium, cum illis incommode viu-
tur, sed sine illis omnino non viuatur, vt marito
dici possit vxor necessarium malum.

Orsines Satrapes, quum Alexandrum & hui⁹ ²⁶
amicos muneribus amplissimis honorasset, Ba-
goæ eunucho nihil dedit, Sed admonitus ab ami- Libere.
cis, quod is Alexandro cum primis esset charus,
respondit se regis amicis honorē habere nō scot-
tis, nec apud Persas esse moris, vt viri mares du-
cant. Agnoscas in hoc Satrapa mētem Cyro ge-
neris autore dignam. Honorare nouerat, adulari
non poterat, quum hodie quoq̃ cernantur in au-
lis, qui scortis, morionibus ac lenonibus Principū
Y.iiij.

plus deferant honoris, q̄ genere ac virtute præcellentibus viris.

Columniæ
cicatrix.

- 27 Medius ex Alexātri parasitis vnus, solet alios adhortari, ne metuerēt quoduis crimen in quem tuis intendere. Adiecit scelerato præcepto causam appositā: vt maxime, inquit, sanet vulnus qui delatus est, manet tamē cicatrix. Nō arbitror quē q̄ esse diabolū tā impiū, qui rem magis nephariā possit suggerere. Et quo scēdus est crimē, hoc tenacius hæret apud multos criminis suspicio, vel in innocentissimum. Audiui ducem quendam his verbis adhortātem suos milites nauticos ad quoduis prædandi temeritatem. Rapite quicquid potestis, siue merces sint amicorum, siue hostium: nam vt qui spoliati sunt sic agant apud Principem, vt cōpellamur restituere, semper aliqua prædæ portio remanet apud nos.

- 28 Gorgias Sophista quum forte fortuna legisset Platonis dialogum sui cognominis, qui Gorgias inscribitur, dixisse fertur, ὡς καλῶς οἱ δὲ ὠλέτωρ ἰαμβίξιμ, vt pulchre nouit Plato iambissare, hoc est mordere. Nā is pes primū ab Archilochi ni fallor, reptus est ad maledicendū: vnde & nomen habet, vel à muliere petulāte & baccha, vel à mittendis iaculis. Siquidē in eo dialogo, proscindit sophistas, id quod nusquam non facit.

Spes p̄tinax

- 29 Rhodius quidā, de quo nobis antea dictū est, ob intēpestiuā libertatē à tyrāno cōiectus in caueā, in qua more nocētis bestię alebatur ad cruciatum & ignominiā, amputatis naribus ac fœdata vinceribus facie, quum ab amicis admonebatur, vt inedia sibi malorum finem quæreret: Cūcta, inquit, homini quo ad viuūt sperāda sunt.

Citi⁹ illū laudatim, q̄ illos q̄ ob causas nō admo-
dū graues confugiūt ad laqueū, aut ad precipitium.

Anniceris quidam Cyrenæus aurigadi peritiā 30

fuit insignis: & vt egregius artifex, ita gloriosus Artes inuti-
artis ostentator, venit in academiā Platonis: atq; les.

illic rationes omnes procurrendi, recurrenti, fle-
ctendi curram, & per easdem interdum orbitas
redeundi ostentabat. Admirantibus cæteris, Pla-
to negabat sibi videri probabile, cum virum qui
totum animum inutili studio dedisset, ad vllam
rem grauem ac frugiferam esse idoneum.

Themistocles quum aduersus barbaros descri 31

beret Athenis exercitum, & in theatro ex illius
gentis more producti essent galli gallinacei, atq;
inter sese cōmissi mira pertinaciā inter se depu-
gnarēt ad necem vsq;, rem ludicram vertit in se-
riam cohortationem. Sic enim ciues suos affatus
est. At isti, inquit, neq; pro aris ac focis, neq; pro
liberis depugnant, sed tantum quōd vinci turpe
sit. Quo igitur animo vos esse par est, quib⁹ pro
salute patriæ, pro charissimorum incolumitate,
pro libertate certamen est?

Subactis à barbaris Lacedæmonijs Leptines
dicit Græciam esse factam μονόφθαλμον, id est,
luscā, Sentiēs Atticam & Laonicam, esse cor-
datissimas Græciæ partes. Meminit Aristoteles
in rhetoricis.

Apud Iassios, populum magna ex parte pisci 32

bus victitatem, citharædus quidam in foro ostē-
tabat artem. Verū simul atq; tintinabulum cre-
pitu signū dedit adesse pisces venales, turba sibi
to deseruit cantorem, & ad piscium mercatum
aduolauit; vno excepto, qui q̄ surdaster esset, tin-

Ventris cuj
ra prima.

tinabuli sonitum non audierat, aut certe non at-
tenderat. Huic citharædus propius accedens, gra-
tias egit, quòd & artem honorasset, & ipsum nò
passus sit esse prorsus desertum. Tum ille, an cre-
puit tintinabulū? Vt annuit, valebis, inquit, egre-
gie magister, seseq; mox ad pisces proripuit. Ci-
tharædo liberum erat sibi canere & mulis. Lon-
ge maior est nobis cura vētris q̄ artiū liberaliū.

33

Crassa iudi-
cia.

Romæ in foro pendebat tabula quædam ha-
bēs imaginem pastoris vetulī cum pedo. de hac
Teutonum orator rogatus quanti eam æstima-
ret, satis Germanice respondit, se nolle sibi dono
dari talem viuum ac verum. Barbarus non agno-
uit artificium, tantum spectabat formam. Atqui
quæ natura deformia sunt, plus habent & artis
& voluptatis in tabula.

34

Mors senis-
lis.

Gorgias Leontinus extremæ iam ætatis, quū
sentiret somnum lethalem obrepere, amico qui
assidebat percontanti quo pacto haberet: Som-
nus, inquit, iam incipit me fratri suo cōmendare.
Homerus enim somni fratrem appellat mortē.
Nam mors Græcis masculus est. Simile quiddā
de Diogene retulimus antea.

35

Isiménias insignis tibicen discipulis suis nò mi-
nus ostēdebat male canētes ac scite canētes, di-
cens, ad hunc modū canere oportet, ad hunc ne-
quaq̄. Admonuit & Qu. Fabi⁹, in scriptis rhetorē
nò tantū indicare debere bene dicta, sed & mala.

36

Philosophi
miles.

Demochates dixit, quēadmodū nemo possit ē
thymbra siue Satureia facere bonam lanceā, ita
nec ē Socrate probū militē. Sentiēs militibus cō-
uenire ferociā, quū Socrates esset omniū iniuriarū
tolerantissimus. Quidam hoc tribuunt Crateti.

Melanthius negabat eam iram videri grauem, 37
 quæ mentē cogat emigrare, sed quæ prorsus ex-
 cludat domo. Sentiens probis etiam ingenijs ad-
 iunctam esse iracundiam, sed hoc vitium esse to-
 lerabile si celeriter animus ad se redeat, & pro ira
 rationem in consilium adhibeat. At si perturba-
 tio penitus infideat animo, ita vt excussa ratione
 feratur effreni impetu, certa perniciēs est. Ita breuitas

Isocrates pueros candidos, at felici ingenio na- 38
 tos appellare solet *θεῶν παῖδες*, id est deorū fi-
 lios: eo quod hominis mens diuinæ sit originis, Ingeniose.
 qua qui præcellit, deos parentes referre videtur.
 Prisci dæmonibus attribuebant corpora, eosque
 deorum filios appellabant. Dæmones autem à
 scientia dicti sunt, quasi *δαίμονες*.

Demonax Cynicus philosophus, quum videret 39
 Athenienses hoc agere, vt Barbarorum exēplo
 gladiatorum spectacula in urbem inducerēt, no-
 lite, inquit, o canes istam crudelitatem prius ad-
 mittere in ciuitatem vestrā, quā Mifericordiæ
 aram sitis demoliti. Significans non conuenire, in
 ea ciuitate in qua Mifericordiā p̄ dea coleretur,
 spectari plusquam ferinam crudelitatem. Gladiatorū
immanitas

Cornificius poëta, vidēs milites in bello quod 40
 inter Augustum & Antonium gerebatur, frequē-
 ter fugere, appellauit eos lepores galeatos.

Philoxenus poëta quum in Sicilia fundū ac do- 41
 mum opulentam nactus esset, & animaduertis-
 set illius gentis luxū ac delicias: per deos, inquit, Diuitiarū
cōtemptus
 hæc bona me non perdent, sed ego potius illa.
 Moxque cessit alijs hereditatem, & è Sicilia ab-
 nauigauit.

Furnius Antonij partes sequut⁹ fuerat. At post 42

eaquā victoria cessit Augusto, metuens sibi subornauit filium, qui à victore veniam peteret. Petijt & impetrauit. Tum Furinus his verbis Cæsari gratias egit. Hęc vna ô Cæsar abste mihi facta est iniuria, effecisti vt mihi & viuendum & moriendum sit ingrato, significans tantam esse eius beneficij magnitudinem, vt nulla ex parte par esset referendæ gratiæ. Reprehensionis colore blanditus est principi.

Adulans licetitas.

43 Cillicon quidam siue Acheus Miletum patriā prodiderat Prienēsisibus. Quo nomine merito habebatur omnibus exosus, cuius perfidiam lanus quidā Theagenes sic vlt⁹ est. Cillicon adijt Theagenem in macello emptur⁹ carnes. Lanus dissimulato odio porrigit carniū partē, veluti resecturus quod superesset. Cillicon profert dextrā ex aduerso retēturus carnes, Theagenes machæra sublata proditoris manum amputauit, ac ne id videretur errore factū, addidit, ista saltem manu posthac non proditurus es vllam ciuitatem. Applaudebatur lanus, quod impium pro dignitate tractasset. Hinc adagium. Cilliconis exitiū: retulimus hoc in Chiliadibus.

Proditio.

44 Celebratur C. Cæsaris dictum quod prætextatus adhuc deprompsisse fertur, in quendam modulatus orantem. Si legis cantas, si cantas male cantas. Quidam latrant orantes verius quā loquuntur. Sunt qui rhetoricam pronuntiationem affectantes, mediij sunt inter canentem & loquentem. Meminit huius Qu. Fabius.

Pronuntiatio

45 Antisthenes quibusdam Ismeniam admirantibus quod insignis esset tibicen. Nequam, inquit, hominem esse oportet: nam si bonæ frugis

esset, nō esset egregius tibicen. Indicabat eos nō posse bonos viros euadere, qui tantū operæ Dionysiacis artibus impendissent. Tibicē vit
improbua.

Tiberius Cæsar Attilio Butæ viro prætorio, 46
quū ad inopiam per luxum ac socordiā redactus
fateretur ac deploraret paupertatem suam, serō, Lux? ino-
piz patena
inquit, expectectus es. Dormiunt temulentia ac
luxui dediti verius quā viunt. Nam vita vigi-
lia est. Refert Seneca in epistolis.

Cato senior dicebat priuatarum rerum fures in 47
comedibus vitam agere, publicarum in auro &
purpura conspicuos incedere. Olīm simplex fur-
tum non puniebatur capite, sed vincti compedi- Fures mas-
gob
bus præstabant operam. At longe grauius crimē
est peculatus quā furtum. Et tamen qui fiscum
principis, qui temp. cōpilant, magnates fiunt.

Appius Claudius dicere solitus est, populo Ro- 48
mano longe melius committi negotium quā
otium. Sentiens multitudinem bellis excitari ad
virtutem, in pace defluere ad voluptates ac lu- Otū futile
xum, ex quibus nascitur rerum publicarum ac
regionum exitium.

Galba parasitus obijcientibus quōd in otio vi- 49
ueret. Nemo, inquit, cogitur ad reddendam otij
sui rationem: innuens nullos tutius viuere quā Facete.
otiosos. Nam rerum gestarum rationem poscū-
tur qui tractant negotia, at ab otiosis ea ratio nō
potest exegi.

Pythagoras tria præcipue dicebat à dijs optā- 50
da in hac vita: Bonam valetudinem, formam ac
diuitias, quōd homo cætera sibi præstare posset. Bona præ-
cipua.
Quanquam illud ὕγιαίνεσθαι non minus ad animi
sanitatem quā ad corporis pertinet.

- 1 Cato senior aiebat se admirari, quòd non ríderet aruspex, quoties aspiceret aruspícem: sentíens totum hoc diuinationum genus imposturá esse, qua populo fiebat fucus. Id quí nò fugeret eius artis peritum, mirabatur, quòd aruspex aruspíce posset videre absq; risu. Solent enim impostores inter se ridere multitudínis stultitiam.
- 2 Demonax Cynicus interrogatus quid sentiret de consíctu duorum, quorum alter inepte proponebat, alter absurde respódebat, ait sibi videri alterú mulgere hircú, alterum supponere cribrum.
- 3 Pericles quum vrgeret belli necessitas, Palladís ornamenta vendidit quadraginta taléntis auri: & admirátibus ab illo rem sacrilegam admítti, respódit ex hostium manubijs posse illi reddi cultum nihilo deteriorem.
- 4 Persæ dicere solét esse duo peccata, quorú pri⁹ sit esse debitorem, alterum mentiri: quòd obarati plærunq; mentiuntur, dum pollicentur in díe, nec præstant quod pollicentur.
- 5 Messala vir exactíssimí iudícij ac Romanæ linguæ obseruantíssimus quum audíset M. Portiú Latronem declamantem, dixit, sua lingua disertus est: Desiderans videlicet in eo Latini sermonis elegantiam, quum ingenium esset felix. Sed hñc Latroné Seneca cæteris omnib⁹ anteponit.
- 6 Cassius Seuerus, quum ex senatus còsulto libri illius exurerentur: Nunc, inquit, superest vt ipse viuus comburatur, qui illos edidici. Quod animo insculptum est, nisi cum vita eripi non potest.
- 7 Mótanus Artilij Butæ carmē recitabar. Quí: que quidam indignáretur, quòd toto díe recitasset, negarétoq; ad illius recitationes accedendum,

Nacta Pinarius ait, Nunquid possum liberalius agere? paratus sum illum audire, ab exortu solis vsq; ad occasum. Gaudebat enim is poëta subinde repetere ortus & occasus descriptionem. Notat autem & Oratius eos qui ornatus gratia vel immodice, vel non suo loco affectant tales descriptiones: Aut flumen Rheni, aut pluuius describitur arcus.

Quum à Montano recitarentur versus, quib⁹ 8
exortus solis describebatur, Varus eques Romanus dixit: incipit Buta dormire. Rursus quum succederet descriptio occasus. Quid dicit, inquit, iam nox est? Ibo & Butam salutabo: eodem scemmate taxans, & affectatum carminis decus, & Butæ præposteram vitam. Vita præpostera.

Demetrius dicere solet, nihil sibi videri infelic⁹ 9
eo cui nihil in vita accidisset aduersi. quòd oporteat talem hominē aut sibi ignotum esse, vt qui nunquam sui periculum fecerit, aut dijs inuisum vt quem præterierint, velut ignauum, nec idoneū ad fortunæ conflictum. Prosperitas perpetua.

Libertinus quidā prædiues aiebat sibi facilem 10
fuisse viam ad diuitias posteaquam poenituerat ipsum bonæ mentis. Sed hæc illiberalem vocem Demetrius grauius castigauit, apud Senecam, per Ironiam ostendens comodissimā ad parādas opes viam, si q̄ impudentissime aduletur. Adulatio.

Crispus Passienus dicebat adulationi non esse 11
claudendum ostium, sed aperiendū, verum vt solet amicæ, quæ si impulsit, grata est, gratior si effregit. Sensit non probandos eos qui prorsus non ferunt vllam adulationē, quam vt affectare turpe est, ita ingerentem se non oportet omnino te Adulatio utilis.

pellere. Prodest enim in hoc ut homo perspiciat qualis esse debeat.

12 *Adulatio*
tecta. Plancus aiebat, nō esse occulto aut dissimulate blandiēdum, quōd periret procacia si lateat. Fortasse pro proca cia, quod erat scriptum, legēdum est, procatio: ut sit sensus. Adulator ut procus captat gratiam: procus autē si tam tecte ambiat, ut puella non sentiat, perdit operam.

13 Latro Portius cuius ingenium supra modum mirat Seneca, fuit enim illi cōdiscipul⁹, quū Maxillus rhetor exilitatem orationis suę imputaret controuersię, diceretq; necesse est me per spinosum locum ambulante suspensos habere pedes: non me hercule, inquit, tui pedes spinas calcant, sed habent, Nam alter ariditatem ingenij impuitauit materię.

14 *Coacta* Asinius Pollio dicebat in causa verecunda nūquam tentari debere improbam quęstionē. Notauit rhetores, qui in declamando mouerēt quęstiones nihil ad causam facientes.

15 *Affectatio.* Osci rhetor erat non infacundus, sed illud dictionē illius vitiabat quōd nihil diceret absque schemate, cui quū Pacat⁹ rhetor Massilię mane, siue ad mare, occurrisset. Poterā, inquit, dicere aue Osce. Schematū affectatorē salutauit schemate, quum nusquam minus locus sit schemati, quā in quotidiana vulgariq; salutatione. Per Ironiam itaq; vsus est occupatione, ut diceret: quod nō dicebat, quū sine tropo dicere posset, aue Osce.

16 *Futta sententiarum.* Seuerus Cassius, qui alienas sententias paucis immutatis vocibus vsurparent pro suis, dicere solent eos esse similes furibus qui poculis alienis mutarent ansas ne possent agnosci.

Demanax dicebat nequaquam hominibus irascendum esse si delinquerent, sed corrigenda vitia, nimirum exemplo medicorum, qui non indignantur ægrotis, sed morbo medentur. Nam hominis est peccare, dei vero aut hominis deo proximi, emendare peccata. 17

Clementia.

Accusatus quod nunquam sacrificasset Minervæ, Nunquam, inquit, existimaui illi meis victimis opus esse: notans ineptam vulgi superstitionem, qui putabat deos hostiarum nidore delectari. 18

Superstitio

Idem Phauorini dictionem ut nimium compositam ac mulieri congruentiorem quam philosopho sollet dictionibus incessere. Id indigne terens Phauorinus adiit cynicum percontans quis esset ille a quo derideretur: homo, inquit, cuius auribus difficile est imponere. Philosophum ut vestis neglectior, ita & oratio decet inaffectata. 19

Oratio modulatio.

Rogatus a Sophista quopiam, quod viaticum attulisset ad philosophiam, admodum Cynice respondit *ὄρχησις*, id est, testes, significans se nudum accessisse. 20

Cynice.

Alteri percontanti, quam philosophiæ sectam potissimum amplecteretur. Quis, inquit, tibi indicavit me esse philosophum? Moxque vehementer secum ridens abiit. Interrogatus quid rideret. An non magnopere ridiculus, inquit, si tu me ex barba iudicas philosophum, ipse barbam non habens? 21

Barba non facit philosophum.

Adolescenti lascivius culto, qui quaestionem Sophisticam proposuerat, nihil aliud respondit quam *πρᾶνιν ὡ παῖ*. Vox anceps est ad conficiendam quod colligit, & ad obscenum sensum, Quumque adolescens indignatus respondisset, at ego tibi virum ostendam. Demonax admirati similis, quid 22

inquit, num etiam virum habes?

- 23 *Toleranter.* Athleta quidam ab eo reprehensus quòd victor in Olympijs cultu molli floridòq; vteretur. lapis illi incussit in caput, ita vt sanguis ex vulnere profluere. Id factum indigne ferentes qui ad erant, hortati sunt vt adiret procòsulem. Nequius quam, inquit, ò viri ad procòsulem, sed ad medicum potius. Prius esse debet homini, vt malo accepto medeatur, quàm vt regerat in alterum.
- 24 *Libere.* Proteo cuidam obijcanti quòd morderet omnes, nec tamen cynicum viueret, amice, inquit, non viuis hominem.
- 25 *Erius.* Physico quodam multa de antipodibus differente, ostensis in puteo vmbri, rogauit, num illos antipodas diceret. Ridēs absurdam quæstionem. Quanquam nunc compertum est, esse veros antipodas.
- 26 *Luctus.* Herodem sophistam immodice lugētem Pollucis obitum præmaturum, quum vellet illi curus & equos velut ascensuro iungere, atque etiã coenam apparare, adiit Demonax, En tibi, inquit, à Polluce literas, exhilarato Herodi & quid vellet Pollux sciscitanti, Incusat, inquit, te, quòd còctis ris ad ipsum venire: significans Pollucē ad ipsum non rediturum, sed recte parari curum, si vellet sequi defunctum.
- 27 *Luctus.* Alium quendã filij mortem inconsolabiliter lugentem, & in tenebris abditum adiit, certo promittens se filij vmbra ab inferis reuocaturum, si tres ex hominum numero sibi nominare posset, qui nullius luxissent obitum. Quumq; is cogitationem per omnis notos circumferens, ne vnū quidem reperisset luctus expertem. Quid igitur,

Inquit, te ipsum discrucias homo, quasi nouū alī quid acciderit?

Quum a quodā quæsisset aliquid, atq; ille ver- 28
bis obsoletis ac priscis responderet, Ego, inquit, Obsoleta.
amice te nunc percontor, at tu perinde respōdes,
quasi regnaret Agamemnon.

Cuidam dicenti, Eamus in Aesculapij templū 29
ō Demonax, pro filij salute deprecaturi deum, Superstitio.
Adeone, inquit, furdastrum exillimas deum, vt
nos nisi in templo non sit auditurus?

Ad Agathoclem peripateticum arroganter ia- 30
ctantem, sese & solum & primum esse dialecti- Arrogantia.
corum: si solus, inquit, es, qui primus esse potes? si
primus, qui solus?

Quum apud Athenienses audisset præfatione 31
solēni a sacris submoueri barbaros, rogabat quā Absurde.
obrem id facerēt, quum ea sacra tradidisset ipsis
Eumolpus natione Thrax, nimirum Barbarus.

Quum legatus nauigaturus in Asiam, nauem 32
conscendisset, & a quodam interrogaretur, num Facete.
metueret, ne naufragio eiectus a piscibus deuoraretur: Quid, inquit, metuam a piscibus, qui tot
pisces deuorari?

Quendam infeliciter declamātem admonuit, 33
vt sese diligenter exerceret: quumq; is respondisset, Nūq̄ apud me non declamo, Nil igitur mis-
rum, inquit, si dicis inepte, qui hæcenus semper
stulto auditore solitus sis vti. Nemolus iudex.

Quum Athenis quidam Romanus senator si- 34
lium ad Demonactem adduxisset, eleganti for- Ambigua
ma, vestitu delicato, ac delicijs effœminatum, motus.
diceretq; salutem te ō Demonax filius meus: pul-
cher est, inquit, & te dignus, & matri nō absumis

lis. vtrumq; poterat dici in laudem. Nūc patrem notauit ex filij moribus, & matri similem dixit mollem & euiratum delicijs.

35 *Diuinitio.* Conspicatus augurem quendam in publico vaticinia sua vendentem, si potes, inquit, ea quæ paræ statuerunt, arte tua depellere, exiguā mercedem postulas. Sin quæ fatis decreta sunt, omnino sunt euentura, quid tua prodest diuinitio? Bis miser esse cupit, qui mala quæ vitari non possunt amat præscire.

26 *Pugna lora dicta.* Senex quidam Romanus bene robusto corpore, qui armatus sese ad palam exercuerat, rogauit *Demonactem* num magna vehementia videretur depugnasse. Nimirum, inquit, aduersus hostē ligneum, inueniens illum in vera pugna fore meticulosum.

37 *Vestis.* Cuidam qui purpura indutus sese insolentius ostentabat, in aurem dixit, Heus tu, hoc ante te gestabat ouis, & ouis erat: significans illum nihilominus stupidum esse si gestaret purpuram.

38 *Fortitudo.* Quum aliquando in balneis refugeret ingredi aquā freuentiorem, & alius illum appellaret meticulosum, Quid, inquit, an hoc pro patria passurus essem? Sentiens temeritatis esse, non fortitudinis, subire periculum, ni ob causam grauem & honestam fiat.

39 *Impie.* Percontanti qualia putaret esse, apud inferos: expecta, inquit, & simul atq; illuc venero, per literas tibi significabo omnia: impie sentiens, nullos esse inferos. Nec enim credebat animarū immortalitatem.

40 *Salic.* Admeto poetæ insulso iactanti epigramma monostichon, quod testamento mandasset suæ

addendum statuę: carmen erat,

Corpus homo tegitur, Admetus ad astra voluit: respondit adeo sibi placere carmen, ut magno emptum cuperet, si iam nunc esset ascriptum. Tecte optas illi mortem, qui vita erat indignus.

Demonacti seni crura intumuerant. id videns quidam, quid istuc, inquit, mali est Demonax? Tu ille, Charon, inquit, me memordit. Pro cane dixit Charontē, innuens senectutem morti vicinā. 42
Senectus.

Ad Lacedæmonium flagris seuientem in seruum, desine, inquit, te seruo tuo simile ostendere. Seruus enim est, qui suis cupiditatibus imperare non potest. 43
Ira.

Cynico cuidam arroganter iactanti pallium, peram & baculum, ac subinde vociferanti, se Aristhenis Cratetis ac Diogenis sectatorem esse: impudenter, inquit, mentiris, quum sis Hyperidæ discipulus. Allusit ad vocē ὑπεριδᾶς quod est per arrogantiam despicere. Est autem & rhetoris nomen Hyperides. 44
Arrogantia.

Proconsul Cynicum quendam a quo publice fuerat proficissus ob vnguenta ac molliciem, ad supplicium abripi iussit. Huic deprecator aderat Demonax, dicens ignoscendum cynico: si quid dixisset mordacius, id esse sectæ vitium, non hominis. At quum proconsul non negaret veniam, sed si quid simile denuo committeret, rogaret, quas penas esset daturus: profecto, inquit Demonax, tu hominem totum inungi, ac forcipe velli iubebis. plusquam cynice memordit, qui cynicæ mordacitatis agebat patronum. 45
Mollicies.

Alteri cui imperator ingentem exercitum commiserat, sciscitanti, quomodo posset delegatam 46
Graviter.

Z ij

prouinciã q̄ optime gerere, si, inquit, ira vacatis, & quam minimũ loquẽs plurima audieris. ita ad omnem functionẽ inutilis est, & prouerbio quos que princeps iubetur & æqua & iniqua audire.

47 *Facete* Rogatus an philosophus etiam placẽtis vesce-
retur: Quid, inquit, num putas apes stultis tan-
tum mellificare? Placentæ melle condiebantur,
saccari vsu nondum reperto.

48 *Iocose* In Ruffinũ claudum multo tempore familiarẽ
peripateticis dixit, nihil esse turpius peripateti-
co claudo. Allusit huc, quod peripatetici dicũtur
ab inambulatione, quæ non conuenit claudo.

49 *Monitor* Episteto cynico suadenti vt vxore ducta daret
operam liberis, Neq; enim id indignum esse phi-
losopho. Da mihi, inquit, igitur vnã filiabus
tuis. Notans illũ inepte suadere alteri, quod ipse
non faceret.

50 *Ambiguo* In Herminum peripateticum qui semper in
ore habebat decem Aristotelis Categorias, ita
lusit, Equidem arbitror Hermine te non indignũ
decẽ categorijs. Iocus est ex ambiguo vocis. Ca-
tegoriæ Græcis vel prædicamenta dicuntur, vel
accusationes.

51 *Leges* Iurisperito dixit, leges prorsus videri inutiles,
vt quibus boni nõ egerẽt, mali nihilo fierent me-
liores.

52 *Sepultura* Morientem amici rogabant, quomodo vellet
sepeliri. ne quid, inquit, ista res vos habeat solici-
tos. fœtor me sepeliet.

53 Dicentibus indignum facinus si talis viri cor-
pus laceraretur à canibus. Quid, inquit, incom-
modi si & mortuus alicui sim vsui?

54 Bion eos qui auscultarẽt adulatorib; dicebat

esse similes amphoris quæ auribus circumagunt. Adulatio

Pindarus cuidam commemoranti, quod ipsius laudes ubiq; prædicaret, ego, inquit, pro isto officio bonam repono gratiam, efficiens ut vera prædices. Vera virtus nihil moratur hominum laudes. Eas qui prædicant, plus debent ijs quos laudant, quàm ipsi debent qui laudantur. 55
Laudata
virtus.

ALPHONSVS ARAGONVM REX

Eques quidam ingens patrimonium per luxum ac libidinem absorbuerat, atq; insuper magnam aeris alieni vim contraxerat. Pro hoc intercedentibus quibusdam apud Alphosum Aragoniæ regem, ne saltim quæ debebat corpore luere cogeretur, Alphonsus respondit: si tantam pecuniam vel in sui regis obsequium, vel patrie commodis, vel subleuandis propinquis impendisset, audiret. Nunc quoniam tantas opes impendit corpori, par est ut luat corpore. I
Iusto.

Commemorantibus quendam ex Hispaniæ regibus dixisse, non decere Principes viros scire literas, exclamauit eam vocem bouis esse non hominis. Non omnes literarum conueniunt principi, sed earum quæ politice tradunt, aut ethice, quæque recte ac secus gestorum exempla demonstrant, id quod facit historia. 2
Erudito.

Hunc quum adissent legati Matricenses, in quorum agris tum agebat Alphosus, consulentes utri iuberet ipsos gratificari, Nicolao ne Picinino, an Francisco Sphortia, respondit ambos pro amicis habendos, sed nihilo secius ab ambobus tanquam ab inimicis cauendum. Id temporis inter Nicolaum & Franciscum simultas intercedebat, ac rex nondum statuerat utrum vellet in societatem recipere, quum utrumque ob dissidium non posset. 3
Cautè.

Idem dicere solet, ita demum matrimonium tran-

Coniugium
tranquillū

quille citraq; querimonias exigi posse, si maritus surdus fiat, vxor cæca: innuens opinor foemineū genus obnoxium esse Zelotypiæ, atq; hinc oriri rixas & querimonias: rursū maritis permolestā esse vxorū garrulitatem: qua molestia cariturus sit, si fiat surdus: nec illa vexabitur adulterij suspicione, si careat oculis.

5
Integre

Aiebat si sibi contigisset nasci temporibus quibus Romana resp. florebat, se constructurū fuisse se contra curiam templum Ioui Positorio, in quo priusquam venirent in senatum patres cōscripti, odium, amorem ac priuatos affectus omnes deponerent. Alludit ad priscorum morem, qui Iouē multis cognominibus insigniebant, nunc Statorem, nunc Gamelion, nunc Genethlion, nūc Philū, nunc Xenion appellantes. At si tā multa possit Iuppiter, illud in primis præstandum erat, vt in synodis, in iudicijs, in senatibus in quibus de rep. consultatur, nihil haberent momenti affectū priuati: Nam hi sunt, qui frequenter & ciuitates & regna bellis committunt, ac pessundāt deniq;.

6
Saltatio
fœda

Quum forte mulierem quandam impudētius saltantē aspexisset, expectate, inquit, mox Sibylla ædet oraculum. Sentiens saltationem insanitiæ genus esse. Sibylla autem vates non ædebat oracula nisi furore correpta. Mihi quoq; sæpenumero qui saltationē tumultuosam agitant, visi sunt afflati furore quodam, præsertim foeminae.

7
Lenitas

Admonitus ne nimia lenitas exiret in contemptum, & ex contemptu nasceretur pernicies: magis, inquit, cauendum, ne seueritas conciliet inuidiam, vnde maius exitij periculum.

8 Quum eques quidam ab hostibus captus, & ab

ijisdem emissus carcere, regem adisset, in solatiū calamitatis multa postulauit ab eo, & impetrauit. Quod digressio rex dixit ad familiares, dispe ream, inquit, ni metui, ne vxorem etiam meā des polceret eques meus.

Postulator
improbos

Familiares illi rusticum quendam velut igna: uiæ exemplum ostenderunt, qui porrectus humi vescebatur uuis. Hic rex, vtinā mihi sic per ociū comedere datum esset à superis. Simile quiddam narratur de Ptolemæo rege: quum antea se iacta: ret reperisse immortalitatem, tandem podagra discruciatu, cōspiciebat Aegyptios aliquot ple: beios sic temere apud flumen discumbentes: vtī nam, inquit, saltem ex istis vnus essem.

9
Ociū dulce

Equiti subinde aliquid à rege flagitāti, sed mox quod acceperat profundenti: si pergam, inquit, tibi dare quæ petis, citius me pauperem effecero quā te diuitem: nam qui tibi donat, nihil aliud quā aquam infert pertufo dolio.

10
profusio
fundocaret

Interrogatus quos e ciuibus haberet charissi: mos, qui magis, inquit, pro me metuunt, quā me. Sensit illos esse ex animo amicos, qui Principem magis amant, quā timent.

11
Ciuiam
charitas

Aiebat olim inter Iouē, Neptunum & Pluto: nem omnium rerum partitionem trifariam esse factam, & horum vnamquemq; sua sorte contē tum esse, nec occupare aliena: at inter homines neminem sua portione contentum esse, nec vllā partitionē esse stabilem, sed omnes *πλιονικτεῖν*.

12
Ambitio
principum

Percontantibus vtri rei plus debere se fateret, libris, an armis: ex libris, inquit, & arma & armo: rum iura didici: hac voce profitens se libris debe re omnia.

13
Eruditio

14
Clementer Magnopere laudare solet dictum nescio cuius,
hostibus fugientibus pontem argenteum extruen-
dum esse: siue quod existimaret multo optabilius
esse, hostes in fugam vertere, quam occidere: siue
quod putaret hostes pecunia sollicitandos, ut ab
acie discederent.

15
Facete Dicebat sibi videri eos maxime insanire, qui
uxorem fugitiuam perquirerent. Significans ma-
gnam felicitatis esse ab improba muliere liberari.

16
Grauiter Improbo cuidam ac vecordi, iactanti reperisse
se virum sapientem, & qui fieri potuit, inquit, ut
sapientem dignosceret stultus?

17
Regum curae Cum coenanti senex quidam importunus &
garrulus sine fine obstreperet, exclamasse fertur
& dixisse, Asinorum conditionem esse potiore
quam regum. Nam illis dum pascuntur dominos
parcere, regibus neminem.

18
Fortiter Demetrius graui calamitate affectus, dixit re-
ferente Seneca, Hoc vnum dii immortales que-
ri possum, quod non antehac mihi voluntatem
vestram notam fecistis. Prior enim ad ista venis-
sem, ad quae nunc vocatus assum. Maluissimam ob-
ferre, quam tradere.

FINIS.

INDEX PERSONARVM

| | | | |
|-------------------------|---------|-------------------------|-----------|
| A Ctius poeta | 271 | Alexinus sophista | 285 |
| Adrianus Cęsar | 238 | Alfonſus Aragonũ rex | 363 |
| 340 | | Amaliſis Aegypti rex | 269 |
| Adrianus ſophiſta | 333 | Amilcar | 260 |
| Aegilius | 265 | Anachariſis Scythæ | 300 |
| Aegyptius baiulus | 255 | Anaxagoras Clazomenius | |
| Aegyptij | 178 255 | 303 | |
| Aelianus ſophiſta | 350 | Anaxander | 22 |
| Aeſchylus poeta | 271 | Anaxandridas Leontis | 22 |
| Aeſchines | 329 | Anaxarchus | 325 |
| Afer orator | 252 | Anaxarchus Abderites | phiſ |
| Africanus cenſor | 265 | Iſoſophus | 271 |
| Agaficles | 1 | Anaxilas | 22 |
| Agafſo quidam | 269 | Anaximenes | 269 |
| Agatharchus piſtor | 283 | Androclidas Lacon. | 22 |
| Agathocles | 183 | Annia | 336 |
| Agefilaus | 2 7 | Annibal | 207 |
| Agefilaus Ephorus | 21 | Anniceris | 358 |
| Agefipolis Cleombroti | 17 | Anicula quædam | 289 |
| Agefipolis Pauſaniæ | 18 | Anytus | 267 |
| Ageliſtrata | 76 | Antagoras poeta | 142 |
| Agis primus | 18 | Antalcidas | 22 |
| Agis ſecundus | 20 | Antianira | 356 |
| Agis argius adulator | 279 | Antigenides Thebanus | 27 |
| Agis vltimus | 16 | Antigonus rex Macedonum | |
| Alcamenes Telecri filij | 21 | 140 341 350 | |
| Alcander | 43 | Antigonus ſecundus | 186 |
| Alcibiades | 196 | Antiochus | 23 90 274 |
| Alexander magnus | 132 | Antiochus Ephorus | 23 |
| 269 336 | | Antiochus ſophiſta | 323 |
| Alexander Severus | 242 | Antiochus tertius | 187 |
| Alexander ſophiſta | 332 | Antiochus quartus | 188 |
| Alexis poeta | 270 | Antipater | 187 334 |

| | | | | |
|--|------|-----------------------------|-------------------|-----|
| Antipater Cyrenaicus | 344 | Artoxerxes | 176 | |
| Antisthenes Atheniēsis | 295 | Artoxerxes alter | 177 | |
| Antonij familiaris quidam | | Asclepiades | 344 | |
| 273 | | Afinius Pollio | 361 | |
| Antoninus caracallus | 242 | Asticratidas | 27 | |
| Antoninus Geta | ibi. | Ateas Scytha | 174 | |
| Antonin ⁹ Heliogabal ⁹ | ibi. | Atheniensis quidam | 254 | |
| Antoninus Pius | 240 | Athenodorus | 144 | |
| Apelles | 281 | 282 | Artilius | 337 |
| Appius | 257 | 273 | Artilius regulus | 258 |
| Appius Clāudius | | 160 | Aufidius Modestus | 338 |
| Appius maior | 274 | Augustus | 144 | 250 |
| Aratus | 284 | Aulus Fuluius | | 258 |
| Arcadion adulator | 279 | Aurelianus | | 246 |
| Arcefilāus | 281 | Ias Lacedemoni ⁹ | | 27 |
| Archelaus | 184 | Bias Priēgus | | 260 |
| Archefilāus | 309 | Bion | | 362 |
| Archidamus Zeuxidami | 25 | Bion Boristhenites | | 309 |
| Archidamus alter | 26 | Bithys parasitus | | 280 |
| Archidamidas | 24 | Bizantius quidam | | 255 |
| Archileonis | 72 | Bonosus | | 247 |
| Architas | 338 | Bos | | 336 |
| Architas Tarentinus | 285 | Brasidas | | 27 |
| Argeus | 23 | M.Brutus | | 228 |
| Aristarchus Theodectē | pa: | Brutus iunior | | 249 |
| ter | 338 | Beda venerabilis | | 265 |
| Aristides iustus | 193 | Buris | | 62 |
| Aristippus | 93 | C | | |
| Aristo | 286 | Aecilius Metellus | | 223 |
| Aristo Chius | 24 | Cefellius | | 248 |
| Aristophontes | 351 | C.Caligula | 230 | 342 |
| Aristoteles Stagiritēs | 311 | C.Caninius eques | | 265 |
| 350 | | C.Crassus | | 248 |
| | | C.Domitius | | 211 |

PERSONARVM

| | | | | | |
|----------------------------|-----|------|--|----------------------|-----|
| C. Fabritius | 205 | 254 | Cephalus | 351 | |
| C. Figulus | | 258 | Cesellius | 248 | |
| C. Fimbria | | ibi. | Cesetius | 259 | |
| C. Furius Cresinus | | 259 | Ceseti ⁹ eques Roman ⁹ | 261 | |
| C. Gracchus | | 253 | Chabrias dux | 199 | |
| C. Iulius | | 248 | Charill ⁹ siue Charillaus | 55 | |
| C. Iulius Cęsar | | 133 | Chilo Lacon | 76 | |
| C. Lęlius | | 266 | Chiomata Ortiagontis vxor | | |
| C. Marius | | 223 | 289 | | |
| C. Memmius | | 266 | Chirosophus Dionysij adula | | |
| C. Plautius Cos. | | 257 | tor | 278 | |
| C. Popillus | | 224 | Chrysippus | 250 | |
| C. Publicius | | 254 | Chrysipp ⁹ Solensis | 323 | |
| C. Seuerus | | 268 | Cianensis populus | 348 | |
| C. Sulpirius Gallus | | 260 | Cyllicon | 259 | |
| C. Valerius | | 259 | Cinesias | 281 | |
| Callicratidas | | 34 | Cynisca | 10 | |
| Callipides | | 12 | Cyperiorū mulieres | 289 | |
| Callistion Prochelena mere | | | Cyrus maior | 173 349 | |
| trix | | 287 | Cyrus rex | 349 | |
| Caluinus Glaucia | | 250 | Citharędus quidā | 278 | |
| Cambyfes | | 270 | Claudius Cęsar | 232 | |
| Canna | | 289 | Cleanthes Affius | 321 | |
| Canus tibicen | | 339 | Clearchus | 35 | |
| Carneades | | 311 | Cleombrotus Pausanię | 16 | |
| Cassius | | 227 | Cleomenes Anaxandridę | | |
| Cassius Seuerus | 251 | 335 | 16 | | |
| 360 361 | | | Cleomenes alter | 38 | |
| Catilina | | 258 | Cleon | 272 | |
| Cato senior | 213 | 260 | 360 | Clisophus Athenięsis | 280 |
| Cato Vticęsis | 218 | 351 | Cn. Domitius | 252 | |
| Catulus | | 251 | Cn. Lentulus Marcellinus. | | |
| Catulus Luętatius | | 224 | 347 | | |

aa ij

INDEX

| | | | |
|---|----------------|-------------------------------------|-----|
| Cn. Pifo | 346 | Demochares | 358 |
| Collatinus | 256 | Democritus Milesius | 324 |
| Cōmodus Aeli ⁹ Verus | 240 | Demonax Cynicus | 359 |
| Coniectōr quidam | 255 | 360 362 | |
| Constantius Chlorus | 343 | Demonides | 64 |
| Corydus parasitus | 281 | Demosthenes orator | 171 |
| Cornelia Gracchorum ma- ter | 281 345 290 | Demosthenes Mitylenæus | |
| Cornificius | 359 | 337 | |
| Crantor Thraciæ dux | 178 | Dercillidas | 28 |
| Crantor Solensis | 309 | Diocletianus | 246 |
| Crassus | 266 | Diogenes 101 341 | 342 |
| Crates Thebanus Cynicus | 350 352 | Dion | 184 |
| 315 | | Dionysius sophista | 330 |
| Crispus Passienus | 361 | Dionysiodorus tibiçē | 335 |
| Crœsus Lydorum rex | 269 | Dionysius | 180 |
| 270 | | Dionysius iunior | 183 |
| Ctesibius | 335 | Diphilus | 348 |
| Cuculus | 290 | Dolobellę seruus | 272 |
| Curius | 261 | Domitianus | 237 |
| | | Domitius Afer | 252 |
| D Amindas | 28 | Duellius | 336 |
| Damis | ibi. | | |
| Damatria | 73 | | |
| Damonidas | 28 | E Merepes Ephor ⁹ | 30 |
| Darius | 174 268 | Empedocles | 250 |
| Demades orator | 267 268 | Epænetus | 30 |
| Demaratus | 28 | Epaminondas | 200 |
| Demetrius | 200 364 | Epicharmus | 180 |
| Demetri ⁹ Antigoni fili ⁹ | 185 | Epictetus | 317 |
| Demetrius Cynicus | 352 | Epīcurus Atheniensis | 335 |
| Demetrius Pharius | 312 | Eques quidā Rom. | 250 |
| Demetrius Phalereus | 314 | Equiso quidam | 254 |

PERSONARVM

| | | | |
|-------------------------|---------|----------------------------|-----|
| Euboidas | 30 | Glauca | 254 |
| Eteocles | 61 | Glycera | 287 |
| Euclides | 286 | Gnathena meretrix | 286 |
| Eudamidas Archidami | 30 | 350 | |
| Eudæmonicus | 137 | Gorgias Leontinus sophista | |
| Eumenes | 188 | 285 331 358 | |
| Euricratidas Anaxádrige | 31 | Gorgo | 72 |
| Eurípides | 270 335 | Gorgo Leonidæ vxor | 44 |
| Exercitus Romanus | 257 | Granius prætorius | 259 |

| | | | |
|----------------------------------|------|--|---------|
| F Abius | 267 | H Anno | 260 |
| Fabius maximus | 206 | Hegesippus Crobus | |
| 265 | | lus | 199 |
| C. Fabritius | 205 | Heli ⁹ Mácia Formian ⁹ | 347 |
| Fabritius Cineas | 261 | Heraclides sophista | 334 |
| Fauonius | 254 | Heraclit ⁹ Ephesi ⁹ | 324 351 |
| Fauorinus | 329 | Herennius Pontius | 260 |
| Fauorinus philosoph ⁹ | 248 | Hermogenes | 332 |
| Faustus Syllæ filius | 249 | Herodes sophista | 331 |
| Firmus | 247 | Herodes | 32 |
| Flauius Vespasianus | 343 | Hieron | 180 |
| Foemina anus | 290 | Hipparcha Metroclis soror | |
| Frontinus | 338 | 317 | |
| Filius improbus | 251 | Hippocratidas | 34 |
| | | Hippodamus | 33 |
| G Alba | 253 | Hippodromus sophista | 334 |
| Galba orator | ibi. | Hippomachus aliptes | 267 |
| Galienus | 245 | Horatius | 256 |
| Gallus | 254 | Hortensius orator | 261 |
| Gelo Syracusanus | 179 | I Ason Thessalus | 272 |
| Geradas Spartanus | 46 | Idathyrus Scytharum | |
| Gesticulator quidam | 352 | rex | 178 |
| Gyrtias | 73 | Ion sophista | 328 |

INDEX

| | | | |
|-------------------------------|---------|-------------------------------------|---------|
| Iphicrates | 198 | Leontychidas primus | 38 |
| Intaphernis vxor | 289 | Leontychidas alter | 39 |
| Iscomachus mimus | 274 | Leontiū meretrix | 287 |
| Iseus sophista | 329 | Leptines | 358 |
| Ismenias | 339 | Lesbonax Mitylençus | 352 |
| Isoocrates | 346 | Libo | 253 |
| Iulius Prusus | 253 | Licinius Varus | 251 |
| Iulius Maximinus | 343 | Liuius Salinator | 265 |
| Iulia Augusti filia | 150 | Lochadus Polienyde | 41 |
| Iulian ⁹ imperator | 343 | Longus Sulpitius | 247 |
| Iuni ⁹ Bassus | 247 | L.Ççilius | 273 |
| Iunius Mauricus | 342 | L.Crassus | 252 261 |
| Aberius | 273 | L.Galba scurra | 252 253 |
| Labetus | 38 | L.Philippus Cos. | 262 |
| L Lacedemoniæ prisca | | L.Porcus Nasica | 252 |
| instituta | 65 | L.Volumnius | 257 |
| Lacon quidam | 284 | Lucretia | 256 |
| Laconū anonyma apophthe | | Lucullus | 224 |
| gmata | 55 | Lycurgus | 41 |
| Lacçnarū apophthegma. | 72 | Lycurgus orator | 268 |
| Lacydes Arcefilai familiaris | | Lycurgus rhetor | 345 346 |
| 65 | | Lyfander | 48 271 |
| Lacydes Cyrenæus | 311 | Lyfimachus | 187 |
| Lais Corinthia | 282 287 | Acander | 265 |
| Lamachus | 198 | M Mancia | 265 |
| Lamia meretrix | 288 | Mani ⁹ Curi ⁹ | 205 |
| Lampis negotiator | 339 | Manius Curtius | 250 |
| Laphyropole | 4 | Manlius | 258 |
| Larissei | 9 | Manlius Torquatus | ibi. |
| Leo Bizantius | 271 328 | Marcellus | 267 |
| Leon Euricratidis | 39 | M.Aemilius Scaurus | 266 |
| Leonidas Anaxandride | 39 | M.Antonius | 216 259 |
| Leonides | 133 | M.Atilius | 257 |

PERSONARVM

| | | | |
|--|---------|-----------------------------|---------|
| M. Bibulus | 260 | Milites in cęsarem | 253 |
| M. Brutus | 228 | Milo Crotoniates | 284 |
| M. Castritius | 259 | Myronides | 193 |
| M. Cicero M. Tullij pater | 264 | Myson | 303 |
| M. Tulli ⁹ Cicero | 164 258 | Mulier quędam | 290 |
| M. Cincius | 266 | N Amartes | 50 |
| M. Drusus | 258 | Nealces | 284 |
| M. Lepidus | 266 | Nero quidam | 250 |
| M. Liuius | 261 | Nero imperator | 272 |
| M. Pomponi ⁹ Marcell ⁹ | 335 | Nerua Cocceius | 238 |
| M. Scipio maluginensis | 251 | Nestor | 255 |
| M. Seruilius | 253 | Nicander | 10 |
| Marius tyrannus | 246 | Nicesias | 280 |
| Martia Catonis filia minor | 336 | Nicetes | 329 |
| Martius Coriolanus | 257 | Nico meretrix | 287 |
| M. Votacill ⁹ Pitholaus | 249 | Nicostratus dux | 200 |
| Maximinus | 245 | O Ctauus Cęsar augu- | |
| Medicus quidam | 286 | stus | 144 |
| Medius parasitus | 357 | Olympias Alexadri | |
| Megabates | 5 | mater | 289 351 |
| Megabyzes | 270 | Onomademus Chius | 268 |
| Melanthius | 359 | Orbilius grammaticus | 253 |
| Melanthus | 272 | Orontes | 178 |
| Melanthus parasitus | 279 | Orsines satrapas | 357 |
| Memnon dux | 178 | Oscus rhetor | 361 |
| Menander | 270 | Otho | 235 342 |
| Menedemus | 285 | Ouinus Camillus | 248 |
| Menedem ⁹ Eretrięsis | 305 | P Acuius | 357 |
| Messala | 360 | Pędaretus | 52 |
| Metrocles | 317 | Pantaleon | 281 |
| Metiochus | 254 | Panthoidas | 50 |

INDEX

| | | | |
|-----------------------------------|-------------|--|-------------|
| Papyrius cursor | 257 | Phurnius | 359 |
| Papinianus | 339 | Pilades histrio | 273 |
| Parrhasius | 283 | Pindarus | 363 |
| Paryfatis Cyri mater | 177 | Pirrho Eliensis | 326 |
| Passienus Paulus | 338 | Pyrrhus rex | 188 |
| Pater a filio pertractus | 351 | Pisistratus | 194 |
| Paulus Aemilius | 212 282 | Piso | 266 |
| Pausanias Cappadox | 333 | Pittac ⁹ Mitylengus | 294 |
| Pausanias Cleombroti | 51 | Pythagoras | 324 344 349 |
| Pausanias alter | ibi. | Pythagoric ⁹ philosoph ⁹ | 255 |
| Pausimachus | 281 | Pythias | 337 |
| Pauson pictor | 339 | Pythius | 356 |
| Pelopidas | 204 | Pytho rhetor | 271 |
| Pericles | 193 | Plancus | 273 |
| Perseus | 285 | Plato | 349 306 351 |
| Pescenninus niger | 241 | Platonicus puer | 255 |
| Philager | 333 | Plinius maior | 337 |
| Philemon | 248 | Plistarchus Leonidæ | 53 |
| Philippides | 284 | Plistonax Pausaniae | ibi. |
| Philippides poeta | 271 | Plotinus philosophus plato ⁹ | |
| Philippus Macedo. | 127 | nicus | 349 |
| 284 348 | | Polemon sophista | 330 |
| Philippus orator | 248 | Polycletus statuarius | 283 |
| Philippus rex | 351 | Pollio | 149 344 |
| Philiscus | 334 | Poltys rex | 178 |
| Philostratus Lemnius | 350 | Polycratidas | 54 |
| Philotimus | 285 | Polydor ⁹ Alcamenis | 53 |
| Philoxenus | 271 280 352 | Pompeius | 267 |
| Philoxen ⁹ pternocopis | 280 | Pompeius magnus | 157 |
| Phocion Atheniensis | 160 327 | Pomponius | 266 |
| Phocionis probi vxor | 289 | C. Popilius | 224 |
| Phoenicides | 278 | Pomponius Atticus | 259 |
| Phryne meretrix | 288 349 | Poppea | 289 |

PERSONARVM

| | | | |
|---------------------------|-----|-----------------------------------|-------------|
| Pop. Romanus | 253 | R Emni ^o Palemō | 335 |
| Porfena | 256 | Rex quidam | 256 |
| Porus rex | 136 | Rhodius quidā | 255 |
| Portia minor | 336 | Romulus | 256 |
| Portius latro | 361 | Romani | 257 |
| Praxiteles | 288 | Rutilius | 260 265 |
| Praxaspes | 279 | | |
| Probus | 247 | S Aluius Iulianus | 340 |
| Prochis | 333 | Saturninus | 246 |
| Proconsul quidā Rom. | 256 | Scaurus | 265 |
| Prodicus | 285 | Scæuola | 264 |
| Prometheus | 336 | Scilurus Scythæ | 179 |
| Protagoras Abderita athe- | | Scipio Aemilianus | 348 |
| os | 328 | Scipio maior | 209 251 342 |
| Protogenes | 282 | Scipio minor | 220 251 |
| Pfammenitus Aegyptiorū | | Scipio Nasica | 262 |
| rex | 269 | Scopas Theffalus | 283 |
| Ptolemæus Lagi filius | 184 | Scopellianus | 330 349 |
| Publius | 248 | Secundus sophista | 331 |
| P. Bessus | 250 | Seleucus | 339 |
| P. Clodius | 249 | Semiramis regina | 175 |
| P. Licinius | 211 | Seneca | 272 |
| P. natione syrus | 248 | Serbidius Scæuola | 339 |
| P. Rutilius | 348 | Sergius Galba | 342 |
| | | Seruius Galba | 348 |
| Q Vidam | 336 | Seruilius geminus | 158 |
| Q. Catulus | 342 | Sertorius | 228 |
| Q. Fabius | 257 | Seuerus imperator | 241 |
| Q. Fabius Minutius | 261 | Sextus Nero | 232 |
| Q. Flavius | 259 | Sextus Titius | 254 |
| Q. Optimus | 265 | Sybarita quispiam | 253 |
| Q. Scæuola P. filius | 254 | Siculus quidam | 254 |
| Quirinus sophista | 334 | Sigismūduſ imperator | 349 |

INDEX

| | | | | |
|-----------------------------------|---------|-----|-----------------------|-------------|
| Sylla | 225 | 254 | Tescha Dionysij soror | 182 |
| Silenus senex | | 253 | Testis quidam | 253 |
| Silus | | 266 | Teutonum orator | 258 |
| Simon Atheniensis | 305 | | Thacus rex | 15 |
| Simonides | 268 | 270 | Thais | 287 |
| Simonides Cæus | 352 | | Thales Milesius | 292 347 |
| Sinoritus Galata | 289 | | Thasij | 6 |
| Socrates 80 | 285 341 | 350 | Theano | 76 |
| Soebidas | | 54 | Thearidas | 32 |
| Solon Salaminus | 293 | | Themisteas vates | 32 190 |
| Somniator quidam | 255 | | Theocritus Chius | 270 |
| Sophocles | 350 | | Theodorus | 344 |
| Spartacus | 267 | | Theodorus Atheniensis | 27 |
| Spartanus quidam | 64 | | theos | 272 328 |
| Spartis | 62 | | Theodosius iunior | 343 |
| Sphærus Bosporanus | Cleā | | Theodotus | 251 |
| this discipulus | 323 | | Theonis meretrix | 287 |
| Spurina Aruspex | 266 | | Theopompus | 32 |
| Sp. Caruilus | 250 | | Theophrastus | 289 |
| Stilpon Megarensis | 303 | | Theophrastus Eresius | 314 |
| Stratias | 336 | | Theramenes tyrannus | 272 |
| Strato physicus | 327 | | Thericion | 33 |
| Stratocles Atheniensis | 251 | | Thrasea | 272 338 344 |
| Stratonic ⁹ citharœdus | 274 | | Thrasibulus | 271 |
| | | | Thucydides | 268 |
| T Acitus | 247 | | Tiberius Cæsar | 229 |
| Tarētini milites | ibi. | | Tiberius Gracchus | 260 |
| Tectamenes | 33 | | Timō Atheniēsis | 197 285 |
| Telecrus | 54 | | Timon Nicæus | 326 |
| Teleutia | 74 | | Timotheus dux | 199 |
| Teres | 178 | | Tissaphernes | 4 |
| Testius Pinarius | 254 | | Titius quidam | 273 |
| Thessalus quidam | ibi. | | Titus Labienus | 261 |

| | | | |
|-------------------------|-------------|---------------------------|-----|
| Titus pater | 254 | Xenophon | 337 |
| Titus Quintius | 211 | Xerxes | 340 |
| Titus Vespasianus | 343 | | |
| Trachalus | 251 | Zeno Cittieus | 318 |
| Traianus | 238 342 343 | Zeno Eleates | 325 |
| Tritantechnes | 340 | Zenonis discipulus quidam | |
| Turbo Adriani præfectus | 352 | | |
| 284 | | Zenobia | 246 |
| Turonius | 150 | Zeuxidamus | 50 |
| Tynnichus | 60 | Zenophantus | 140 |
| | | Zeuxis | 283 |
| | | Zoilus | 350 |

| | |
|-----------------------|-----|
| V Alentinianus | 343 |
| Valeria | 337 |
| Valerius Publicola | |
| 261 | |

| | |
|------------------------|-----|
| Vargula | 250 |
| Varro | 261 |
| Vatinius | 249 |
| Vectius Valens | 248 |
| Vespasianus pater | 235 |
| Vespasianus filius | 237 |
| Vespa Terentius | 273 |
| Veturia | 258 |
| Vibius Crispus | 285 |
| Virginus | 338 |
| Volumnius | 259 |
| Vopiscus | 256 |
| Votacillus Pitholaus | 249 |
| | |
| Xanthippe | 344 |
| Xenænetus | 198 |
| Xenocrates | 288 |
| Xenophanes Lagi filius | 185 |

INDEX SENTENTIA-
TIARVM

| | |
|---|---------|
| A Baltero petitem, al- teri datum | 184 |
| Ab ambiguo | 274 |
| Ab imitatione personæ | 265 |
| Ab impossibili | 266 |
| Ab inexpectato | 252 253 |
| 265 266 273 275 286 | 288 |
| Abstinentia ducis | 215 |
| Absurda | 360 |
| Absurde | 361 |
| Acapna | 302 |
| A carmine Homeri | 280 |
| Acerbe | 169 172 |
| A crassis minus periculi | 155 |
| Acriter | 302 |
| Actio totum | 173 |
| Acute | 351 |
| Achthophori | 255 |
| Adde pusillum pusillo | 321 |

SENTENTIARVM

| | | | |
|--------------------------|---------|--------------------------------------|-----|
| Admōnitio ciuilis | 318 319 | Agricultura militaris | 179 |
| Admonitio cōmoda | 328 | Albus asinus | 247 |
| Admonitio facilis | 292 | Alexāder Herculem contē ^t | |
| Admonitio grata | 129 | psit | 136 |
| Admonitio libera | 131 | Aliena a causa | 252 |
| Admonitio retorta | 334 | Aliena curare | 196 |
| Admonitio fera | 217 | Aliena dulciora | 117 |
| Ad speculum | 319 | Alius alio præstat | 275 |
| Adulans libertas | 260 | Amanter | 269 |
| Adulanter | 279 | Amani sine contemptu | 79 |
| Adulatio 120 137 | 139 | Amator blandus | 288 |
| 195 196 316 366 | 363 | Ambigue 116 120 234 | |
| Adulatio repulsa | 151 | 362 | |
| Adulatio tecta | 361 | Ambiguus morsus | 361 |
| Adulatio vtilis | 361 | Ambitio 111 132 154 | |
| Adulator impius | 279 | 220 234 | |
| Adulterium 46 115 | 132 | Ambitio infatiabilis | 139 |
| 133 255 296 | | Ambitio notata | 28 |
| Adulteriū in regis filio | 180 | Ambitio principum | 364 |
| Adynata | 77 | A mendacio manifesto | 253 |
| Aemulatio | 312 | Amice 10 259 | |
| Aenigmata | 292 | Amici 220 | |
| Aequalitas 39 42 192 | 261 | Amici exploratio | 50 |
| Aequitas | 194 | Amico fido nihil pretiosius | |
| Aestimatio præpostera | 107 174 | | |
| Affabilitas 177 238 | 261 | Amicis fidendum | 124 |
| Affectatio 289 | 361 | Amicorum fides | 182 |
| Affectata oratio | 308 | Amicitia 163 293 308 | |
| Affectus cohibiti | 81 | Amicitia iūcta inimicitie | 80 |
| Affectus priuati | 191 | Amicitia principum | 294 |
| Agamemnone maior | 204 | Amicitia fiducia | 267 |
| Agere, satagere | 252 | Amicitia regum | 187 |
| Agri modus | 205 | Amicorum communia om ⁿ | |

INDEX

| | | | |
|-------------------------|-----------------|----------------------------------|--------------------|
| nia | 335 | Anim ⁹ inexpugnabilis | 206 |
| Amicus | 136 314 | Animus metu liber | 100 |
| Amicus consolator | 126 | Animus p ^r esens | 209 |
| Amicus deligendus | 99 | Animus vere regius | 136 |
| Amicus in aduersis | 315 | Anomine | 276 286 |
| Amicus insignis | 302 | Ante mortem nemo beatus | |
| Amicus rara res | 313 | 293 b | |
| Amicus verus | 78 82 85 | Antuerpia | 276 |
| Amor | 216 299 | Applausus | 275 |
| Amor animi | 66 | Apta | 251 |
| Amor castus | 90 | Apte retortum | 184 |
| Amor gloriæ | 256 | Aqua pro vino | 241 |
| Amor insanus | 178 | Aquila in nubibus | 189 |
| Amor ob malum | 197 | Arcana nulli cōmittēda | 293 |
| Amor patriæ | 157 | Ardelio | 254 |
| Amor turpis | 115 | Argute | 3 8 12 17 18 19 21 |
| Amor verus | 319 | 23 24 30 31 32 35 37 | |
| Amoris remedia | 315 | 40 46 47 51 54 55 56 | |
| Anathemata | 119 & 183 | 57 59 60 64 75 81 | |
| Anima immortalis | 92 | 93 94 98 124 185 215 | |
| Animi vera bona | 101 238 | 223 298 292 303 313 | |
| 284 | | 331 333 339 | |
| Animi cult ⁹ | 86 89 119 293 | Argute infeliciter | 304 |
| Animi luxus | 312 | Argutia muliebris | 318 |
| Animose | 5 9 13 16 18 34 | Argutiæ friuolæ | 108 109 |
| 36 40 41 48 59 73 156 | | argutiæ nugatoriæ | 116 |
| 56 158 146 138 212 | | argutiæ sophisticæ | 306 |
| 205 124 209 225 246 | | arma indiga viri | 203 |
| 257 259 289 303 314 | | arma nesciunt leges | 156 |
| 308 338 | | arma nō audiūt leges | 224 |
| Animus ægrotus | 328 | armata timiditas | 192 |
| Animus imperterritus | 154 | armata virtus | 299 |
| Animus incorruptus | 162 | armatæ preces | 160 |

I N D E X

| | | | |
|-------------------------|-----|----------------------------|---------|
| armati dij | 69 | auaritia non pecuniae tan- | |
| arrogantia 26 361 | 362 | tum est | 100 |
| arrogantia felix | 258 | audacia | 36 154 |
| ars alit vbiq; | 233 | audacia ex periculo | 155 |
| ars conuiuij | 212 | audacia periculosa | 26 |
| ars gubernandi | 82 | audacter | 345 |
| ars imitatrix | 283 | augustarum cultus | 245 |
| ars imbellis | 188 | aurum index | 77 |
| ars inhonesta | 112 | aurum in templis | 243 |
| arte retortum conuitium | | auri amor | 115 |
| 273 | | Auri contemptus | 261 |
| arte tractata plebs | 267 | auro bene vti | 182 |
| artes | 137 | auro nihil inexpugnabile | |
| artes inutiles 25 29 31 | | 128 | |
| 37 62 | | Aurum spretum | 205 |
| artes regiae 179 | 356 | Auro pugnare | 256 |
| artes rege indignae 132 | | Autoritas 145 219 242 | |
| artes superuacuae 42 | 102 | 194 169 | |
| artis exercitatio | 282 | Autoritas personae | 266 |
| assensio simulata | 168 | Aut vincere, aut mori | 229 |
| asini umbra | 345 | Auxilia mutua | 336 |
| assuetudo | 319 | | |
| assuetudo mitigat | 88 | B Alneum fordidu | 276 |
| assuescendu optimis | 255 | Banausi magistratus | |
| assuescere malis | 306 | 305 | |
| attentio 319 | 322 | Barba non facit philosophu | |
| athletae infani | 301 | 362 | |
| auaritia | 115 | Barbae bello inutiles | 133 |
| auare 236 | 237 | Barbaries | 274 302 |
| auarus | 311 | Barbarice | 267 |
| auaritia | 115 | Barbati medici | 183 |
| auaritia delusa | 175 | Belle retortum | 37 |
| auaritia in principe | 236 | Belli disciplina | 64 |

SENTENTIARVM

| | | | |
|-----------------------------|-------------|----------------------------|---------------|
| Belli studium | 178 | Breuiloquentia | 308 317 |
| Belli incerta | 26 | 330 | |
| Bellum cum graculis | 165 | Breuiloquentia sententiosa | |
| Bellum iniustum | 143 | 160 | |
| Benedicendi studium | 166 | Breuiiter | 26 |
| Benefacta pro liberis | 204 | Breuis potestas | 249 |
| Beneficentia | 129 | | |
| Beneficentia conciliat ami- | | C Aeca percōtatio | 313 |
| cos | 343 | Cēsār innocens | 237 |
| Beneficentia vltronea | 86 | Cēsaris affabilitas ibi. | |
| Beneficium meritum | 121 | Calceus qua torqueat | 212 |
| Beneficij obliuio | 312 | Callide | 4 11 15 54 69 |
| Beneuolentia virtute parā- | | 173 224 226 268 288 | |
| da | 132 | Calumniā | 32 |
| Benigne | 243 281 | Calumniā ex calumniā | 312 |
| Benignitas | 104 112 237 | Caluitium accersitum | 151 |
| 235 313 | | Candide | 98 99 139 |
| Benignitas in hostes | 190 | Candor | 52 |
| Benignitas in quosuis | 312 | Canicies | 55 |
| Benigniter | 204 | Canini mores | 112 |
| Bibacitas | 97 | Canis conuitium | 109 |
| Bibit & fugit | 273 | Canis Diogenes | 118 |
| Bibofitas | 55 | Cantharis | 111 apoph. |
| Blandiloquium | 28 115 | 74 | |
| Bona animi | 297 | Capere fugiendo | 326 |
| Bona fama | 290 | Captatio | 312 |
| Bona fortunæ | 125 | Carpēdi morbus | 319 |
| Bona præcipua | 138 360 | Carptores alienæ famæ | 180 |
| Boni similes dijs | 115 | Caste | 140 175 |
| Bonis vti, malis abuti | 129 | 346 | |
| Bonorum paucitas | 256 | Castigatio | 66 |
| Bonū nactus ne mutes | 127 | Catonis testimonium | 220 |
| Bos lire | 278 | Causatio | 156 |

I N D E X

| | | | |
|-----------------------|---------|-------------------------|----------|
| Caute | 353 | Clementia | 238 |
| Cautio | 199 | Clementer | 10 17 |
| Cautio aduersus omnia | 198 | 29 128 142 144 145 | |
| Cautio sui | 79 | 147 152 158 210 228 | |
| Cautio tuta | 285 | 232 243 246 204 256 | |
| Celeritas conficiendi | 155 | 294 343 364 | |
| Celeritas inepta | 282 | Clypeus, gladius | 267 |
| Cœlibatus damnatus | 45 | Clodicare | 250 |
| Certamē argentariū | 286 | Coacta | 361 |
| Certamen vere regium | 135 | Cognatio virtutis | 300 |
| Certare cum rege | 277 | Coitus moderatus | 45 |
| Chara | 242 | Colossi fragmenta | 333 |
| Chori tres | 68 | Coma | 47 55 |
| Cibus | 330 | Commiseratio in malis | 285 |
| Cicer pro Cicerone | 164 | Comœdiæ libertas | 91 |
| Cynice | 304 | Comitas in venatu | 176 |
| Citharœdus malus | 275 278 | Comitas in principe | 343 |
| Citharœdi mali | 275 | Comiter | 54 87 99 |
| Cito nata non durant | 283 | Cōmoda interpretatio | 145 |
| Ciuiliter | 148 | Commode dicere | 307 |
| Ciuilis vltio | 230 | Communitas | 42 66 69 |
| Ciuilitas | 154 | Comparatio carminum Ho- | |
| Ciuilitas prudens | 200 | mericorum | 139 |
| Ciuiliter 30 135 | 137 | Compilari, venire | 264 |
| 196 199 200 313 | 329 | Concessis abuti | 102 |
| 346 | | Concordia 271 297 329 | |
| Ciuitas lupanar | 276 | Concordia fratrum | 179 |
| Ciuum charitas | 364 | Confessio per ironiā | 252 |
| Clamosi | 345 | Coniugium 295 299 310 | |
| Claudus | 74 | Coniugiū tranquillū | 363 |
| Claudi salaces | 356 | Coniugium par | 294 |
| Claudicatio honesta | 250 | Coniugij molestiæ | 357 |
| Clemens victor | 211 | Consiliū multorum | 240 |

SENTENTIARVM

| | | | |
|---------------------------|-----|---------------------------------|--------|
| Coniunctæ vires | 192 | Conuitiator utilis | 127 |
| Conscientiæ puritas | 77 | Conuitiâ contempta | 206 |
| Consiliarius | 254 | Conuiuia vltroneus | 286 |
| Consilium in bellis | 69 | Conuiuia pudica | 228 |
| Consilium optimum | 216 | Corp ⁹ hominis vmbra | 349 |
| Consilium præcipitatū | 162 | Correctio 310 321 323 339 | |
| Consilium præsens | 145 | Corruptela | 244 |
| Consilium prudens | 189 | Corruptela munerum | 190 |
| Consilium tutum | 211 | Correctum in peius | 264 |
| Constantia | 344 | Corruptelæ munerum | 161 |
| Consulatus breuis | 167 | Crassa iudiciâ | 358 |
| Consulatus maiestas | 208 | Crassa veritas | 255 |
| Consul ridiculus | 218 | Crimen retortum | 226 |
| Constanter 21 243 343 | | Crimen tectum | 170 |
| Consultor non calumniator | | Crudelitas | 147 |
| 171 | | Crudelitas recta | 230 |
| Contanter dare | 118 | Crudeliter 230 231 232 | |
| Contatio | 207 | 258 343 | |
| Contatio mala | 85 | Crudeliter & impie | 231 |
| Continenter 5 21 25 66 | | Culcitra oberati | 148 |
| Continentia 135 201 | | Cultus | 152 |
| 318 | | Cultus animi | 86 89 |
| Contumeliose | 251 | Cultus augustarum | 245 |
| Conuenæ | 276 | Cultus dominarum | 347 |
| Conuictus arguit mores do | | Cum dijs | 377 |
| minæ | 151 | Cura militis | 224 |
| Conuictus improbus | 119 | Cura præpostera | 103 |
| Conuitiū mutatum in pei | | Curare friuola | 217 |
| ius | 250 | Curatio morbo grauior | 223 |
| Conuitiū in laudem retor | | Curiositas | 83 239 |
| tum | 174 | 255 315 | |
| Conuitiū retortum | 328 | Cynice 304 362 75 | |
| Cōuitiâ anicularum | 330 | | |

bb

I N D E X

| | | |
|----------------------------|-------------------|------------------------------|
| D Amnata integritas | Dialectica | 341 |
| 194 | Dicacitas molesta | 160 |
| De arte iudicet arti- | Dictum retortum | 305 |
| fex | 131 | Diffidentia 197 263 |
| Debere & meñtiri | 360 | Dignitas 245 |
| Decorum 37 52 273 | 275 | Dignitas idustria parta 183 |
| Decorum personæ 88 | 260 | Dignitas vilefcit in plures |
| Decorum vbiq; | 108 | diffufa 152 |
| Dedifcere | 297 | Dij,vis & fuafio 193 |
| Dedifcere mala | 298 | Dij miseri 281 |
| Deformis ingeniofus | 253 | Diligentia morofa 282 |
| Deformitas exprobrata | 165 | Discendi auiditas 321 |
| Degeneres | 200 | Disciplina ciuilis 11 |
| Degeneratio 26 72 122 | 342 | Disciplina militaris 212 222 |
| Degenerare | 306 | 342 |
| Dei confilia arcana | 219 | Disciplina puerorum 67 |
| Delicię 45 91 115 117 | 298 | Difsimulanter 53 252 |
| Delicię emollunt | 175 | Difsimulatio 118 253 |
| Delicię yfe in amarorẽ | 234 | Diues indoctus 341 355 |
| Delicię indignę pncipe | 138 | Diuinatio 78 284 266 325 |
| Deliciarũ contemptus | 159 | 361 |
| Delicatus reus | 250 | Diuinatio futurorum 159 |
| Deo debetur gratia | 271 | Diuinatio vana 360 |
| Deprauatum | 251 | Diuitiæ 270 294 310 |
| Deprauatio nominis | 277 | Diuitiarum vfus 96 |
| Desperatio | 160 | Diuitiæ immodicæ 227 |
| Deftitutus vndiq; | 234 | Diuitiarũ contemptus 42 |
| Deus imitandus | 80 | Diuorum cultus 327 |
| Deus omnifcius | 292 | Docilitas 295 308 |
| Deus infepultus | 351 | Doctrina quibus pareť 312 |
| Dexter | 247 | Doctrina fine moribus 122 |
| Dexteritas | 237 | Dolor difsimulatus 113 |
| Dexteritas Cæfaris | 237 | Dolus dolum vincit 208 |

SENTENTIARVM

| | | | |
|-----------------------------------|--------|------------------------------------|-----------------|
| Domini præsentia | 254 | Error iuuenilis | ibi. |
| Dos regnum | 240 | Error meritis cōdonat ⁹ | 207 |
| Duabus sedere sellis | 167 | Eruditio | 124 313 363 364 |
| Ducis peritia | 199 | Eruditio studio venalis | 317 |
| Duces præcipua victoriæ | | Eruditio vtilis | 95 96 97 |
| spes | 203 | Eurota | 23 |
| Ducum prudentia | 335 | Ex absurdo | 252 |
| Dure | 241 | Exaggeratio | 346 |
| Dux bonus | 52 198 | Ex alijs exemplum | 301 |
| Dux aliorum seruator | 205 | Ex ambiguo | 252 273 278 |
| Dux egregius | 149 | 281 287 | |
| Dux omnia facit | 222 | Exactio moderata | 230 |
| Dux vsu rerū callidus | 212 | Exceptio iocosa | 253 |
| Dux & idem miles | 158 | Excusatio | 252 |
| E Factis iudicium | 82 | Excusatum in peius | 251 |
| E E linea iudicare | 282 | Exempla insignia | 106 |
| E Ebrietas | 294 | Exempla sapientum | 305 |
| Ebrietas loquax | 232 | Exemplum ducis | 8 apo. 33 |
| Ebrietati condonatur | 181 | 138 apo. 48 | |
| Educatio | 41 110 | Exemplū reciprocum | 351 |
| Educatio frugalis | 104 | Ex eodem ore frigidum & | |
| Electio magistratum | 297 | calidum | 169 |
| Eloquentia popularis | 171 | Exercitatio | 46 307 |
| Eloquētia victor, nō cā | 169 | Exercitatio moderata | 91 |
| Eloquentia victrix | 198 | Exercitatio p cōdimēto | 65 |
| Eloquentiæ certamen | 268 | Exercitus prædæ aptus | 208 |
| Eloquentiæ vis | 188 | Exilium excusatum | 187 |
| Empedocles agrigētīn ⁹ | 324 | Exilium felix | 192 |
| Empta | 278 | Exitium vtile | 114 |
| Empra mors | 163 | Exitium optabile | 275 |
| Epitaphium quid | 24 | Ex inuersione | 280 |
| Equilo quidam | 254 | Ex isdē verbis retortū | 266 |
| Error correctus | 118 | Ex mutata litera | 277 |

bb ij

INDEX

| | | | |
|----------------------------------|------------------|------------------------------------|--------------|
| Exordium ab ætate | 168 | Fatuus omnia licent | 177 |
| Experientia | 30 | Favor regū tēporarius | 178 |
| Exprobratio faceta | 148 | Felicitas | 225 |
| Extemporalis actio | 345 | Felicitas intrectabilis | 307 |
| Extra causam | 194 | Felicitas timidos facit | 143 |
| Extorta liberalitas | 150 | Felicitas vera | 293 296 |
| Extorta venia | 147 | Feliciter | 10 |
| Exul in patriam pius | 191 | Ferocia | 307 |
| Ex v̄bis aliter exceptis | 265 | Festina lente | 152. apo. 55 |
| Ex nomine iocus | 262 | Festinatio | 85 |
| Ex vocum affinitate | 275 | Festive | 236 |
| F Abulæ populi | 196 | Festiuiter | 140 262 |
| Facere præstātius q̄ di- cere | 254 | Festium | 110 |
| Faceta exprobratio | 148 | Festiva negatio | 151 |
| Faceta rapacitas | 182 | Festum semper sapiēti | 125 |
| Facete | 8 9 10 12 85 102 | Fidenter | 9 |
| 114 118 121 142 206 | | Fides amici | 142 |
| 207 220 274 316 324 | | Fides erga patriam | 266 |
| 326 330 333 336 339 | | Fides hostium legatis serua- ta | 260 |
| 341 350 352 361 362 | | Fides in deditum | 136 |
| 364 | | Fides in duce | 161 |
| Facetum | 316 | Fides in hostem | 206 |
| Facetum iudicium | 128 | Fides in milite | 235 |
| Facta dictis potiora | 257 | Fides vxoria | 229 |
| Factio vitata | 219 | Fiducia | 133 176 191 |
| Factiones & sodalitates | 193 | Fiducia benefactorum | 86 |
| Factum | 58 | Fiducia ætatis & orbitatis | 259 |
| Fama quomodo parāda | 82 | Fiducia artis | 270 271 |
| Fames cōdimentū | 177 185 | Fiducia euentus | 138 209 |
| Fame vincere | 156 | 211 | |
| Familicitū superfluum | 343 | Fiducia fallax | 160 |
| Fastus | 297 | | |

SENTENTIARVM

| | | | |
|---------------------------|--------------|-----------------------|-----------------|
| Fiducia meritorū | 203 210 | Forum | 302 |
| Fiducia senectutis | 259 | Frater marito potior | 290 |
| Fiducia sui | 153 175 | Fratrum humanitas | 188 |
| 225 | | Frenum receptum | 210 |
| Fidus amicus | 175 | Friuola | 362 |
| Filij deorum qui | 134 | Friuolæ quæstiones | 331 |
| Filius improbus | 216 | Frons occipitio prior | 254 |
| Filius patri similis | 226 | Frugalitas | 81 84 86 89 |
| Filius solatium mortis | 240 | 117 152 212 285 | 297 107 |
| Finis vitæ spectandus | 203 | 133 201 205 220 221 | |
| Fiscus lœn | 342 | Frugalitas regia | 184 |
| Fœminæ masculæ | 44 | Frugaliter | 7 30 43 60 65 |
| Fœminarum osor | 116 | 66 349 | |
| Fœmineus sexus ad omnia | | Fucata | 288 |
| docilis | 89 | Fucus | 317 |
| Forma | 298 316 312 | Fucus utilis | 181 |
| 298 310 | | Fuco non credendum | 130 |
| Fortiter | 7 8 12 14 20 | Fuga excusata | 171 186 |
| 26 27 28 32 38 40 41 | | Fugienda quæ in vita | 104 |
| 47 52 58 59 60 61 62 | | Fumi venditor | 244 |
| 66 73 74 75 224 228 | | Funeris cura | 87 |
| 234 261 269 272 303 | | Furacitas | 117 |
| 304 325 326 334 344 | | Furandi ars | 67 |
| 364 | | Furax | 250 |
| Fortitudo | 298 361 | Furax magistratus | 264 |
| Fortitudo intēpestiua | 133 | Fures magni | 360 |
| Fortitudo vera | 217 | Furta sententiarum | 361 |
| Fortuna | 272 | G Arruli | 180 |
| Fortuna aduersa prudentes | | G Garrulitas | 184 |
| facit | 174 | 305 320 296 | |
| Fortuna cæca | 314 | Genus | 396 |
| Fortunæ inuidia | 127 | Genus pudendum | 309 |
| Fortunæ vicissitudo | 186 | Generose | 118 27 28 31 32 |

bb ij

INDEX

| | | | |
|----------------------------------|---------------------|---------------------------------|---------|
| 53 57 38 59 60 210 296 | Hilaritas in festis | 370 | |
| Gestus | 331 | Hilaritas in morte | 90 |
| Gesticulatio | 352 | Hilaritas in re tristi. ibidem | |
| Gladiatorū immanitas | 359 | Homerus | 334 |
| Gladius | 267 | Homeri laus | 336 |
| Gloria | 202 221 | Homericorum carminum comparatio | 139 |
| Gloria ducis | 192 | Homo | 316 338 |
| Gloria ex benefactis | 325 | Homo aīal stultissimū | 102 |
| Gloria potior pecunia | 202 | Homo rarus inuentu | 110 |
| Gloriæ amor | 155 | Homines nō homines | 109 |
| Gloriæ studium | 190 | Homines pecudū similes | 105 |
| Gloria tecta | 103 | Homines pauci | 120 |
| Gloria vita charior | 135 | Honesti labores | 239 |
| Gloriose | 48 | Honor detractus | 329 |
| Græcorum mores | 264 | Honor potior mercede | 257 |
| Gratitudo | 80 130 300 | Honor pretio prior | 161 |
| Gratitudo principis | 150 | Honos alit virtutem | 215 |
| Gratior est pul. ve. ī cor. vit. | | Honos arti habit ⁹ | 185 210 |
| 320 | | Honos eruditioni debitus | |
| Graue dānari a probis | 219 | 349 | |
| Graulter 1 2 6 7 8 10 11 | | Honos negatus | 156 |
| 12 13 20 21 23 32 40 54 | | Honos pmeritus iuuat | 157 |
| 57 74 148 210 242 292 | | Honos virtutis | 214 296 |
| 294 297 303 311 320 | | Honos artis | 294 |
| 324 325 341 362 364 | | Hostis aut perdendus aut de- | |
| H Aeredipeta | 266 | merendus | 260 |
| Harmonia vite | 326 | Hostis populi | 231 |
| Helepolis | 185 | Hostis pudendus | 225 |
| Herculem contempfit Ale- | | Humane | 240 |
| xander | 136 | Humanitas cicurat optime | |
| Hic est ille | 106 | 207 | |
| Hilaritas in cōiuiō | 353 | Humanitss fratrum | 188 |

SENTENTIARVM

| | | | | |
|-----------------------------|-----------------|--------------------------------------|-------------|------|
| vis | 175 | Improbitas | 258 | 332 |
| Humaniter § | 11 16 24 32 | Impudentia | | 231 |
| 41 139 | | Impudicitia | | 263 |
| Humaniter & grate | 269 | Impunitas | | 214 |
| Hydropicus | 248 | Impunitas mala | | 213 |
| Hypocrisis | 112 134 | In terrestri p̄lio apparet virtus | | 226 |
| I Actantia elusa | 207 | Incorrupte | | 13 |
| Iactura felix | 318 | Incorruptus animus | | 162 |
| Ignauū nō expectādī | 195 | Indecora | 297 | 305 |
| Ignauia | 210 | In deterius omnia | | 290 |
| Ignota loqui | 109 | Indocilis | | 310 |
| Ilio mala | 275 | Indoctus | | 314 |
| Imitatio 283 296 333 336 | | Indoles | | 342 |
| Imitatio mala | 273 | Indoles agilis | | 132 |
| Immortalitas | 306 310 | Indoles erecta | | 83 |
| Immortalitas nominis | 296 | Indoles excelsa | 137 153 | 157 |
| Impar principatui | 239 | Indoles in puero mira | | 227 |
| Imperare difficile | 246 | Indoles malefica | | 230 |
| Imperator castus | 209 | Industria | 69 241 | 245 |
| Imperiose | 137 | 321 331 334 339 | | 340 |
| Imperium breue | 246 | Industria lucrosa | | 259 |
| Imperium humanum | 350 | Industrie | | 38 |
| Imperium in liberos | 195 | Inexpectata | | 189 |
| Imperiū nescit pietatis ius | 157 | Infamia non deletur | | 232 |
| 12 | | Ingeniose | 98 | 269 |
| Imperitia | 313 | Ingenia erecta | | 314 |
| Impie | 242 246 328 361 | Ingenium | | 351 |
| Impietas | 122 | Ingenium varium | | 169 |
| Impietas felix | 182 | Ingenue | 139 228 246 | 300 |
| Impigre | 8 | Ingratitudo | 128 148 | 159 |
| Improbe | 21 | 191 252 258 | | |
| Improba cura | 223 | Humanitas plus valet q̄ | | |
| | | bb | | iiij |

I N D E X

| | | | |
|------------------------------------|--------------|-------------------------------------|-----------------|
| Ingratitudo tolerata | 128 | Intrepide | 9 |
| Inhumaniter | 198 | Inuidia | 248 296 311 |
| Inimici vtilis | 268 | Inuidia eleuat | 227 |
| Initiari non est satis | 109 | Inuidia fortunæ | 127 |
| Initium bellum | 274 | Inuidia in aliū deriuata | 181 |
| Initijs obstandum | 324 | Inuidia notata | 19 |
| In nobis est vt bene audiamus | 127 | Inuidia ob benefacta | 216 |
| Innocentia | 308 | Inuidia quomodo vitet | 204 |
| Innocentia illibata | 351 | Iocose | 146 248 338 362 |
| Innocentia tuta | 310 | Iocus ab absurdo | 250 |
| In pusillum | 166 | Iocus ab ambiguo | 124 146 149 165 |
| Infantiæ genera | 107 | Iocus ab inexpectato | 117 |
| Infantiæ notæ | 320 | Iocus ab ironia | 252 |
| Insolenter | 143 | Iocus crudelis | 235 |
| Insolentia | 78 | Iocus e fabula | 264 |
| Institutio | 167 188 192 | Iocus ex addito | 170 |
| | 247 | Iocus ex deprauatione | 230 |
| Institutio liberorum | 361 | Iocus ex Homero | 236 |
| Institutio recta | 96 | Iocus ex nomine | 232 249 251 323 |
| Integritas | 138 193 268 | Iocus ex similitudine vocis | 167 |
| | 318 | Ioc ⁹ ex specie corporis | 264 |
| Integritas militis | 271 | Iocus ex vocabulis | 127 |
| Integre | 21 22 37 202 | Iocus in luscum | 143 |
| | 363 | Iocus in morbo | 128 |
| Integra | 241 | Iocus in morbum propriū | 331 |
| Intempestiua | 218 | Iocus in morte | 125 237 |
| Intendendum honesti studium | 108 | Iocus in mortuum | 235 |
| Interpretatio cōmoda | 134 | Iocus in principem retortū | 148 |
| | 165 | | |
| In terrestri prælio apparet virtus | 227 | | |

SENTENTIARVM

| | | | |
|-------------------------|-----------------|------------------------|----------------|
| Iocus insanus | 231 | Iustitia | 214 |
| Iocus intempestiuus. | 262 | Iustitia dirimit fines | 158 |
| 263 278 | | | |
| Iocus obliquus | 167 | L Abor | 322 331 |
| Iocus salubris | 306 | Lachrymę serę | 208 |
| Iocus submorosus | 265 | Lamia meretrix | 186 |
| Iocari in seipsum | 143 | Lamia regis | 101 |
| Iouis filius | 289 | Largitio | 256 |
| Ira | 78 362 | Laruas insectari | 350 |
| Ira breuis | 359 | Latinus gręce | 215 |
| Ira impotens | 259 | Laus ab hominibus | 49 |
| Ira sapientis | 326 | Laus a laudatis | 297 |
| Ire remedium | 144 | Laus conciliat amicos | 285 |
| Ire subducenda occasio | | Laus immodica | 122 |
| 178 | | Laude incorruptus | 285 |
| Iracundia | 332 333 | Laudando vituperare | 276 |
| Irrisio | 251 262 | Laudata virtus | 363 |
| Irrisio contempta | 119 | Lautitię | 97 |
| Irrisio detorta | 266 | Lectio mortua | 113 |
| Ironia | 252 | Lectio utilis | 315 |
| Iudex attentus | 131 | Lectiõnis utilitas | 337 |
| Iudex incorruptus | 138 | Leges | 294 303 362 |
| Iudex non accusat | 221 | Legũ autoritas | 51 79 294 |
| Iudex seuerus | 131 | Legum multitudo | 309 |
| Iudices incorrupti | 178 | Legum obseruatio | 324 |
| Iudicare de arte aliena | 282 | Lenitas | 88 122 132 141 |
| Iudicium incorruptum | 334 | 150 153 193 163 | |
| Iugulare mortuos | 306 | Lenitas praua | 70 125 232 |
| Iuuenum est dialectica | 323 | 232 | |
| Iuste | 2 4 11 13 17 19 | Lenitas mira | 152 |
| 20 22 24 34 39 40 | | Lenitas principis | 150 |
| 187 191 238 264 299 | | Lenitas regia | 185 |
| 363 348 | | Leniter | 184 218 230 |

INDEX

| | | | |
|---------------------------|-------------------------|----------------------|-------------|
| 236 247 | Libertas in dicendo | 48 | |
| Lenocinium virtutis | 90 | Libertas innocentiae | 148 |
| Lepide 19 23 27 38 39 88 | Libertas intempestiva | 312 | |
| 93 94 99 100 108 109 | Libertas magno emenda | 199 | |
| 144 145 148 184 236 | Libertas noxia | 340 | |
| 237 238 246 248 262 | Libertas stulta | 180 | |
| 268 273 35 334 | Libertas vera | 101 | |
| Lepide negare | 146 | Libertas infelix | 281 |
| Liberalitas 133 136 137 | Libertas periculosa | 305 | |
| 226 310 | Librorum multitudo | 342 | |
| Liberalitas extorta | 150 | Licentia | 56 63 |
| Liberalitas nimia | 103 | Licentia principum | 242 |
| Liberalitas regia 141 180 | Licentia principis | 233 | |
| Liberaliter | 5 | Lingua | 302 314 |
| Libera monitio | 267 | Lingua lubrica | 221 |
| Libere 7 20 58 61 96 | Lingua preceps | 77 | |
| 98 101 111 114 120 | Literarum amor | 138 | |
| 149 205 211 219 220 | Literarum interpretatio | 265 | |
| 222 226 229 232 245 | Locus non contaminat | 121 | |
| 257 233 235 239 240 | Locus eligendus vrbis | 270 | |
| 242 250 258 273 280 | Locum ornat homo | 96 | |
| 295 306 310 320 322 | Loquacitas notata | 18 19 | |
| 324 325 330 332 335 | 21 36 55 56 62 70 | | |
| 338 342 343 345 346 | 278 299 310 319 | | |
| 347 348 | Loquacitas in conuiuio | 77 | |
| Liberi degeneres | 100 | Lucrum damnosum | 293 |
| Liberi mali | 153 | Lucrum ex damno | 303 |
| Liberi pro simijs | 155 | Lucernam oler | 171 |
| Libertas 93 94 102 119 | Lucrum turpe | 77 | |
| 120 124 205 326 | Lucri auditas | 255 | |
| Libertas adulatrix | 279 | Luctus | 308 332 337 |
| Libertas exitiabilis | 245 | Luctus immodicus | 331 |
| Libertas immodica | 325 | | |

SENTENTIARVM

| | | |
|-----------------------------|--------------------------------|-----|
| Ludibrium sacrilegio additū | Malorum fons | 285 |
| 183 | Malos inuisere in carcere, iu- | |
| Ludi magister | cundum | 151 |
| Lurco | Malum dissimulatum | 285 |
| Lusus in morte | Marris lachrymæ | 139 |
| Luxus 87 115 116 | Matronæ ornamenta | 290 |
| 220 271 272 275 | Matrimonium 86 | 295 |
| Luxus animi | Matrimonium vitandum | |
| Luxus damnatus | 117 | |
| Luxus inopię parens | Medicina | 230 |
| Luxus seditionum parens | Medicina contempta | 52 |
| 352 | Medicus malus | 121 |
| | Medicus optimus | 52 |
| M Acedonia | Medicorum turba | 238 |
| Magnanime | Medicorum osor | 52 |
| Magnanimiter | Mediocritas | 272 |
| Magnifica promissa, sed | Mediocritas grata | 280 |
| ni | Memoria 91 192 | 196 |
| Magniloquentia irrita | Mendacium | 30 |
| Magno paranda | Mendacium in contractibus | |
| Magnus non fortis | 301 | |
| Magnus stultus | Mendicus a mendico | 277 |
| Mala vera | Mendicitas | 114 |
| Maledice | Mendicitas occulta | 123 |
| Maledico cedendum | Mercedis amor | 268 |
| Maledicentia 39 77 178 | Metus malus diuturnitatis | |
| 183 217 350 332 | custos | 127 |
| Maledicus contemptus | Miles bonus | 213 |
| Maledicus male audit | Miles dicto audiens | 209 |
| Maledicus prodest | Miles ditatus | 203 |
| Maledicere regi, non tutum | Miles diues | 198 |
| 177 | Miles innoxius | 243 |
| Malcolens | Miles occisus | 247 |
| 248 | | |

I N D E X

| | | | | |
|---------------------|-------------|--------------------------|------------------|-----|
| Miles sine gladio | 248 | Modeste loqui | 335 | |
| Militariter | 225 | 227 | Modestas nominis | 153 |
| Militaris ferocia | 208 | Modestia | 313 | |
| Militia laboriosa | 202 | Modus | 91 96 294 | |
| Milites innoxij | 157 | Modus in honoribus | 216 | |
| Militis officium | 162 | Molesta dicacitas | 160 | |
| Miles durus | 179 | Molesti | 275 | |
| Militia misera | 128 | Mollscies | 112 117 309 | |
| Militum cura | 243 | 244 | 362 | |
| Minaciter | 351 | Molliores | 318 | |
| Minæ | 202 | Monarchia | 133 | |
| Minæ inanes | 255 | Monitor | 362 | |
| Minæ inutiles | 77 | Monopolia fœda | 233 | |
| Minæ in principem | 237 | Mora noxia | 154 | |
| Minæ potentum | 154 | Morbus utilis | 141 | |
| Miseria multiloqua | 202 | Mores pro philtis | 290 | |
| Miser ante tempus | 199 | Mores in publico | 79 | |
| Moderare | 6 9 11 13 | Mors an mala | 124 | |
| 16 19 22 29 32 34 | | Mors destinata | 128 235 | |
| 36 39 43 49 51 57 | | Mors & somnus | 92 | |
| 55 62 76 77 78 99 | | Mors facilis | 310 | |
| 110 160 189 223 235 | | Mors generosa | 204 | |
| 241 260 274 304 306 | | Mors in bello | 200 | |
| 307 338 | | Mors inevitabilis | 87 | |
| Moderatio | 297 311 320 | Mors liberat a cruciatu | 126 | |
| 322 | | Mors non deflenda | 87 | |
| Moderatio victorię | 47 | Mors peregrinatio | 240 | |
| Moderatio pœnæ | 135 | Mors principis | 240 | |
| Modeste | 10 12 16 22 | Mors quatenus contemnens | | |
| 33 134 141 153 156 | | da | 79 | |
| 184 229 230 241 245 | | Mors sancta | 90 | |
| 284 295 307 309 317 | | Mors spontanea | 226 | |
| 332 334 344 346 | | Morsus tectus | 204 249 | |

SENTENTIARVM

| | | | |
|---------------------------|---------|----------------------------|---------|
| Mortis contemptus | 28 33 | Neutra pars placet | 168 |
| 34 35 40 205 | | Nihil agere | 337 |
| Mortis locus | 303 | Nihil de vitello | 255 |
| Mortis memoria | 255 | Nihil gratis | 206 |
| Mortis metus | 95 | Nihil scire | 165 |
| Mortui non mordent | 251 | Nil medium | 192 |
| Mortuis parcendum | 78 | Nimia familiaritas | 219 |
| Mos preposterus | 301 | Nobilitas | 299 |
| Mulier cynica | 317 | Nobilitas in talis | 331 |
| Mulier erudita | 318 | Nobilitas vera | 198 221 |
| Multiscius | 324 | Nobilitas virtute parata | 164 |
| Mundus matronæ | 289 | Nomen habet momentum | |
| Munera | 281 198 | Nominis deprauatio | 274 |
| Munera contempta | 86 | Non semper pugnandum | |
| Munera Regum | 123 | 143 | |
| Munus inutile | 84 | Non omnia vulgo proferenda | 304 |
| Munus in tempore datum | | da | |
| 177 | | Notæ insanix | 320 |
| Muscas abige | 250 | Noua sententia | 216 |
| Muscæ regum | 280 | Noxia tollenda | 195 |
| Musica contempta | 197 | Nox apta contemplationi | |
| Musica digna duce | 139 | 349 | |
| Musica virilis | 67 | Nudus non metuit | 181 |
| Musicæ genus | 68 | Nugax subtilitas | 340 |
| Natura varia | 241 | Nuncius fidelis | 284 |
| Naturæ bona | 346 | Nulli fidendum | 341 |
| Nauigatio | 301 302 | Nuptiæ intèpestiæ | 181 |
| Necessitate delatus honor | | Nuptiæ dotis causa | 336 |
| 212 | | Nux pinea | 249 |
| Neglectus iniuriarum | 117 | Obsitas | 119 349 |
| Nemo sui iudex | 361 | Obesus | 216 |
| Nemo sine vitio | 316 | Obesus miles | 200 |
| Neronis extremæ voces | 234 | | |

I N D E X

| | | | |
|--------------------------|---------|--------------------------------|-----------------|
| Obiurgatio | 125 | Osor foeminarum | 116 |
| Obliviosus nomēclator | 148 | Ostentario inanis | 211 |
| Obscuritas | 191 | Ostentorum interpretatio | |
| Obsequium humile | 254 | | 237 |
| Obsoletorum affectatio | 248 | Ostentum commode inter- | |
| Obtrectatio | 319 | pretatum | 201 225 |
| Occasio neglecta | 191 | Otium | 55 79 153 204 |
| Oculus domini | 186 | | 254 288 299 307 |
| Oculus regis | 254 | Ocium dulce | 364 |
| Odiū furum | 244 | Ocium honestum | 85 |
| Odiū pertinax | 208 209 | Ocium inutile | 262 |
| Officiū bene collocandum | | Ocium liberale | 71 |
| | 344 | Ocium non molestum | 248 |
| Omen | 279 | Ocium rege indignum | 181 |
| Omen exitij | 234 235 | Ocium sapientis | 209 |
| Omen commode interpreta- | | Ocium tuipe | 83 159 |
| tum | 180 | P Eculatus dissimulatus | |
| Omne solum fortī patria | 12 | | 23 |
| Omnia expertus | 241 | Palato sapere | 216 |
| Optima decernenda | 162 | Particidium exprobratum | |
| Optimī eijciuntur | 193 | | 233 |
| Optima negligimus | 122 | Par pari | 110 178 182 318 |
| Optima primum | 100 | Pars domestica | 272 |
| Opus immortalitate dignū | | Parsimonia | 70 134 286 |
| | 282 | Parsimonia exprobrata | 280 |
| Oraculum | 138 | Parsimonia fordida | 254 |
| Oracula a nobis pendēt | 201 | Parta tueri maximum | 144 |
| Oratio grauis | 318 | Paruo contentus | 315 |
| Oratio aliena | 142 | Pater iudex | 232 |
| Orationis vis | 314 | Pater pro filio punitus | 58 |
| Oratio speculum animi | 89 | Patienter | 84 86 218 302 |
| Oratores | 102 | | 352 |
| Ornatus mulierum | 317 | Patientia | 91 163 293 |

SENTENTIARVM

| | | | | |
|-----------------------|-----|-----------------------------|------------------------------|---------|
| Patria dulcis | 228 | Philosophia | 105 | 315 |
| Patria vita charior | 159 | Philosophia ars | | 283 |
| Patriæ studium | 54 | Philosophia in aduersis | | 183 |
| Patriæ charitas | 254 | 212 | Philosophia medicina anti- | |
| Patria perniciofa | 301 | morum | | 95 |
| Patriæ neglectus | 316 | Philosophia naturam mutat | | |
| Patronus malus | 254 | 259 | 90 | |
| Pauci boni | 103 | 323 | Philosophia oratoria præstā- | |
| Paucitas bonorum | 300 | tior | 95 | 96 3 10 |
| Pauciloquium | 292 | Philosophia regi necessaria | | |
| Pauciloquus | 319 | 130 | | |
| Paucis contentus | 316 | Philosophia regina | | 100 |
| Paupertas | 126 | 309 | Philosophia rusticana | 65 |
| Paupertas expedita | 47 | Philosophiæ fructus | | 94 |
| Paupertas tragica | 108 | Philosophia necessaria | | 94 |
| Pax bello potior | 269 | Philosophiæ simulatio | | 122 |
| Pax bello parta | 204 | Philosophiæ studium | | 98 |
| Pecunia contempta | 72 | 91 | Philosophi vita | 108 |
| 204 | 221 | Philosopho honos habitus | | |
| Pecunia pestifera res | 71 | 185 | | |
| Pecuniæ contemptus | 308 | Philosophus | | 121 |
| Pecunia qualis | 87 | Philosophus aulicus | | 102 |
| Peregrini mores | 68 | 70 | Philosophus diues | 100 |
| Peregrinatio inutilis | 86 | Philosophus meretrici simi- | | |
| Periculum præuisum | 248 | lis | | 286 |
| Perseuerantia | 345 | Pie | 14 15 54 | 204 243 |
| Personæ respectus | 201 | Pietas | 179 | 201 258 |
| Persuasio pro vi | 320 | Pietas in filium | | 261 |
| Petax | 280 | Pietas in fratrem | | 288 |
| Petax meretrix | 286 | Pietas in matrem | | 263 |
| Phalangium, IIII apop | 74 | Pietas in parentes | | 268 |
| Phaselitæ | 277 | 293 | | |

INDEX

| | | | | |
|-----------------------|-----|-----|------------------------------|-----|
| Pietas in patriam | 186 | 271 | Prædæ contemptus | 134 |
| 293 | 62 | | Præfectus vigilans | 131 |
| Pietas in patrem | 217 | | Prælongi | 262 |
| Pietas in præceptorem | 138 | | Præmia virtutis | 49 |
| Pietas in Remp. | 342 | | Præpostera | 340 |
| Pietas mira in filium | 186 | | Præpostera studia | 103 |
| Pingere, fingere | 249 | | Præposteri mores | 271 |
| Piscator ictus | 352 | | Præscientia | 239 |
| Placere bonis | 187 | | Præsens consilium | 145 |
| Podagra | 168 | | Præstantia | 209 |
| Pœna ridicula | 246 | | Præter spem | 348 |
| Pœnitentia | 216 | | Preces abiectæ | 100 |
| Pœsis fallacia bona | 331 | | Pretium expugnat | 288 |
| Pœtica fictio | 271 | | Prima coitio | 257 |
| Pollicitatio | 298 | | Princeps | 238 |
| Pompa inepta | 102 | | Princeps aditu facilis | 146 |
| Populi iudicia | 270 | 283 | Princeps auriga | 233 |
| Populus qualis | 215 | | Princeps charus | 343 |
| Postulator improbus | 364 | | Princeps indulgens | 238 |
| Potentia innoxia | 195 | | Princeps legum obseruator | |
| Potentia inuidiosa | 267 | 145 | | |
| Potestas abdicata | 155 | | Princeps nulli molestus | 239 |
| Potestas empta | 157 | | Principatus amor | 154 |
| Potestas moderata | 213 | | Principatus sollicita res | 256 |
| Potiora sectanda | 306 | | Principis delectus | 239 |
| Potestas spreta | 262 | | Principis est ornare ditione | |
| Potiri dulce | 293 | 151 | | |
| Præcipitatum consiliū | 162 | | Principium institutio | 311 |
| Præcipua bona | 138 | | Privatus affectus | 272 |
| Præco rerum gestarū | 137 | | Probrum commune | 198 |
| Præcones poetæ | 190 | | Procliuitas ad deteriora | 309 |
| Præconum turba | 277 | | Prodesse pluribus | 81 |
| Præda contempta | 193 | | Prodigiola | 329 |

SENTENTIARVM

| | | | |
|----------------------------|-----|-------------------------------|-----|
| Proditio grata | 144 | Pulchre retortum | 161 |
| Proditio turpis | 18 | Punite in alijs quod ipsi cō- | |
| Profusio 113 120 123 133 | | mittimus | 82 |
| 217 231 242 249 310 | | Pusilla curare cum pericu- | |
| 313 317 321 341 | | lo | 216 |
| Profusio fundo caret | 364 | Pura sacra | 122 |
| Proles debetur patriæ | 270 | | |
| Prolis amor | 218 | Q Vando belladum 211 | |
| Pronunciatio | 334 | Quæ in vita fugienda | |
| Providentia 200 210 219 | | 104 | |
| 226 293 299 | | Quæ nos admonent mortæ | |
| Prouisio necessariorum | 97 | litatis | 138 |
| Prudenter 3 8 15 17 22 | | Qui malus, vbiq; malus | 126 |
| 35 38 43 73 181 220 | | Quid optandum a deo | 182 |
| 242 269 311 | | Quod superest, sacris impē- | |
| Prudentia senilis | 311 | dendum | 161 |
| Publica utilitas | 29 | | |
| Pudica vxor | 289 | R Apacitas 231 232 | |
| Pudice 34 75 177 187 | | 236 | |
| 195 329 336 337 | | Ratio | 102 |
| Pudicitia 180 336 | | Ratio reddita populo | 197 |
| 337 | | Reconciliatio 101 227 | 286 |
| Pudicitia coniugum | 23 | Recriminatio | 272 |
| Pudicitia cōiugalī 256 336 | | Reditus è bello | 215 |
| Pudicitia matronalis | 289 | Reges raro verū audiūt | 190 |
| Pudor 117 217 | | Reges non admittendi | 189 |
| Pudor inutilis 106 107 | | Regibus honesta tantum li- | |
| 229 316 | | cent | 141 |
| Pudor liberalis | 337 | Regum amicitia | 284 |
| Pudor præposterus | 44 | Regum curæ 339 364 | |
| Pueri reuerentia | 309 | Regum humanitas | 129 |
| Puezitia dura | 71 | Regnandi dulcedo | 280 |
| Pugnæ ludicra | 361 | Regni stabilitas 140 244 | |

I N D E X

| | | | |
|----------------------------|---------|-----------------------------|---------|
| Regnum seruitus | 350 | Risus interimens | 248 |
| Regnum virtute ambien- | | Robur corporis | 245 |
| dum | 130 | Rumores | 347 |
| Regū est audire omnes | 132 | Rustice | 73 |
| Reip. neglectus | 245 | | |
| Reip. prima cura | 245 | S acrificia frugalia | 46 |
| Relaxandus animus | 269 | Sacrificia minimi sum- | |
| Relictis gaudendum | 99 | ptus | 81 |
| Religiose | 3 16 | Sacrilegium | 216 |
| Resupini | 250 | Sæuitia castigata | 152 |
| Res verbis contraria | 277 | Salse 2 13 14 18 23 24 | |
| Res verbis efficacior | 183 | 51 56 59 60 61 84 91 | |
| Retortum | 224 253 | 110 112 113 114 115 | |
| 247 262 | | 118 123 140 148 156 | |
| Retortum crimen | 191 | 164 165 211 216 117 | |
| Retortum conuictum | 263 | 233 234 235 242 251 | |
| Retortum dictum | 251 | 252 265 266 288 292 | |
| Retortum mire | 200 | 295 301 306 310 312 | |
| Retortus iocus | 256 | 313 320 323 324 329 | |
| Reuerentia | 315 | 333 335 336 338 341 | |
| Rex cogitabundus | 273 | 342 350 361 | |
| Rex equum fricans | 179 | Salse in garrulum | 313 |
| Rex infensus Democratæ | | Salse retortum | 164 |
| 216 | | Saltatio fœda | 363 |
| Rex segnis | 221 | Saltatio muta | 352 |
| Rhetores serui populi | 350 | Salubritas iuncta fœcūditæ | |
| Ridicula præferuntur salu- | | ti | 258 |
| taribus | 103 | Sancte | 243 247 |
| Ridicule 57 208 253 264 | | Sanctitas non ficta | 194 |
| 274 314 315 338 | | Sapiens | 299 |
| Ridiculis assuescere | 214 | Sapiens diues | 108 |
| Ridiculum 109 118 119 | | Sapiens sub stulti persona | |
| 124 | | | |
| | | 189 | |

SENTENTIARVM

| | | | |
|---------------------------|---------------------|----------------------------|---------|
| Sapienter | 6 13 21 23 33 | Sententiosa breuiloquentia | |
| | 41 51 54 55 292 293 | | 161 |
| Sapiētes inuisi tyrānis | 182 | Sepultura | 105 116 |
| Scelerosis vti | 225 | | 125 362 |
| Scenicus princeps | 233 | Sepultura viui | 234 |
| Scomma | 156 | Sera monitio | 110 |
| Scomma contemptum | 199 | Sermo index animi | 104 |
| Scorta | 125 | Sermo inconditus | 331 |
| Scortator | 123 | Sero | 115 |
| Scortum | 120 | Seruire tempori | 138 |
| Scortum imperiosum | 121 | Seruire voluptatibus | 81 |
| Scythia amoufos | 179 | Serui principum elati | 239 |
| Secreta regum | 271 | Seruitus grata | 179 |
| Secundis moderate gauden- | | Seruitus vitiorum | 123 |
| dum | 201 | Serui veri | 106 |
| Securitas | 311 | Seruorum cura | 227 |
| Securitas philosophica | 326 | Seruorum turba | 76 |
| Seditio | 317 | Seruus domino melior | 83 |
| Senectus | 115 214 310 | Seruo prudenti obtempera- | |
| | 311 362 | dum | 205 |
| Senectus animosa | 156 | Seruus prudētior hero | 107 |
| Senectus audax | 293 | Serus apparatus | 134 |
| Senectus honoranda | 78 | Seuere 9 29 56 58 59 | |
| Senectus honorata | 62 | 72 73 74 140 141 144 | |
| Senectus iuuenilis | 80 | 212 217 241 242 258 | |
| Senectus sana | 350 | Seuere & pudice | 223 |
| Senectus vegeta | 323 | Seueritas 70 214 215 | |
| Senectus virilis | 285 | 258 296 | |
| Senectutis armonia | 351 | Seueritas in vxorem | 260 |
| Senes neglecti | 215 | Seueritas patris | 258 |
| Senex edificator | 227 | Seueritas verbis temperata | |
| Senex bellator | 228 | 178 | |
| Sensus communis | 85 | Seuerus in seipsum | 213 |

INDEX

| | | | |
|---------------------------|---------|-----------------------------|-------|
| Sexus | 300 | Spes | 349 |
| Sibi quisq; testis | 213 | Spes boni futuri | 282 |
| Silentium 65 77 | 134 | Spes fallax | 217 |
| 314 322 335 | | Spes in clypeo | 222 |
| Silentij fides | 272 | Sphinx domi | 165 |
| Silentium ducis | 223 | Splendide | 225 |
| Silentium in bello | 140 | Spontanei labores | 82 |
| Silere in tempore 25 29 | | S.P.Q.R. quid denotet | 266 |
| Simpliciter 3 19 | | Stantem mori | 237 |
| Simultas a rogo deponenda | | Statuarum gloria | 213 |
| 223 | | Stratagema | 46 47 |
| Simultas magistratuū | 194 | Studiose | 345 |
| Sitim pręuenite | 274 | Studium 299 | 318 |
| Sitis | 223 | 325 | |
| Sobrie | 329 | Studium immodicum | 337 |
| Sobrietas 38 83 | 256 | Studium sapientiæ | 102 |
| 267 | | Stultiloquium | 53 |
| Sobrius princeps | 201 | Stupidi | 268 |
| Solacium mortis | 163 | Sua cuiq; fors displicet | 92 |
| Solenter 5 14 17 18 | | Sua cuiq; patria chara | 178 |
| 25 27 48 150 151 | | Sua quisq; virtute commens- | |
| 179 199 269 297 298 | | detur | 187 |
| 328 | | Submorsus iocus | 265 |
| Solitudo 297 303 322 | | Sumptus præposterii | 315 |
| 326 | | Sumptus inutiles | 294 |
| Sol oriens | 158 | Surdus delatori | 230 |
| Somniorum obseruatio | 326 | Sumptus inanes | 332 |
| Somnus excusatus | 131 | Superstitio 110 113 | 361 |
| Sordes | 116 | Superstitio funerum | 68 |
| Sordes ambitiosæ | 352 | Superstitio irrita | 218 |
| Sordes gloriosæ | 87 | Superstitio nulla | 39 63 |
| Sordide | 237 120 | | |
| Spectator conuiuij | 281 | Superstitionis contemptus | |

SENTENTIARVM

| | | | | | |
|----------------------|----------------|--|--|----------------------------|----------|
| 214 | | | | Tyrannica vox | 232 |
| Superuacua officia | 242 | | | Tyrannice | 242 |
| Superuacua | 283 | | | Tyrannidem mitigat libera- | |
| Superciliosi | 314 | | | litas | 182 |
| | | | | Tyrannidis osor | 277 |
| T Aciturnitas | 218 | | | Tyranni species | 290 |
| | 308 320 | | | | |
| Tadium gloriæ | 160 | | | V Afre | 27 36 48 |
| Tarditas | 346 | | | Valli fiducia | 212 |
| ἄπειρος | 103 | | | Vanitas | 312 |
| Temeritas | 206 213 | | | Vehementia in dicēdo | 330 |
| Temperantia | 270 | | | Venia laceffito | 236 |
| Temperate | 6 7 295 | | | Venire, compilari | 264 |
| Tempestiue | 346 | | | Venter & lingua | 187 |
| Templa vacua | 277 | | | Venter omnia deuorās | 115 |
| Temporis parsimonia | 314 | | | Venter surdus | 213 |
| | 320 325 338 | | | Ventris studium | 279 |
| Temulētia | 70 307 | | | Venus | 324 |
| Temulentia castigata | 181 | | | Venus moderata | 94 |
| Tenebris assuescere | 65 | | | Venus parabilis | 315 |
| Ter homines | 112 | | | Vera bona animi | 102 |
| Testimoniū inimici | 272 | | | Verba affectata | 142 |
| Timiditas laudata | 185 321 | | | Verborum ampullæ | 279 |
| Tolerantia | 69 299 310 312 | | | Vere pulchra | 300 |
| Tranquillitas | 259 304 310 | | | Veritas | 129 |
| Tranquillitas tuta | 316 | | | Veritas odiosa | 100 |
| Trophæum ridiculum | 203 | | | Versutia | 232 |
| Turba sine duce | 267 | | | Vesci in publico | 119 |
| Turmales | 251 | | | Vesci quouis loco | 122 |
| Turpe, vbiq; turpe | 124 | | | Vestis | 361 |
| Turpiloquum | 122 | | | Vetula amata | 288 |
| Tutum consilium | 211 | | | Vetulæ concubinus | 282 |
| Tyrannis | 256 | | | Vetulus dux | 228 |

INDEX

| | | | |
|-----------------------------------|---------|----------------------------|------------|
| Vicarij graues | 243 | Virtus sibi præmiū est | 340 |
| Vicinus bonus | 191 | Virtus succedit | 188 |
| Vicissitudo rerum | 76 | Virtus tuta | 300 |
| Victor benignus | 185 | Virtutis vsus | 327 |
| Victor ferox | 226 | Vis pro iure | 157 |
| Victoria dulcis | 257 | Vita anxia | 156 |
| Victoria incruenta | 294 | Vita a verbis dissentiens | 322 |
| Victoria magno emptā | 188 | Vita fugax | 326 |
| Victoria pulchra | 211 | Vita inanis | 341 |
| Victoria speciosa | 26 | Vita misera | 117 263 |
| Vigilantia | 203 307 | Vitam nemo contēnit | 261 |
| Vincere sine cæde | 222 | Vita sine literis, mors | 122 |
| Vindicta | 197 | Vitæ contemptus | 8 |
| Vindicta ciuilis | 106 | Vitia pensata | 255 |
| Vindicta optima | 125 | Vltio | 265 |
| Vindictæ neglectus | 194 | Vltio deorum | 228 |
| Vini parcus vsus | 301 | Vltra malleum | 275 |
| Vini patiens | 247 | Vltronea beneficentia | 86 |
| Vinolentia | 302 | Vmbra | 281 |
| Violente | 48 | Vnguentum olere | 236 |
| Vires formæ præstant | 316 | Vnguenta | 45 123 270 |
| Viri fortis fiducia | 136 | Viuū docendi, non laudandi | 242 |
| Vir magistratū ornat | 204 | Vnus eximius | 238 |
| Vir pecunia potior | 191 | Voluptas doloris comes | 89 |
| Virtus laudata tantum | 106 | Voluptas emollit indomitos | 209 |
| Virtus legibus nō eget | 299 | Voluptas ex virtute | 81 |
| Virtus infelix | 261 | Voluptas temporaria | 272 |
| Virtus non cogitur | 313 | Voracitas | 281 |
| Virtus per se honesta | 300 | Vota morientis | 238 |
| Virtus præstanda, non proficienda | 340 | Vota qualia | 80 |
| Virtus principis | 241 | | |
| Virtus quærenda | 85 | | |

| | | | |
|----------------------|---------|--------------------------|---------|
| Vota stulta | 110 | Vtilitas ex hoste | 300 |
| Votum | 145 | Vtilitas ex inimicis | 327 |
| Vox in bello | 214 | Vtilitas virtute potior | 48 |
| Vox modesta | 319 | Vulgi iudicia | 298 301 |
| Vox tyrannica | 342 | Vulgi nihil sanum | 161 |
| Vrbane 14 20 30 35 | 131 | Vulgo nihil recte placet | 122 |
| Vrbanitas | 142 | Vxor eligenda | 45 |
| Vrbanum mendacium | 130 | Vxor humilis | 78 |
| Vsq̄ue ad aras | 195 | Vxor molesta | 253 |
| Vsus lenit molestiam | 114 | Vxor quare ferenda | 88 |
| Vsus rectus | 336 | Vxoris reuerentia | 240 |
| Vtrunq; vincere | 196 | Vxorum imperium | 213 |
| Vti victoria | 154 208 | | |
| Vtilitas | 220 | | |

FINIS

M. D. XXXIII MENSE IANUARIO.